CLAUDIJ COLOMBET IC. ... PARATITLA. IN QUINQUAGINTA LIBROS...

Claude Colombet

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 K
38
13-11.c

Digitized by Google

Digitized by Google

CLAVDII COLOMBET I C. SENATORIS PARISIENSIS, PARATITLA.

IN QVINQVAGINTA libros Pandectarum.

PARISIIS,

Apud HENRICVM LE GRAS, in maiori aula eiuſdem Palatij, ſub ſigno litteræ L. coronatæ.

M. DC. LVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO VIRO
NICOLAO FOVCQVET,
VICECOMITI MELOdunenſi & de Vaux, Domino de Bellaſize, &c. Regi ab intimis, eiuſque Procuratori Generali & ſummo ærarij præfecto,

Claudius Colombet. S.

LYRICORVM Poëtarum principi fingenti, Themidem Iouis Deorum ſupremi coniugem ex eo tres filias peperiſſe; Εὐνομίαν, Δίκην, *&* Εἰρήνην *non alia mens fuiſſe videtur (Vir Illuſtriſſime) quam vt oſten-*

Digitized by Google

deret; optimarum legum edendarum facultatem, nō hominum ingenio vel prudentiæ, ſed ſummi rerum moderatoris prouidentiæ eſſe tribuendam: beneque conſtituendæ Reipublicæ primordium, vel iam conſtitutæ trãquilitatem in earum obſeruatione conſiſtere, qua homines inter ſe conſociati æquitatis ac iuſtitiæ vinculo conſtricti, & ſub debito legitimis poteſtatibus obſequio, retenti, Pacis omnium bonorum diſpenſatricis beneficio frui poſſunt. Quamuis autem legum ſiue ferenda-

Digitized by Google

rum, ſiue cuſtodiendarum ſtudium, vtpote ciuili ſocietati, ad quam homines nati, tuendæ neceſſarium, omnium mentibus à natura inditum, vniuerſo generi humano commune ſit, & omnes fere populi optimas leges ſibi conſtituere tentauerint, conſtat tamen Romanos hanc iuris ſcientiam longe copioſius & luculentius tractaſſe, quã cæteros: nihilque proferri, in eo genere ſcriptionis; quod cum Romana ſanctione, Iuſtiniani collectione compræhenſa, comparari poßit: quæ ex-

Digitized by Google

ſtincto quamuis iam Romano Imperio nunc etiam vbique viget & pro lege obſeruatur. Sed quoniam mutatis Iudiciorum formulis, illius textui, aliquantulum difficultatis inesse vulgo creditur, eius Synopſim quanta potui facilitate formatam & typis mandatam, Tibi inſcribere & tanquã publicæ Cenſuræ Numini dicare ſtatui: vt ſub tam illuſtris Nominis patrocinio, publici iuris effecta, illius ſplendore collucens, omnibus gratior habeatur. Generis etenim cla-

Digitized by Google

ritudo, & antiqua fami-liæ tuæ decora, varij de-nique honorum gradus, qui-bus, ſumma cum integri-tate, & animi conſtan-tia difficillimis Reipublicæ temporibus, perfunctus, ad culmen rerum euectus es: tãtum Tibi famæ apud om-nes pepererunt: vt non poßit nomen Tuum vbique locorum, ſummæ non eſſe venerationi. Accedit ad glo-riæ cumulum, quod duo præcipua Imperii Gallici munera, quibus ſingulis ſe-paratim adminiſtrandis, viri vix pares huc vſque re-

periri potuere, coniunctim tuæ curæ ac fidei credita, ea ſolertia & dexteritate geris; vt duorum vel plurum laborem ac ſollicitudinem, ingenij felicitate cum omnium admiratione ſuperaueris. Ita enim

Diuidis ingentes curas,
teque omnibus vnum
Obijcis,

Vt neque publicæ diſciplinæ vigori, neque ærarij directioni quidquam deeſſe, ſed, vtriuſque in tua perſona coniunctione, vtilitati publicæ, conſultum eſſe videatur.

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

IVSTINIANVS in Conſtitutionibus, quas de cõceptione Pandectarum ſeu Digeſtorũ ad Tribonianum, & de earumdem confirmatione ad Senatum, Pandectis præfixit; quæ etiam iiſdem verbis repetitæ extant in tit. C. De veteri iure enucleando: Iuris veteris à ſe enucleati compendium, tanta Iuriſperitorum, quorum curæ id commiſerat eruditione &

Digitized by Google

diligentia compoſitum; ea denique arte elaboratum, omnique ex parte abſolũtum fuiſſe aſſeruit, vt ei neque detrahi quidquam, neque adiici poſſe, exiſtimauerit. Nec contentus illud miris laudibus extuliſſe: adeo perfectionis illius ſecurus, de eo loquitur, vt omnibus tũc temporis Iuriſperitiam habẽtibus & omnibus Iuriſperitis in poſterum extituris, prohibuerit commentarios illi adnectere, ne verboſitate ſua ſupradictæ collectionis compendium confunderetur: ſed tantum id per Indices & titulorum ſubtilitatęm quędam adnotare admonitoria, & ea quæ Paratitla vocantur, compo-

Digitized by Google

nere. Præuiderat quippe ſagaciſſimus princeps, ſcribendi ac commentandi libertate permanente & palam omnibus conceſſa, Romanam legiſlationem quam maximis Iuriſperitorum laboribus ac vigilijs; ex tot voluminum confuſione eruerat & in luculentam erexerat conſonantiam, in antiquum Cahos & immenſitatem veterem reuerſuram. Nec ſane eum fefellit euentus: Nam vt Græcos prætermittam, reſtitutis Occidenti iuris Iuſtinianei libris, ingens Latinorum interpretum turba emerſit; qui neglecto eo quod faciendum Iuſtinianus præceperat; & ei-

Digitized by Google

alio quocumque tibi placuerit, nomine fruere, & quoniam non meditato ſemper, ſed ſæpe extemporali & ſubita dictione, prout memoria ſuggerebat, proceſſit, ſine vlla eius vnquam publicandi cogitatione, ſi quid nobis negligentius excidiſſe deprehenderis, facile tibi erit ex ipſius textus, cui ſoli inhærendum, citati, lectione emendare, & verum à falſo ſecernere.

Digitized by Google

ARcanum Themidis Latiæ, & perplexa Sophorum,
Qui cupit ex adytis poſſe mouere ſuis,
Archaïcos mittat Baldos, Iaſones, Salycetos,
Numina quæ genitrix Itala terra colit,
Iuſtinianæis offundunt nubila chartis
Scribentes multis pauca voluminibus.
COLLVMBVS fontes potis eſt reſerare ſerenos,
Purpureos inter gloria rara Patres,
Immenſa exiguo complexus iura libello,
Poſſit vt in veſtras ſæpiùs ire manus.

N. R. Senator Pariſienſis.

ſtincto quamuis iam Romano Imperio nunc etiam vbique viget & pro lege obſeruatur. Sed quoniam mutatis Iudiciorum formulis, illius textui, aliquantulum difficultatis ineſſe vulgo creditur, eius Synopſim quanta potui facilitate formatam & typis mandatam, Tibi inſcribere & tanquã publicæ Cenſuræ Numini dicare ſtatui: vt ſub tam illuſtris Nominis patrocinio, publici iuris effecta, illius ſplendore collucens, omnibus gratior habeatur. Generis etenim cla-

Digitized by Google

ritudo, & antiqua fami-liæ tuæ decora, varij de-nique honorum gradus, qui-bus, ſumma cum integri-tate, & animi conſtan-tia difficillimis Reipublicæ temporibus, perfunctus, ad culmen rerum euectus es: tãtum Tibi famæ apud om-nes pepererunt: vt non poßit nomen Tuum vbique locorum, ſummæ non eſſe venerationi. Accedit ad glo-riæ cumulum, quod duo præcipua Imperii Gallici munera, quibus ſingulis ſe-paratim adminiſtrandis, viri vix pares huc vſque re-

periri potuere, coniunctim tuæ curæ ac fidei credita, ea ſolertia & dexteritate geris; vt duorum vel plurum laborem ac ſollicitudinem, ingenij felicitate cum omnium admiratione ſuperaueris. Ita enim

Diuidis ingentes curas, teque omnibus vnum
Obijcis,

Vt neque publicæ diſciplinæ vigori, neque ærarij directioni quidquam deeſſe, ſed, vtriuſque in tua perſona coniunctione, vtilitati publicæ, conſultum eſſe videatur.

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

IVSTINIANVS in Conſtitutionibus, quas de cõceptione Pandectarum ſeu Digeſtorũ ad Tribonianum, & de earumdem confirmatione ad Senatum, Pandectis præfixit; quæ etiam iiſdem verbis repetitæ extant in tit. C. De veteri iure enucleando: Iuris veteris à ſe enucleati compendium, tanta Iuriſperitorum, quorum curæ id commiſerat eruditione &

diligentia compoſitum; ea denique arte elaboratum, omnique ex parte abſolūtum fuiſſe aſſeruit, vt ei neque detrahi quidquam, neque adiici poſſe, exiſtimauerit. Nec contentus illud miris laudibus extuliſſe: adeo perfectionis illius ſecurus, de eo loquitur, vt omnibus tūc temporis Iuriſperitiam habētibus & omnibus Iuriſperitis in poſterum exſtituris, prohibuerit commentarios illi adnectere, ne verboſitate ſua ſupradictæ collectionis compendium confunderetur: ſed tantum id per Indices & titulorum ſubtilitatem quędam adnotare admonitoria, & ea quæ Paratitla vocantur, compo-

Digitized by Google

nere. Præuiderat quippe ſagaciſſimus princeps, ſcribendi ac commentandi libertate permanente & palam omnibus conceſſa, Romanam legiſlationem quam maximis Iuriſperitorum laboribus ac vigilijs; ex tot voluminum confuſione eruerat & in luculentam erexerat conſonantiam, in antiquum Cahos & immenſitatem veterem reuerſuram. Nec ſane eum fefellit euentus: Nam vt Græcos prætermittam, reſtitutis Occidenti iuris Iuſtinianei libris, ingens Latinorum interpretum turba emerſit; qui neglecto eo quod faciendum Iuſtinianus præceperat; & ei

quod tam ſtrictè prohibuerat incumbentes; verboſis commentarijs, interpretationum & opinionum varietatibus, Romanam Iuriſprudentiam pœne oppreſſere. Quorum ego numerũ ne videar augere voluiſſe, & ipſe in eam Iuſtiniani prohibitionem incidiſſe, hunc libellum Paratitlorum, nuncupatione à Iuſtiniano probata in publicum exire permiſi. An autem id quod Iuſtinianus per Paratitla in conſtitutionibus intellexit, in eo præſtiterim, tuum erit (Lector beneuole) iudicare, penſitatis ſupradictarum conſtitutionum verbis, ac collatis ſi volueris, tam Græcorum quam La-

Digitized

tinorum eiuſdem nominis operibus. Neque enim cum primum hic fœtus conceptus eſt quidquam de eo cogitatum. Propoſitum mihi non aliud fuit quam vt poſtulationibus quorumdam ſtudioſorum ſatisfaciens, collectionis Iuſtinianeæ ſynopſim & ideam quandam ob oculos proponerem, eiuſque vniuerſæ diſpoſitionem per ſeriem & connexionem titulorum exponerem, & præmiſſâ in ſingulis rubricis explicatione, vniuſcuiuſque præcipuas & magis ad ipſius textus intellectum neceſſarias regulas adnotarem. Hoc igitur qualicumque noſtro labore ſub Paratitlorum, vel

alio quocumque tibi placuerit, nomine fruere, & quoniam non meditato ſemper, ſed ſæpe extemporali & ſubita dictione, prout memoria ſuggerebat, proceſſit, ſine vlla eius vnquam publicandi cogitatione, ſi quid nobis negligentius excidiſſe deprehenderis, facile tibi erit ex ipſius textus, cui ſoli inhærendum, citati, lectione emendare, & verum à falſo ſecernere.

Digitized by Google

ARcanum Themidis Latiæ, & perplexa Sophorum,
Qui cupit ex adytis poſſe mouere ſuis,
Archaïcos mittat Baldos, Iaſones, Salycetos,
Numina quæ genitrix Itala terra colit,
Inſtinianæis offundunt nubila chartis
Scribentes multis pauca voluminibus.
COLLVMBVS fontes potis eſt reſerare ſerenos,
Purpureos inter gloria rara Patres,
Immenſa exiguo complexus iura libello,
Poſſit vt in veſtras ſæpiùs ire manus.

N. R. Senator Pariſienſis.

AD VIRVM CLARISSIMVM CLAVDIVM COLOMBET, Senatorem Pariſienſem: in ſua Paratitla.

EPIGRAMMA.

DESINE conſcriptos Romana facundia Patres
Oſtentare, Patrum gloria maior adeſt.
Legiferæ reſtant ſi quæ veſtigia Romæ,
Lege COLVMBETVM, *corruit omne decus.*

Aliud

IVſtinianeas, immenſa volumina, leges
Anguſto clauſus fine libellus habet.
Nil mirum, exploſa Scriptorum ambagine, prodit
Arte magiſtrali doctior & breuior.

NICOLAVS DE MONTHOLON.

Digitized by Google

INDEX
TITVLORVM ORDINE ALphabetico Digeſtus.

A

de ABigeis, 746
de Acceptilatione, 719
de Accuſationibus & inſcriptionibus, 756
de Acquirenda vel omittenda hæreditate, 420
de Acquirendo rerum dominio, 613
de Acquirenda vel omittenda poſſeſſione, 617
de Actionibus empti & venditi, 280
de Actione rerum amotarum, 353
de Actione tutelæ, 360
de Ademptione libertatis, 601

Digitized by Google

de Adimendis vel transferendis legatis, vel fideicommiſſis, 479

de Adminiſtratione & periculo Tutorum & Curatorum, qui geſſerint vel non, & de agentibus, vel conuenientibus vno, vel pluribus, 369

de Adminiſtratione rerum, ad ciuitatem pertinentium, 829

Ad exhibendum, 181

de Adoptionibus & emancipationibus, 8

Ad legem Aquiliam, 166

Ad legem Corneliam de ſicariis, & veneficijs, 765

Ad legem falcidiam, 496

Ad legem Iuliam de vi publica, 764

Ad legem Iuliam de vi priuata, ibid.

Ad legem Iuliam de adulteriis coërcendis, 761

Ad legem Iuliam maieſtatis, 759

Digitized by Google

Ad legem Iuliam peculatus & de ſacrilegiis & reſiduis, 771

Ad Senatuſconſultum Velleianum, 253

Ad Senatuſconſultum Trebellianum, 503

Ad ſenatuſconſultum Tertillianum & Orphitianum, 573

Ad ſenatuſconſultum Turpilianum, & de abolitionibus criminum, 774

Ad municipalem & de incolis, 280

de Ædilitio edicto & redhibitione, & quanti minoris, 307

de Æſtimatoria, 283

de Agnoſcendis & alendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis, 355

de Albo ſcribendo, 824

de Aleatoribus, 192

de Alienatione iudicij mutandi cauſa facta, 94

de Alimentis vel cibariis legatis, 447
An per alium cauſæ appellationum reddi poſſint, 802
de Appellationibus & relationibus, 790
de Appellationibus recipiendis, 798
Apud eum à quo appellatur aliam cauſam agere compellendum, 805
A quibus appellare non licet, 794
de Aqua & aquæ pluuiæ arcendæ actione, 585
de Aqua quotidiana & æſtiua, 669
de Arboribus cædendis, 675
Arborum furtim cæſarum, 737
de Aſſignandis libertis, 557
de Auro, argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veste, vel veſtimentis, & ſtatuis legatis, 476
Digitized by

de Authoritate & conſenſu tutorum & curatorum, 373

B

de *Bonorum poſſeſſionibus,* 518

de Bonorum poſſeſſione, infanti, furioſo, muto, ſurdo, cæco, competenti, 521

de Bonorum poſſeſſione contra tabulas, 523

de Bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, 539

de Bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis, 544

de Bonis libertorum, 552

de Bonis authoritate iudicis poſſidendis vel vendendis, 643

de Bonis damnatorum, 781

de Bonis eorum qui ante ſententiam, vel mortem ſibi conſciuerunt vel accuſatorem corruperunt. 784

C

de *Cadaueribus punitorum,* 789

de Calumniatoribus, 71

de Capite minutis, 90
de Captiuis & de poſtliminio, & redemptis ab hoſtibus, 810
de Carboniano edicto, 537
de Caſtrenſi peculio, 818
de Cenſibus, 835
de Cloacis, 671
de Collatione bonorum, 528
de Collatione dotis, 533
de Collegijs & corporibus, 752
de Colluſione detegenda, 612
Communia prædiorum, tam ruſticorum quam vrbanorum, 155
Commodati vel contra, 229
Communi diuidundo, 179
de Compenſationibus, 256
de Concubinis, 359
de Concuſſione, 745
de Condictione cauſa data, cauſa non ſequuta, 214
de Condictione ob turpem vel iniuſtam cauſam, 216
de Condictione indebiti, 217
Digitized by Google

de Condictione ſine cauſa, 219
de Condictione furtiua, 221
de Condictione ex lege, 222
de Condictione triticaria, 223
de Conditionibus & demonſtrationibus, & cauſis, & modis eorum quæ in teſtamento ſcribuntur, 487
de Conditionibus inſtitutionum, 413
de Confeſſis, 637
de Conſulis officio, 151
de Confirmando tutore vel curatore, 364
de Coniungendis cum emancipato liberis eius, 534
de Conſtitutionibus Principum, 8
de Contrahenda emptione, 266
de Contraria tutelæ, & vtili actione, 385
de Curatoribus furioſo & alijs extra minores dandis, 391
de Curatore bonis dando, 647

de Cuſtodia & exhibitione reorum, 758

D

de DAmno infecto, & de ſugrundis & protectionibus, 583

de Decretis ab Ordine faciendis, 830

De decurionibus & filijs eorum, 822

Depoſiti vel contra, 258

De diſtractione pignorum vel hypothecarum, 304

De diuerſis & temporalibus præſcript. & de acceſſionibus poſſeſſionum, 685

De diuortijs & repudiis, 344

De dolo malo, 81

De doli mali & metus exceptione, 688

De donationibus inter virum & uxorem, 341

De donationibus, 589

De dote prælegata, 462

Digitized

De duobus reis conſtituendis, 701

E

de EDendo, 46
de Effractoribus & expilatoribus, 749
de Eo per quem factum erit, quominus in iudicio ſiſtat, 41
de Eo quod certo loco dari oportet, 224
de Eo qui pro tutore, proue curatore negotia geſſit, 386
de Euictionibus & duplæ ſtipulatione, 312
Eum qui appellauerit in prouincia defendi, 804
Ex quibus cauſis maiores 25. annis in integrum reſtituantur, 91
de Exceptione rei venditæ & traditæ. 316
de Exceptionibus, præſcriptionibus & præiudiciis, 619
de Exceptione rei iudicatæ, 684

de Excuſationibus tutorum, 377
de Exercitoria actione, 234
de Expilatione hæreditatis, 748
de Extraordinariis criminibus, 142
de Extraordinariis cognitionibus, & ſi iudex litem ſuam feciſſe dicetur, 833

F

Familiæ erciſcundæ, 175
de Feriis, dilationibus & diverſis temporibus, 45
de Fide inſtrumentorum & amiſſione eorum, 326
de Fideicommiſſoria hereditatis petitione, 122
de Fideicommiſſariis libertatibus, 598
de Fideiuſſoribus & nominatoribus, & hæredibus tutorum & curatorum, 388
de Fideiuſſoribus & mandatoribus, 707

Digitized by Google

Finium regundorum, 172
de Flumine publico. Ne quid in flumine publico, ripaue eius fiat quo peius nauigetur, 660
de Fonte, 671
de Fugitiuis, 191
de Furtis, 719
Furti aduerſus nautas, caupones, ſtabularios, 735
de Fructibus balneariis, 748

G

de GLande legenda, 676
de Gradibus & affinibus, & nominibus eorum, 563

H

de HÆreditatis petitione, 118
de Hæreditate, vel actione vendita, 273
de Hæredibus inſtituendis, 404
de His quæ pro non ſcriptis habentur, 485

de His quæ pœna cauſa relinquuntur, 483
de His quæ vt indignis auferuntur, 485
de His qui notantur infamia, 64
de His qui ſui vel alieni iuris ſunt, 8
de His qui effuderint vel deiecerint, 168
de Homine libero exhibendo, 676

I

de Impenſis in res dotales factis, 61
in Ius vocati vt eant vel ſatis, aut cautum dent, 41
de In litem iurando, 213
In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur, 277
de In integrum rſteitutione, 75
de In rem verſo, ib.
de In diem addictione, 270
de in Ius uocando, 39
de Incendio, ruina, naufragio,

rate, nunc expugnata, 741
de Iniurijs & famoſis libellis, 742
de Iniuſto rupto, & irrito facto teſtamento, 401
de Iis, qui in teſtamento delentur, 403
de Inofficioſo teſtamento, 113
de Inſtitoria actione, 238
de Inſtructo vel inſtrumento legato, 468
de Interdictis ſiue extraordinarijs actionibus, quæ pro his competunt, 649
de Interdictis, relegatis, & deportatis, 786
de Interrogationibus in iure faciendis, 183
de Itinere, actuque priuato, 667
Iudicatum ſolui, 724
de Iureiurando ſiue voluntario, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali, 209
de Iure dotium, 336
de Iure deliberandi, 415
de Iure codicillorum, 433

de Iure patronatus, 545
de Iure aureorum annulorum, 606
de Iure fiſci, 807
de Iure immunitatis, 827
de Iuriſdictione omnium iudicum, 31
De Iuris & facti ignorantia, 328
de Iuſſu, 252
de Iuſtitia & iure, 8

L

de Legationibus, 828
de Legatis & fideicommiſſis, 436
de annuis Legatis & fideicommiſſis, 454
de Legatis præſtandis contra tabulas, bonor. poſſeſſione petita, 526
de Legibus, ſenatuſconſultis & longa conſuetudine, 8
de lege Rhodia de iactu, 236
de Lege commiſſoria, 272

Digitized by Google

de Lege Iulia repetundarum, 769
de Lege Iulia ambitus, 773
de Lege Cornelia, de falſis, & de ſenatuſconſulto Liboniano, 767
de Lege Põpeia de parricidis, 767
de Lege Iulia, de Annona, 771
de Lege Fabia de plagiariis, 773
de Legitimis tutoribus, 365
de Libellis dimiſſoriis qui Apoſtoli dicuntur, 799
de Liberali cauſa, 608
de Liberatione legata, 477
de Liberis & poſtumis hæredibus inſtituendis, & exhæredandis, 396
de Liberis exhibendis, item ducendis, 677
de Libertis vniuerſitatum, 556
de Litigioſis, 690
Locati conducti, 282
de Locis & itineribus publicis, 157
de Loco publico fruendo, 659

M

de MAgiſtratibus conuenien-
dis, 389
Mandati vel contra, 261
de Manumiſſionibus, 593
de Manumiſſis vindicta, 595
de Manumiſſionibus quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus imponuntur, 596
de Manumiſſis teſtamento, 597
de Migrando, 678
de Minoribus 25. annis, 84
de Muneribus & honoribus, 824
de Mortis cauſa donationibus & capionibus, 590
de Mortuo inferendo & ædificando, 199

N

de NAtalibus reſtituendis,
607
Nautæ, caupones, ſtabularij, 104

Digitized by Google

de Iudicijs, 108

de Nautico fœnore, 324

de Negotiis geſtis, 70

Ne quis eum qui in ius vocabitur, vi eximat, 41

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur, 611

Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus erit, 654

Ne quid in loco ſacro fiat, 656

Ne quid in loco publico, vel itinere fiat, ibid

Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque priori ætate fluxit, 661

Nihil innouari appellatione interpoſita, 800

de Nouationibus & delegationibus, 709

de Noui operis nuntiatione, 575

de Noxalibus actionibus, 170

de Nundinis, 832

O

de OBligationibus & actionibus, 692
de Obſequys à liberis & libertis, parentibus & patronis præſtandis, 547
de Officio præfecti prætorio, 16
de Officio præfecti vrbi, 18
de Officio quæſtorum, 20
de Officio præfecti vigilum, 23
de Officio præfecti auguſtalis, 27
de Officio præſidis, 24
de Officio prætorum, 21
de Officio proconſulis & legati, 24
de Officio procuratoris Cæſaris vel rationalis, 28
de Officio iuridici, 29
de Officio adſeſſorum, 29
de Officio eius cui mandata eſt iuriſdictio, 30
de Operis ſeruorum, 145
de Operis libertorum, 549
de operis nouis nunc. 575

Digitized by Google

de Operibus publicis, 831
de Optione vel electione, 463
de Origine iuris, 8

P

de PActis dotalibus, 339
de Peculio, 245
de Peculio legato, 470
de Pecunia conſtituta, 227
de Penu legata, 472
de Periculo & commodo rei venditæ, 276
de Pigneratitia actione, 231
de Pignoribus & hypothecis, qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum, 290
de Pœnis, 779
de Pollicitationibus, 832
de Popularibus actionibus, 752
de Poſſeſſoria hereditatis petitione, 121
de Poſtulando, 62
de Præſcriptis verbis & in factum actionibus, 283

de Prætoriis ſtipulationibus, 720
de Præuaricatione, 747
de Precario, 674
de Priuatis delictis, 727
de Probationibus & præſumptionibus, 325
Pro Emptore, 627
Pro ſocio, 262
Pro ſoluto, 626
de Procuratoribus. 65
de Proxeneticis, 835
Pro derelicto, 630
Pro ſuo, 633
Pro hærede, 628
Pro dote, 631
Pro donato, 629
Pro legato, 630
de Publicanis, vectigalibus & commiſſis; 586
de Publiciana in rem actione, 125
de Publicis iudiciis, 754

Digitized by Google

Q

QVæ res pignori vel hypotheca data obligari non poſſint, 298
Quæ in fraudem creditorum facta ſunt vt reſtituantur, 648
Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur, 801
de Quæſtionibus, 778
Quando dies vſusfructus legati cedat, 139
Quando de peculio actio annalis ſit, 250
Quando ex facto tutoris, vel curatoris, minores agere vel conueniri poſſunt, 376
Quando dies legatorum vel fideicommiſſorum cedat, 512
Quarum rerum actio non detur, 689
Quando appellandum ſit, 797
Quemadmodum ſeruitutes amittuntur, 360
Qui ſatiſdare cogantur, 41

Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur & de his qui in priorum locum ſuccedunt, 300

Qui petant tutores vel curatores, 368

Qui teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum teſtamēta fiant, 393

Qui ſine manumiſſione ad libertatem perueniant, 604

Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt, & ad l. Æliam Sentiam, 605

Quis à quo appelletur, 796

Quibus modis vſusfructus vel vſus amittitur, 140

de Quibus rebus ad eundem iudicem eatur, 189

Quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur, 306

Quibus non competit bonorum ſucceſſio, 568

Quibus ad libertatem proclamare non licet, 610

Quibus ex cauſis in poſſeſſionem

r, 641
uod quiſque iuris in alterum
erit, vt ipſe eodem iure vta-
38
uod cuiuſcumque vniuerſitatis
ine vel contra agatur, 69
uod metus cauſa geſtum erit,

uod cum eo qui in aliena pote-
e eſt, negotium geſtum eſſe dice-
242
uod falſo tutore authore ge-
 eſſe dicetur, 387
uorum bonorum, 692
uod legatorum, 653
uod vi aut clam, 672

R.

REi vindicatione, 123
de Rebus creditis, ſi cer-
 petatur, & de condictione, 201
Rerum permutatione, 285
Rebus eorum qui ſub tutela
cura ſunt, ſine decreto non a-

lienandis, vel ſupponendis, 391
de Rebus dubiis, 481
de re iudicata & de effectu ſententiarum & de interlocutionibus, 634
Rem pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore, 723
Rem ratam haberi, 725
de Re militari, 817
de Regula Catoniana, 483
de Regulis iuris, 838
de Receptis arbitris, & qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant, 976
de Receptatoribus, 748
de Religioſ. & ſumpt. funer. & ut funus ducere liceat, 195
de Remiſsionibus, 673
de Requirendis reis, vel abſentibus damnandis, 776
de Reſcindenda venditione, & quando liceat ab emptione diſcedere, 275
de Ripa munienda, 662
de Ritu nuptiarum, 333
Digitized by Google

de Riuis, 670

S

SAluiano edicto, 678
de Senatuſconſulto Maceniano, 243
de Senatuſconſulto Syllaniano & laudiano quorum teſtamenta ne eriantur, 431
de Senatoribus, 12
de Sententiam paſſis & reſtitutis, 88
de Separationibus, 644
de Sepulchro violato, 744
de Seruitutibus, 149
de Seruitutibus prædiorum vrnorum, 152
de Seruitutibus prædiorum ruſticorum, 154
ſi Seruitus vindicetur, vel ad um pertinere dicatur, 158
de Seruo corrupto, 190
de Seruis exportandis, vel ſi ita ancipium vanierit, vt manumit-

tatur, vel contra, 278

de Seruitute legata, 461

Si quis ius dicenti non obtemperauerit, 39

Si quis cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa factis, non obtemperauerit, 41

Si quis in ius vocatus non ierit, ſiue quis eum vocauerit, quem ex delicto non debuerit, 41

Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caueatur, 41

Si pars hereditatis petatur, 120

Si ager vectigalis, id eſt emphyteuticarius petatur, 127

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, 164

Si menſor falſum modum dixerit, 194

Si ventris nomine mulier in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicatur, 358

Si mulier ventris nomine, in poſſeſſione, calumnia cauſa eſſe dice-

Digitized by Google

359
quis omiſſa cauſa teſtamenti ab
tato vel alio modo poſſideat hæ-
tatem, 429
quis aliquem teſtari probibue-
vel coëgerit. 432
cui pluſquam per legem falci-
n licuerit, legatum eſſe dica-
, 50[illegible]
tabula teſtamenti extabunt,

à parente quis manumiſſus fue-
541
quid in fraudem factum ſit,

tabula teſtamenti nulla exta-
t unde liberi, 539
ingenuus eſſe dicetur, 610
is qui in teſtamento liber eſſe
us eſt, poſt mortem domini, an-
litam hæreditatem, ſubripuiſ-
ut corrupiſſe quid dicetur, 534
familia furtum feciſſe dicatur,

tutor vel curator magiſtratus

creatus appellauerit, 803

Si pendente appellatione mora interuenerit, 806

de Solutionibus & liberationibus, 714

Soluto matrimonio, dos quemadmodum petatur, 348

de Sponſalibus. 331

de Statu hominum, 8

de Satuliberis, 602

Stellionatus, 750

de Stipulatione ſeruorum, 703

de Succeßorio edicto, 562

deSuis & legitimis haredibu ,570

de Superficiebus, 666

de Suppellectile legata, 473

de Suſpectis tutoribus & curatoribus, 376

T

de TAbulis exhibendis, 655

de Termino moto, 751

de Teſtamentaria tutela, 363

de Teſtamento militis, 417

Digitized by Google

[T]eſtamenta quemadmodum ape[ri]ntur, inſpiciantur & deſcriban[tur], 428
[D]e Teſtibus, 327
[D]e Tigno iniuncto, 732
[D]e Tranſactionibus, 69
[D]e Tributoria actione, 240
[D]e Tritico, vino & oleo legato, [.]6
[D]e Tutoribus & curatoribus da[tis] ab his qui dandi ius habent. Et [qui] & in quibus cauſis ſpecialiter [dar]i poſſunt, 366
[D]e Tutela & rationibus diſtra[hen]dis, & vtili curationis cauſa a[cti]one, 380

V

V*Acatione & excuſatione munerum,* 826
[V]bi pupillus educari vel morari [deb]eat, & de alimentis ei præſtan[dis], 379
[De] Ventre in poſſeſſionem mitten-

do, 536

de Verborum obligationibus, 697

de Verborum ſignificatione, 838

de Veteranis, 819

de Vi & vi armata, 663

Vi bonorum raptorum & de tutela, 738

de Vi publica & ſi quid in ea factum eſſe dicatur, 659

de Via publica, & itinere publico reficiendo, ibid

Vnde legitimi, 560

Vnde cognati, 561

Vnde vir & vxor, 567

de Vſu & habitatione, 146

de Vſu & vſufructu, de reditu & habitatione, & operis per legatum vel fideic. datis, 458

de Vſucapionibus & vſurpationibus, 620

de Vſufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur, 132

de Vſufructu adcreſcendo, 136

de Vſufructu earum rerum quæ vſu conſumuntur, 143

Digitized by

Titulorum.

ſi Vſusfructus petatur, vel ad a-
um pertinere negetur, 144
Vſufructuarius quemadmodum
ueat, 147
de Vſuris & fructibus, & cauſis,
omnibus acceßionibus, & mora,
7
Vt legatorum, ſeu fideicommiſ-
rum cauſa caueatur, 515
Vt in poſſeßionem legatorum vel
eicommiſſor. ſeruandorum cau-
eſſe liceat, 517
Vt ex legibus, Senatuſconſultis
orum poſſeſsio detur, 569
Quis ordo in bonorum poſſeſsio-
ius ſeruetur, 570
Vt in flumine publico nauigare
at, 661
ti poſsidetis, 655
e Vulgari & pupillari ſubſtitu-
e, 408

FINIS.

Summa Priuilegij Regij.

AVTHORITATE Regia ſancitum eſt, ne quis CLAVDII COLOMBET, I C. Senatoris Pariſienſis, *Paratitla in quinquaginta libros Digeſtorum*, imprimat, aut alibi impreſſum in hoc regno diuendat ante decennium; præter eos quibus dictus Colombet conceſſerit: Idque perinde notum habeatur, ac ſi regij diplomatis integri exemplum, operis initio præfigatur, vel fini poſtponatur. Qui ſecus faxit librorum confiſcatione & pœnis dicto diplomate regio comprehenſis, mulctabitur. Datum Pariſijs, die 7. Februarij, anni 1657. De Conſilij ſententiâ ſignatum.

DENIS.

HVius autem diplomatis contentum dictus D. Colember, tranſtulit in fauorem viduæ Geruaſij Alliot, Henrici le Gras, & Antonij Clement, quorum cura & ſumptibus typis eſt mandatus liber de quo in eodem diplomate fit mentio, & ad extremum perductus, die quinta Martij, anni 1657.

Eius exemplaria exhibita & perſoluta. Iſque in regeſto Librariorum Pariſienſium publico inſertus.

Paratitla

Digitized by Google

ARATITLA
N QVINQVAGINTA LIBROS PANDECTARVM, ſeu Digeſtorum.

DE Iuris Romani origine, eiuſque à Iuſtiniano compoſiti, hiſtoria: deque Pandectarum, ſeu Digeſtorum ectione & appellatione, ſuperneum eſt dicere; cùm omnia ad Iuſtiniani vſque tempora gerunt, cuilibet ſatis obuia pa- ex *l. 2. D. de origine Iuris, &* *t. Cod. de veteri iure enucleando.* t Iuſtinianum autem variis arum gentium irruptioni-

bus, extincta omni penè cum Romano Imperio, in partibus Occiduis literarum cognitione, Ius Ciuile penitùs incognitum latuit per ſexcentos fere annos, vſque ad tempora ſcilicet Lotharij ſecundi, Imperatoris, quo demum imperante, in euerſæ Melphitanæ ciuitatis Bibliotheca, repertos à Piſanis Pandectarum libros circa annum Chriſti 1137. Irnerius euulgauit, & interpretari cœpit. Idemque ex Nouellis Iuſtiniani Authenticas Codici inſeruit. Ex quibus Piſanis, hodie (poſtquam Piſana Reſpublica in ditionem Florentinæ ceſſit,) Florentinis Pandectis, vtrumne alij omnes, qui ad nos peruenerunt, libri Pandectarum, deſcripti fuerint; an verò ex aliis exemplaribus prodierint, non vtique inter omnes conuenit: Plerique enim authenticum illud Florentinum, ipſius Iuſtiniani, ſiue Triboniani iuſſu, conſcriptum exi-

Digitized by Google

nantes, omnia exemplaria ex eo
nanaſſe, ſiue prodiiſſe credunt:
ij contra ſentiunt; Inter quos
iiacius *lib.* 2. *Obſeruat. cap.* 1. in
e. Sane & ante Irnerij vulgatio-
m, pleriſque viſos Pandectarum
ros etiam in Occidente, nega-
ion poteſt: nam Iuo Carnoten-
, quem conſtat obiiſſe anno 1115.
iltos locos ex Pandectis, ſuo
ecreto inſeruit, vt videre eſt in
rte 16. Decreti Iuonis, & in eius
iſt. 94. & 134.

't vt ſit, conſtat tantam Florenti-
Pandectis, ſemper fuiſſe fidem
hibitam, vt quotieſcunque de
ra alicuius loci lectione dubita-
ur inter ſequentis æui Interpre-
, Piſas ad hoſce libros conſu-
dos, mitti ſoleret. Videndus
t. Aug. *lib.* 1. *Emendat. cap.* 1.

Quæ porro vulgo circunfertur
ndectarum in 3. tomos ſeu vo-
nina diuiſio & ſectio, *Digeſtum*
us, ſcilicet, *Infortiatum*, & *Di-*

geſtum nouum, non alia authoritate nititur, quam imperitia cuiuſdam Librarij, qui, quoniam additis gloſſis, Cartarum nimia congeries, iuſtum volumen excedere videbatur; ita in tria volumina diuiſit, nullâ rerum, ſiue materiarum ratione habitâ in voluminum ſectione, vt patet ex fine Digeſti veteris, & principio Infortiati; Vnde apparet quàm fruſtra ſit, ne dicam ridiculus, eorum labor, qui rationem illius diuiſionis, & appellationis cuiuſque Tomi, anxiè nimis quæſierunt. Vnus quippe fuit & continuus Pandectarum contextus, vnoque volumine contentus, neque Digeſtum vnum alio vetuſtius, aut nouius, docente ipſo Iuſtiniano, in *l.* 1. *Cod. de veteri iure enucleando*. Quin imò diuiſio illa Pandectarum in ſeptem partes, à Iuſtiniano ipſo propoſita, non tam methodi alicuius obſeruandæ cauſſa, ſeu ratione artis Iuris habitâ,

iàm conſideratione naturæ nu-
eri ſeptenarij facta eſſe videtur,
idem teſtatur Iuſtinianus in *l.* 2.
1. *in fine Cod. de veteri Iure enucle-
do*: Quemadmodum etiam diui-
onis in quinquaginta Libros, ra-
frustra quæreretur: Quam-
iam enim Tituli omnes inuicem
tione quadam connectantur,
illa tamen idonea ratio illius
inquagenariæ diuiſionis reddi
teſt, niſi velis dicere Iuſtinia-
m, qui ad exemplum Saluij Iu-
ni, qui centum digeſtorum Edi-
orum Libros ediderat, Pande-
s contexuit, oſtendere voluiſſe,
breuitatis amatorem, cum quin-
aginta tantùm Libris omnia
nplexus eſſet, imò multò plu-
quàm ipſe Iulianus in centum
geſtorum Libris.

De ratione porro diſpoſitionis
us operis & collocationis Ti-
rum, non eſt quod hic ſcru-
oſius inquiramus, ne in recen-

ſendis interpretum eâ de re variis opinionibus, diutius immorantes, viam, quam Iuris ſtudioſis facilem indicare intendimus, difficilem & ſalebroſam oſtēdamus; dum enim alius aliam quærit, aut aliis probatam improbare nititur, tantum caliginis ac tenebrarum, in re non admodum obſcura, excitatum, vt quidam omnia temerè & confusè collocata reputantes, Digeſta, per αὐτιφρασιν, appellata exiſtimauerint: quâ opinione nihil abſurdius; cùm enim conſtet Libros Pandectarum, ad ſimilitudinem Codicis & Edicti perpetui, compoſitos fuiſſe, *l.* 1. §. 3. *&* §. 5. *Cod. de veteri iure enucleando*, & Saluium Iulianum, Edicti perpetui ordinatorem, tot laudibus, propter huiuſmodi ordinationem, à veteribus cumulatum, *l.* 2. §. 18. *Cod. de vet. Iur. en.* & *l. pen. Cod. de condict. indeb.* neceſſariò dicendum eſt, ordinationis illius rationem

iquam palam conſtitiſſe, & omibus probatam fuiſſe. Nos vularem, vt veriorem, ipſique Iutiniano, in Inſtitutionibus probaam, ſequemur, ſi quæ deuiare videbuntur, ſuis locis expoſituri.

PRIMA PARS.

LIBER PRIMVS.

TITVLVS I.

De Iuſtitia & Iure. II. De Origine Iuris. III. De Legibus, Senatuſconſultis, & longa conſuetudine. IV. De Conſtitutionibus Principum. V. De Statu Hominum. VI. De His qui ſui vel alieni Iuris ſunt. VII. De Adoptionibus & Emancipationibus. VIII. De diuiſione rerũ.

QVÆ octo prioribus huius Libri Rubricis proponuntur, tam dilucidè à Iuſtiniano, in duodecim primis titulis Libri primi & initio Libri ſecundi Inſtitutionũ, ſunt expoſita, vt alia explicatione

Digitized by Google

on indigeant cùm facillimum ſit x cuilibet longè vtilius, ea ex pſius textûs Inſtitutionum lectione percipere.

Vt autem ſeries & connexio Titulorum, facillimè dignoſcatur, ſciendum eſt, omne jus, vel ad perſonas, vel ad res, vel ad actiones pertinere, *l.* 1. *de ſtatu hominum*, in quibus tribus explicandis totum jus conſiſtit. Sed quoniam res & perſonæ, in iure non conſiderantur, niſi quatenus ſub juſti, vel iniuſti conſiderationem cadunt, hoc eſt, quatenus de iis lites oriuntur, quæ per actiones ſunt dirimendæ, non mirum, ſi ſolus fere actionum Tractatus in iure conſideretur, illudque totum occupare videatur, Traditis itaque in principio huius Libri definitionibus, diuiſionibus, & generalibus præceptis, de Iuſtitia & Iure, deque Iuris Romani origine, & diuerſis eius ſpeciebus, legibus ſcili-

A v

cet, Senatuſconſultis, longa conſuetudine, & cõſtitutionibus Principum, quarum omnium ſpecierũ definitiones, ex *lib.* 1. *Inſtit. Tit.* 2. petendæ ſunt, Tribonianus Pandectarum compilator, primũ de perſonis, ſeu de ſtatu hominum, breuiter quædam tradit; docẽs quemadmodum natiuitate, captiuitate, adoptione, emancipatione, & aliis pleriſque modis, homines alterius poteſtati ſubiiciantur, vel eximantur, & ſui Iuris efficiantur: Deinde, breuiter quoque quibuſdam definitionibus traditis, de Rerum diuiſione & earum variis ſpeciebus, ad tertium Iuris objectum, Actiones ſcilicet, in quibus totum ferè Ius conſiſtit, tranſit: Et quoniam omnis actio, vel à Magiſtratibus olim impetrabatur, cùm ordinaria Iudicia erant, vel poſtquam omnia extraordinaria eſſe cœperunt, coram ipſiſmet Magiſtratibus, aut ab iis delegatis Iudicibus, vel Ar-

Digitized by Google

bitris, diſceptatur, ideo tractaturo de actionibus, neceſſarium fuit de Magiſtratibus ante omnia, quædam præponere.

Omiſſis ergo variis Magiſtratûs definitionibus, quæ ex Cicerone & Ariſtotele, à Ioanne Bodino, *lib.* 3. *de Rep. cap.* 2. referuntur & refelluntur, Magiſtratus definiri poteſt ex mente Iuriſconſultorum, *Perſona quæ poteſtatem publicam habet, ius ſuum cuique reddendi*, ſeu eſt *is per quem Ius effectum accipere debet*: *l.* 2. *§. poſt originem, D. de origine Iuris.* Magiſtratus autem alij ſunt Vrbani, alij Prouinciales: Vrbani ſunt Senatores, Conſules, Præfectus Prætorio, Præfectus vrbi, Quæſtor, Prætores, Præfectus vigilum.

cet, Senatuſconſultis, longa conſuetudine, & cõſtitutionibus Principum, quarum omnium ſpecierũ definitiones, ex *lib*. 1. *Inſtit*. *Tit*. 2. petendæ ſunt, Tribonianus Pandectarum compilator, primũ de perſonis, ſeu de ſtatu hominum, breuiter quædam tradit; docẽs quemadmodum natiuitate, captiuitate, adoptione, emancipatione, & aliis pleriſque modis, homines alterius poteſtati ſubiiciantur, vel eximantur, & ſui Iuris efficiantur: Deinde, breuiter quoque quibuſdam definitionibus traditis, de Rerum diuiſione & earum variis ſpeciebus, ad tertium Iuris objectum, Actiones ſcilicet, in quibus totum ferè Ius conſiſtit, tranſit: Et quoniam omnis actio, vel à Magiſtratibus olim impetrabatur, cùm ordinaria Iudicia erant, vel poſtquam omnia extraordinaria eſſe cœperunt, coram ipſiſmet Magiſtratibus, aut ab iis delegatis Iudicibus, vel Ar-

Digitized by Google

bitris, diſceptatur, ideo tractaturo de actionibus, neceſſarium fuit de Magiſtratibus ante omnia, quædam præponere.

Omiſſis ergo variis Magiſtratûs definitionibus, quæ ex Cicerone & Ariſtotele, à Ioanne Bodino, *lib. 3. de Rep. cap. 2.* referuntur & refelluntur, Magiſtratus definiri poteſt ex mente Iuriſconſultorum, *Perſona quæ poteſtatem publicam habet, ius ſuum cuique reddendi*, ſeu eſt *is per quem Ius effectum accipere debet: l. 2. §. poſt originem, D. de origine Iuris.* Magiſtratus autem alij ſunt Vrbani, alij Prouinciales: Vrbani ſunt Senatores, Conſules, Præfectus Prætorio, Præfectus vrbi, Quæſtor, Prætores, Præfectus vigilum.

TITVLVS IX.

De Senatoribus.

QVod ad Senatores attinet, (qui propriè Magiſtratus non ſunt,) notiſſimum eſt omnibus, longè aliam fuiſſe Senatus, Senatorumque authoritatem, ſub Regibus, aliam libera Republica, aliam denique ſub Imperatoribus, ſub quibus adeo modica fuit authoritas, vt nihil noui ſtatuere, aut definire poſſet Senatus; niſi præcipientibus Imperatoribus; qui cùm aliquid ſtatuere vellent, ſolebant orationem ad Senatum habere, quam ſubſequebatur Senatuſconſultum, vnde factum eſt, vt quod in libris Iuris vno loco dicitur oratione Principis conſtitutum, alio, Senatuſconſulto ſtatutum fuiſſe dicatur, *l. cum hi, D. de Tranſactionibus, l. cum*

hic ſtatus, *D. de donationibus inter virum & vxorem*, & paſſim in *tit. de Prædiis*, *& aliis rebus Min. D. & Cod.* Quod itaque dicitur in *l.* 9. *D. de legib.* non ambigi, Senatum ius facere poſſe, ſic accipiendum eſt; volẽte & præcipiente Imperatore; Nam alioqui nulla pene fuit Senatus authoritas. Hinc eſt quod in hoc Titulo ne verbum quidem de poteſtate Senatorum tradatur, ſed tantum quædam de eorum dignitate, aut vt ita dicam, nobilitate, videlicet vt clariſſimæ, ſpecioſiſſimæque perſonæ appellentur, *l.* 8. hic, *l. ſpecioſas*, *D. de verborum ſignificationibus*, *l.* 5. *de Curatore furioſ. & aliis.* Item vt ſuam dignitatem retineant, quamdiu in Senatu ſunt, à Senatu autem ob turpitudinem moti, eam amittant, *l.* 2. *&* 3. *hîc.* Item vt filij tam naturales, quam adoptiui, concepti, nati, adoptati, poſt dignitatem adeptã; Itemque naturales eman-

cipati, non etiam adoptiui, generis claritatem retineant, *l. 5. & 6.* cum ſequentibus hîc. Fœminæ item ex parentum ſuorum perſona, quamdiu innuptæ ſunt, & nuptæ, ex maritorum dignitate, prærogatiuam habent. *l. fœminæ, hoc tit. d. l. ſpecioſas. D. de verborum ſignificationibus, l. Cum te. Cod. de Nuptiis:* Et viduæ retinent donec inferioris ordinis viris nubant, quæ omnia hodie quoque vſui eſſe, & dirimendis hodiernæ nobilitatis controuerſiis, aptari poſſunt.

Cæterùm notandum eſt, poſt ſedem Imperij, Byſantium à Conſtantino tranſlatam, duplicem Senatum fuiſſe: Vnum ſcilicet in vera & veteri Roma; alterum, in noua: non tamen quatuor Conſules, ſed binos tantũ, quorum vnus Romæ veteri, alter nouæ, ſiue Conſtantinopoli Senatui præerat.

Digitized by Google

TITVLVS X.

De Conſulis Officio.

EAdem quoque ferè de Conſulum poteſtate dicenda ſunt, quæ de Senatu diximus: Occupata ſiquidem à Cæſaribus Republica, publicorumque negotiorum tractatione, vel cura, priſtinæ dignitatis & authoritatis tantum vmbra remanſit: Cœperunt enim ad ea, quæ Ius priuatum ſpectant, priuatorumque negotia ſe conferre, veluti Tutores pupillis dare, §. *ſed & his. Inſtit. de Attiliano Tutore*; conſilium manumittere volentibus præbere, quod vnum tantum traditur de officio Conſulis in hoc Tit. Item aliquando de Tutelis, fideicommiſſis, alimentis, ius dicebant, *l. Tutores*, §. *Tutores, D. de adminiſtratione Tutorum, l.3. de alimentis legatis*; denique aliquando Iudi-

ces dabant, *l. ſicut 50. D. de condit. & demonſtr. l. 1. D. de appellationibus.*

Titvlvs XI.

De Officio Præfecti Prætorio.

PRæfecti Prætorio inſtituendi ſub Imperatoribus, eadem ratio fuit quæ Magiſtri Equitum ſub Dictatoribus, vt traditur *l. vnica hoc tit. & l. 2. §. & hic, D. de origine Iuris:* quæ dignitas ab initio militaris tantum & equeſtris fuit. *Suetonius cap. 6. in Tito & 14. in Galba.* Is autem Præfectus Prætorio dicebatur, qui militibus Prætorianis præerat, id eſt, præſidiariis militibus, qui Prætorio ſiue tabernaculo Cæſarum, ſacri Principis corporis cuſtodes aderant. Primus Senatoriam iis dignitatem addidit, Alexander Seuerus: *Lampridius in Alexandro*, ex quo tempore in tantum

Digitized by Google

augeri meruit dignitas illa, vt iam non tantum armorum, ſed & legum, Iuriſdictioniſque omnis ſumma, penes Præfectum Prætorio, tanquam Imperij Vicarium, fuerit. Vice enim ſacrâ Principis judicabat, Præſides Prouinciarum ſuæ cenſuræ ſubditos habebat, eoſque pro arbitrio promouebat & remouebat, ab eorumque ſententiis appellabatur ad Præfectum Prætorio, cuius ſententiæ omninò ſtandum erat, ab ea ſi quidem appellari non poterat, *l. vnica* §. 1. ſed tantum ſupplicãdi Principis licentia ſuppetebat, *l. vnica Cod. de ſententiis Præfecti Prætorio*. Fuit autem ab initio tantum vnus Præfectus Prætorio: poſtea duo. Herodianus *lib.* 1. *Hiſt.* refert Commodum, primum duos Præfectos prætorio feciſſe, eamque poteſtatem diuiſiſſe, motum conſpiratione Perennis Præfecti Prætorio: Conſtantinus diuiſit in quatuor, videlicet.

Præf. Præt. Orientis, Præf. Præt. Illyrici, Præf. Præt. Italiæ, Præf. Præt. Galliarum, *Zoſimus, lib.* 2. *Hiſt.* Addidit Iuſtinianus, (ſed amiſſis iam Galliis) Præfectum Prætorio Africæ, quorum quiſque habuit ſub ſe Vicarios, qui præerant tractui Prouinciarum à diuerſis rectoribus, vel Præſidibus gubernatarum, qua in re innumeræ extiterunt variationes, de quibus videndus *Pancirolius cap.* 5. 7. *&* 23. *lib.* 1. *& cap.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *Commentariorum ad notitiam vtriuſque Imperij.*

TITVLVS XII.

De Officio Præfecti vrbi.

De prima Præfecti vrbi inſtitutione, præter *Pomponium in l.* 2. §. *& hæc omnia, D. de origine Iuris*, videndus omnino *Tacitus lib.* 6. *Annalium* & *Suetonius in Auguſto, cap.* 7. Huius verò officium hoc

Digitized by Google

fuit, vt omnia crimina intra vrbem & centeſimum milliare iudicaret, quietis popularium, diſciplinæque ſpectaculorum curam gereret, denique vt annona iuſto pretio venderetur, illicita collegia, ſeditioſoſque omnes reprimeret, & in facinoroſos animaduerteret, vi meri Imperij, quod habebat in vrbe. Denique vrbis requies & ſalus, ſtatuſque omnis, ad curam Præfecti vrbi pertinebat, vt *ex leg.* 1. *hoc tit.* colligere eſt.

Hic Præfectus cæteros Magiſtratus in vrbe, ſub ſua diſpoſitione habuit, maximéque Præfectum Annonæ & Præfectum Vigilum, tanquam adiutores & adminiſtros: Huius denique dignitas æqualis cum Præfecto Prætorio, *l.* 1. *Cod. de Præfectis Prætorio & vrbi, &c.*

Titvlvs XIII.

De Officio Quæſtorum.

QVæſtores apud Romanos varij generis fuere; Alij ſiquidem Quæſtores Ærarij, alij, Parricidij; alij, Exercitûs; alij, candidati Cæſaris; alij, ſacri Palatij, quorum omnium varia munera perſequi, noſtri non eſt Inſtituti. Videnda *l.* 2. §. 22. & 23. *D. de origine Iuris.* Hîc & ferè ſemper in iure Quæſtores ſunt candidati Cæſaris, qui orationes Cæſaris in Senatu recitant, Epiſtolas legunt; quæ dignitas in tantum paulatim creuit, vt iam non tantum recitare orationes, ſed & eas componere, precibus Imperatori oblatis reſpondere, leges dictare, Principibus denique in omnibus conſilia dare, ſolerent, maximè à tempore Conſtantini ad

Iuſtiniani vſque & ſequentium Imperatorum tempora, vt ſcribit *Zoſimus lib.* 5. *Hiſt.* tractans de cæde multorum Magiſtratuum, ſub Honorio Ticini facta: *Secundum hos*, inquit, *& Saluius, cuius erat officium, dictare quæ Principi viderentur: Quæſtorem à Conſtantini temporibus appellarunt.* Hæcque fuit Triboniani dignitas. De munere Quæſtoris ſub recentioribus Imperatoribus, vide Cujacium ad *l.* 2. *C. de petitionibus bonorum ſublatis, & ad l. vlt. Cod. de Diſcuſſoribus, lib.* 10.

TITVLVS XIV.

De Officio Prætorum.

PRætor generaliter & ſpecialiter accipitur. Generaliter ſignificat quemcumque maiorem Magiſtratum, qui aliis præeſt, ſic Rectores Prouinciarum, duceſque exercituum, ſæpe appellati.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Specialiter Prętor eſt Magiſtratus, qui Romæ iuri dicundo præerat, hoc eſt, qui definiendis ciuilibus, ſeu pecuniariis priuatorum controuerſiis, non autem criminalibus, præerat. Huius officium quod latiſſimum erat, tribus his verbis, *Do, dico, addico*, continebatur. Dabat ſi quidem Iudices, arbitros, tutores, actiones agere volentibus, exceptiones reis, item bonorum poſſeſſiones, *l.* 1. *infra de Iuriſdictione*. Dicebat Ius dùm interdicebat, in integrum reſtituebat: Iudicabat denique de conttouerſiis Prætoriæ cognitionis, vt ſunt omnes quæ ſunt in *titulo de variis & extraordinariis cognitionibus*. Addicebat denique in ceſſionibus, quæ in iure fiebant. Vlpianus *lib. Reg. tit.* 19. §. 10. Fuit autem ab initio vnus tantum; nempè vrbanus, deinde additus Peregrinus, Tutelaris, Fideicommiſſarius, & alij denique vſque ad 18. de quibus vi-

denda *lex* 2. §. *cùm que, &* §. *deinde Cornelius Sylla, D. de origine Iuris.*

Titvlvs XV.

De Officio Præfecti Vigilum.

PRæfectus Vigilum propriè Magiſtratus non eſt, neque enim ordinariam Iuriſdictionem habet, ſed extra ordinem tantum Ius dicit, *d. l.* 1. §. *ſed & hæc.* Huius officium fuit reprimere incendia, nocturnos fures, effractores, graſſatores, incendiarios, capſarios, & id genus alios, quos omnes fuſtibus caſtigare poterat, nam ſi res maiorem animaduerſionem deſideraret, remittebat ad Præfectum vrbi.

TITVLVS XVI.

De officio Proconſulis & Legati.

ET

TITVLVS XVIII.

De officio Præſidis.

MAgiſtratus Prouinciales sũt, qui in Prouinciis Ius dicunt, nempe Proconſules, & eorum Legati, Præfectus Auguſtalis, Præſides, Procuratores Cæſaris, Iuridicus Alexandriæ.

Quod ad Proconſules & Præſides attinet, eorum eadem fuit poteſtas in Prouinciis, quæ omnium ſimul Romæ ius dicentium Magiſtratuum; de omnibus enim cauſis, de quibus Præfectus vrbi, Prætores, Conſules, cæterique cognoſcunt, Præſidum eſt notio, *l.* 10. *cum ſequenti, D. de officio Præſ.*

Erat

Erat autem magna differentia inter Præſides & Proconſules, Proconſules enim ſorte & authoritate Senatus in Prouincias mittebantur, Præſides iuſſu Cæſaris. Quod vt intelligatur,

Sciendum eſt Auguſtum pacato imperio, Prouinciarum Romanis ſubditarum, alias, nempè pacatiores, populo reliquiſſe: alias, validiores ſcilicet, & in quibus exercitus Romani erant, ſibi reſeruaſſe: illæ vocabantur Proconſulares, aut Prætoriæ, quia iis regendis præficiebantur Proconſules aut Prætores; Hæ autem dicebantur Præſidales, quia iis regendis præficiebantur Præſides à Cæſare, qui dicebantur Legati Cæſaris. De hac Prouinciarum diuiſione & differentia inter Præſides & Proconſules, vide *Lipſium* ad hæc *Taciti* verba, *leuari Proconſulari Imperio. lib.* 1. *Ann. cap.* 16. Neque tamen vnus ſemper fuit Prouincia-

rum ſtatus; ſæpe ex Proconſularibus Præſidales, & è contra, fiebant, cuius rei innumera exempla apud Auguſtæ hiſtoriæ ſcriptores extant, & immutatio alia perpetua, alia temporaria, quæ Ius Prouinciæ non innouat *l. nemo* 123. §. 1. *D. de regulis Iuris.*

Item maius Imperium, maiorque dignitas Proconſulis fuit quàm Præſidis: Proconſules togati viri & Senatorij ordinis: Præſides militares viri & equeſtris ordinis: Proconſules ſex Lictores, Præſides quinque tantum habebant: Proconſules ſpectabiles, Præſides clariſſimi; Proconſul voluntariam Iuriſdictionem habet ſimul atque vrbe egreſſus eſt, *l. 2. de offic. Proconſ.* Præſes nonniſi ingreſſus Prouinciam: Proconſul Legatum habebat, cui Iuriſdictionem ſuam mandabat, nec mandare alteri poterat, nec deligebat ipſum Legatum, ſed ei dabatur à Senatu, aut

Digitized by Google

à Principe, Præſes nullum habuit Legatum: Denique Præſes de cauſis ſtatus cognoſcere non poterat *l. 1. Cod. de ordine cognitionum.* Deportare non poterat, *l. 2. §. 1. D. de pœnis*, niſi ſpecialiter Princeps ei conceſſiſſet.

Notandum Præſidis nomen aliquando generaliter accipi pro quocunque Prouinciæ rectore, & ita tam Proconſulem, quàm Legatum Cæſaris ſignificat, *l. 1. de offic. Præſ.* ſpecialiter legatum Cæſaris.

TITVLVS XVII.

De Officio Præfecti Auguſtalis.

PRoconſulare Imperium habuit Præfectus Ægypti, qui Auguſtalis dicitur, quia ab Auguſto primùm inſtitutus.

Titvlvs XVIII.

De Officio Procuratoris Cæſaris, vel Rationalis.

FVit denique in vnaquaque Prouincia, Procurator Cæſaris, qui & Rationalis dicitur, ab exigendis ſcilicet rationibus, cuius quidem ab initio non magna authoritas fuit, neque enim Iuriſdictionem habebat: Videntur quippe Procuratores Cæſaris, ij fuiſſe initio, quos Cæſar rei familiari præficiebat, audiendis ſcilicet & diſcutiendis rationibus ſeruorum, & libertorum, patrimonij Principis curam habentium. Sed poſtea ei permiſſum eſt ius dicere inter omnes priuatos & fiſcum, *l.* 1. *de Iuriſd. omnium Iudicum.* Videndus *Tacitus*, *lib.* 12. *Annal. cap.* 12. *circa finem*, *&* *initio libri* 13. vbi de Publio Celerio, Equite Romano,

& Ælio liberto, rei familiari Principis, in Aſia præpoſitis, tractat. Equeſtris fuit ea dignitas, vt idem Tacitus, *initio vitæ Iulij Agricolæ*, teſtatur.

TITVLVS XIX.

De Officio Iuridici.

HAbuit quoque Alexandrina ciuitas Iuridicum, cui & legis actio, & Tutoris datio competeret *l. 1. & 2. D. de officio Iuridici Alexandriæ.*

TITVLVS XX.

De officio Adſeſſorum.

HAbent præterea ſupradicti Magiſtratus, Adſeſſores, id eſt, Iuris ſtudioſos & peritos, quorum opera vtuntur & conſilio, in controuerſiis definiendis, ſeu, vt

loquitur *l.* 1. *hic*, in cognitionibus, poſtulationibus, Libellis, Decretis, Epiſtolis.

Hi Adſeſſores ſeu Conſiliarij, peritiam Iuris habere debent, & ſi perperam & contra Ius iudicauerit Magiſtratus, non ipſe, ſed Adſeſſores tenentur. Item negotia tractare non poſſunt in eo Auditorio, cui adſident.

Titvlvs XXI.

De Officio eius, cui mandata eſt Iuriſdictio.

DEnique Magiſtratus omnes plerumque Iuriſdictionem ſuam mandant: qua de re in libro ſequenti.

Digitized by Google

LIBER II.

TITVLVS I.

De Iuriſdictione omnium Iudicum.

EXplicatis variorum Magiſtratuum officiis, ſequitur, vt de eorum poteſtate ſeu Iuriſdictione, in genere dicatur.

Iuriſdictio autem dupliciter ſumitur: generaliter & ſpecialiter. Generaliter Iuriſdictio eſt publica poteſtas Iuris dicundi, tam in cauſis ciuilibus, quam in criminalibus; quamuis enim Iuriſdictionis & Iuris dicundi verbum, ad ciuiles & pecuniarias cauſas potiùs quam ad criminales pertineat, negari tamen non poteſt, & ad criminales quæſtiones aptari, & de iis, perinde ac de ciuilibus, Ius dici poſſe. *l.* 2. §. *exactis* 16. *&* §. *& quia*

23. D. de origine Iuris.
Iuriſdictio ſpecialiter eſt notitia, quæ iure Magiſtratus competit, ſeu publica poteſtas iuris dicundi, ſeu definiendi controuerſias ciuiles ſeu pecuniarias.

Sub Iuriſdictione generaliter ſumpta, continetur merum Imperium, mixtum, & Iuriſdictio ſimplex. Merum imperium eſt ius gladij ad animaduertendum in facinoroſos homines, ſeu poteſtas animaduertendi, quod in iure propriè poteſtas appellatur, *l. 3. hic.* Mixtum Imperium eſt poteſtas Iuriſdictioni cohærens, per quam ſcilicet Magiſtratus, non tantum decreta & ſententias ſuas executioni mandat, ſed & etiam multa, citra vllam cauſæ cognitionem exequitur & imperat, veluti cùm dat bonorum poſſeſſionem, &c. quod Imperium mixtum idem eſt ac Iuriſdictio, ſi in ſubiecto, ſiue Magiſtratu conſideretur, neque enim

Digitized by Google

eſt vlla Iuriſdictio ſine Imperio, eſſet alioqui deriſoria, nec vllus eſt Magiſtratus, qui aliquod Imperium non habeat: Dicitur itaque Mixtum quia ſemper Iuriſdictioni cohæret, & nulli competere poteſt, niſi Iuriſdictionem habenti & Magiſtratui. Merum autem dicitur, quod à Iuriſdictione ſeparatum eſt, & cuilibet lege deferri poteſt, licet Magiſtratus non ſit.

Iuriſdictio ſimplex eſt poteſtas cuiuſlibet Magiſtratus, conſiderata ſine Imperio, non quod vlla reperiatur talis Iuriſdictio ſimplex ſine Imperio, nullus enim eſt Magiſtratus, vt iam dictum eſt, qui Imperium non habeat: Et ita in ſubiecto, id eſt, ſi poteſtatem Magiſtratui competentem conſideres; erit idem Iuriſdictio & mixtū Imperium, quia vtrumque coniunctim ſemper à Magiſtratu poſſidetur; ſunt tamen duo per ſe diuerſa: Et poteſt conſiderari Iuriſ-

dictio abſque Imperio, & contra: Quin imò poteſt eſſe aliquis actus Iuriſdictionis ſimplicis abſque vllo Imperio: Et è contra poteſt eſſe aliquis actus Imperij mixti, ſine Iuriſdictione: Sic quædam dicuntur eſſe magis Imperij, quam Iuriſdictionis, & contra, quædam magis Iuriſdictionis quam Imperij. *l. ea quæ 25. D. ad Municipales, l. 4. hic.*

Aliud autem eſt officium Ius dicentis, aliud Iuriſdictio: Iuriſdictio enim complectitur tantum ea quæ iure Magiſtratûs competunt: Officium autem ius dicentis, non tantum ea quæ iure Magiſtratûs competunt, ſed & ea, quæ ſunt legis, continet: Quod vt intelligatur, ſciendum eſt, poteſtatem Magiſtratuum, ſiue ea quæ Magiſtratibus competunt, eſſe duplicis generis; aut enim Iure Magiſtratûs more maiorum, proprio Iure, hoc eſt à prima Magiſtratûs inſtitutione

Digitized by Google

ſunt conceſſa ; aut lege ſpecialiter, vel Senatuſconſulto, & conſtitutione Principum ; cuius generis innumera ſunt exempla in Iure, veluti merum Imperium, *l.* 1. *de officio eius cui mandata eſt Iuriſdictio* ; Tutoris datio, *l. muto*, §. *Tutoris, D. de Tutelis* : cognitio de ſuſpectis, de alimentis, & alia innumera : inter quæ, & ea quæ iure Magiſtratus competunt, hæc maximè notanda differentia, quod ea quæ iure Magiſtratûs competunt, mandari poſſunt, & mandata Iuriſdictione tranſeunt : ea verò quæ legis ſunt, mandari nunquam poſſunt, *l.* 1. *ſupr. de officio eius cui mandata eſt Iuriſdictio*. Ratio eſt, quia non proprio Iure, ſeu jure Magiſtratûs competunt, ſed tantum à lege : Ea autem tantum mandari poſſunt quæ proprio Iure alicui competunt : quâ etiam ratione is qui mandatam habet Iuriſdictionem, eam alij mandare

non poteſt, quia eam alieno beneficio, non ſuo iure habet, *l.5. hic.* Mandari autem poteſt Iuriſdictio tota aut pars, *l.16. hic.* Et qui mandatam habet, eandem poteſtatem habet, quam habet is qui mandauit. Vnde apparet longè differre à Iudice dato, qui cognitionem tantum ſimplicem habet, Iuriſdictionem nullam, idque vnius tantum cauſæ: quæ differentia apertiſſimè probatur ex *l. 1. §. vlt. & l. vlt. D. quis & à quo appelletur,* vbi à Iudice dato appellatur is qui dedit; ab eo qui mandatam habet, idem appellatur, qui appellaretur ab eo qui mandauit.

Qua in re notandum eſt, non valere argumentum à legato Proconſulis ad alios qui mandatam Iuriſdictionem habent. Licet enim legatus Proconſulis Iuriſdictionem nullam habeat, niſi quæ mandata ſit; ea tamen mandata, multa habet quæ alij Mandatarij non ha-

bent, non tam vi mandatæ Iuriſdictionis, quàm ſpecialibus conſtitutionibus, quibus multa ei conceſſa ſunt, veluti, cognitio de ſuſpectis, *l. pen. de officio eius cui mandata, &c. l.* 1. §. 4. *de ſuſpectis Tutoribus*. Item à legato Proconſulis appellatur Proconſul, *l.*2.*quis à quo appelletur*. Iudices dari poſſunt, *l.*12. *&* 15. *D. de Officio Proconſulis.*

Porrò non quilibet Magiſtratus omnimodam Iuriſdictionem habent, ſed reſtrictam aliquando ad certas perſonas tantum, aliquando de rebus quibuſdam tantum, aliquando ad certam ſummam, de quibus videndi Tituli *lib.* 3. *Cod. à* 13. *vſque ad* 28. Incompetens tamen Iuriſdictio, poteſt fieri competens conſenſu partium: *l.* 15. *&* 18. *hic.* alioquin extra territorium ius dicenti impunè non paretur; *l. vlt. hic.*

TITVLVS II.

Quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, vt ipſe eodem Iure vtatur.

CIrca Iuriſdictionem duo ſunt Edicta Prætoris; Primum eſt, vt ſi quid noui Iuris Magiſtratus ſtatuerit, vel priuatus impetrauerit; eodem ipſe in alia ſimili cauſa vti cogatur: Quod ſummam æquitatem habet: quis enim aſpernabitur, idem ius ſibi dici, quod aliis dixit, vel aliis dici effecit? *l.* 1. *hic:* quod intelligendum eſt ſi dolo malo ſciens Magiſtratus ſtatuerit, & cum effectu: nam ſi per ignorantiam Iuris, & ſine effectu; ceſſat. Aliud in Adſeſſore & Iudice dato, qui Iuris peritiam præſtare tenentur. *l.* 1. §. 1. *&* *l.* 2. *hic.*

Digitized by Google

TITVLVS III.

Si quis Ius dicenti non obtemperauerit.

SEcundum eſt, vt ſi quis ius dicenti non obtemperauerit, pœnali iudicio mulctetur, quanti ea res erit: Quibus explicatis, quoniam exercendarum litium initium à vocatione in ius incipit, ideo ſequitur titulus, De in ius vocando.

TITVLVS IV.

De in Ius vocando.

EST autem in Ius vocare, aduerſarium Iuris experiundi causâ ad Magiſtratum vocare, quæ vocatio olim non per apparitorem & libellum, vt deinceps obtinuit, etiam ante tempora Iu-

Digitized by Google

ſtiniani, ſed quiſque per ſe aduerſarium in ius vocare poterat: idque etiam non impetrata veniâ à Magiſtratu, niſi eæ perſonæ vocarentur, quibus reuerentia debebatur: veluti parentes, patroni, & eorum parentes & liberi, quos ſine iuſſu Prætoris in ius vocare non licebat, *l.* 4. §. 1. *cum ſeq. l.* 13. *de in Ius vocando:* Qui ſecus feciſſet, pœnali iudicio in quinquaginta aureos damnabatur, *l.* 12. *hic.* Sunt præterea quidam quos in ius vocare non licet; Conſules, Præfecti, Prætores, Proconſules, Magiſtratus denique qui Imperium habent: Item Pontifices, dum ſacris operantur, & hi qui propter Religionem ſeſe mouere non poſſunt: Item qui vxorem ducit; vel mulier quæ nubit, neque qui funus familiare ducit, aut iuſta facit, *l.* 2. *&* 3. *hic.* Denique ex domo ſua nemo in ius vocari, aut vlla ex cauſa extrahi

debet, quia cuique tutiſſimum eſt refugium aut receptaculum, domus ſua, *l. 18. cum tribus ſequentibus hic.*

TITVLVS V.

Si quis in ius vocatus non ierit, ſiue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit. VI. In ius vocati vt eant, vel ſatis, aut cautum dent. VII. Ne quis eum qui in ius vocabitur, vi eximat. VIII. Qui ſatiſdare cogantur, &c. IX. Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caueatur. X. De eo per quem factum erit, &c. XI. Si quis cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperauerit.

EX quacumque autem cauſa vocatus in ius venire debet, licet ad incompetens forum vocetur: nec enim priuati eſt æſti-

mare, an competens ſit Iudex, ſed Magiſtratûs: alioquin pœna arbitraria pro Iuriſdictione coërceri poterit.

In ius vocatus, ſecundum ius vetus maximè ſecundum legem duodecim Tabularum, ſtatim ſequi vocantem cogebatur, alioquin trahebatur, rapiebatur inuitus, & in eum qui vi exemiſſet illum, dabatur actio vocanti, non quidem in id quod reuera intereſſet, ſed in id quod petebatur, ſiue quanti res eſt quæ petitur, *l. 5. §. 1. tit. 7.* Sed poſtea id immutatum & datum tempus modicum reo ad deliberandum, edita ſcilicet prius actione & litis Inſtrumentis; videtur autem id modicum tempus fuiſſe decem dierum, vt putat Cuiacius in *Præfat. ad Titulum C. de Edendo.* Idque ex *l. 1. D. de Edendo*, quæ tamen id apertè non probat. Nouellâ 53. datum ſpatium viginti dierum: Poterat & cauere

iudicio ſiſti, de qua cautione Titulo ſequenti. Adde Nouellam 69. 96. & 112. In quibus Cuiacius omnia ferè quæ ad vocationem in ius ſpectant, tã ex iure veteri quam nouo, in ordinariis vel extraordinariis judiciis, accuratè mira breuitate, ſuo more perſtrinxit.

Eſt autem cautio triplex, videlicet nuda repromiſſio, qua cauent poſſeſſores rerum immobilium: Iurata, qua cauebant clariſſimæ perſonæ, res immobiles non poſſidentes: Tertia, quæ fit dato fideiuſſore, & propriè appellatur ſatiſdatio, qua cauebant, qui res immobiles non poſſidebant, neque clariſſimæ perſonæ erant. Quibus cautionibus etiam locus fuit, ſi ex noxali cauſa ageretur: is enim qui conueniebatur, tenebatur cauere ſe exhibiturum ſeruum in eadem cauſa, hoc eſt, vt ius actoris deterius non ſit. Ideo autem

ſatiſdatio exigebatur à reis qui immobilia non poſſidebant, ne per deſertionem eluſoria redderentur iudicia, vt ex cautione, ſeu ſtipulatione iudicio ſiſti daretur actio in fideiuſſorem, deſertique vadimonij pœna peteretur condictione certi, ſi de certa pœna conueniſſet, vel de quantitate certa actio eſſet, vel incerti, ſiue ex ſtipulatu, ſi de re incerta ageretur: quod ita intelligendum eſt, niſi iuſtam habuiſſet reus cauſam iudicio non ſiſtendi, veluti ſi valetudine, tempeſtate, aut qua alia vi maiore impeditus fuiſſet. Denique niſi feriæ, aut iuſtæ quæuis dilationes impedimento fuiſſent.

Digitized by Google

TITVLVS XII.

De Feriis, dilationibus, & diuerſis temporibus.

SVnt autem feriæ, dies quieti à litibus, quibus ſcilicet, non licet iudicibus, rebus iudicandis operam dare: omnia quippe quæ iis diebus à iudicibus fiunt, nullius ſunt momenti, (niſi conſentientibus partibus:) *l.* 6. Hic excipiuntur certæ cauſæ, quæ dilationem non recipiunt, de quibus videnda *l.* 1. §. *vlt. l.* 2. *&* 3. *hic.*

Feriarum aliæ ſunt ſtatutæ, ſeu ſtatiuæ, quarum dies certus eſt: vt dies cultui diuino deſtinati, item Meſſium & Vindemiarum. Aliæ indictiuæ, ſeu Imperatiuæ, quæ & dicuntur repentinæ, quas provt rei neceſſitas exigit, Imperator, aut Magiſtratus indicit.

Dilatio nihil aliud eſt, quam pro-

latio diei, ſeu ſpatium & tempus, quod conceditur litigantibus, inſtrumentorum, vel teſtium exhibendorum gratia, vel ad deliberandum & conſultandum, an cedere liti, vel vltra contendere debeant. In cauſis pecuniariis ſemel tribui ſolet Dilatio, in Capitalibus, reo tres, accuſatori duæ dari poſſunt, *l. vlt. hoc tit.* In conſiſtorio principis, dilationes non dantur, *l. 5. Cod. de Dilationibus.*

TITVLVS XIII.

De Edendo.

NIhil agit actor aduerſarium in ius vocando, niſi ei edat actionem, vt ſcilicet reus veniat ad defendendum, cognita actione, qua conuenitur, *l. 1. hic.*

Eſt autem Actionem edere, genus futuræ litis demonſtrare, quod variis modis fiebat, puta facta

copiâ deſcribendi, vel etiam actione deſcripta in libello, aut ducto aduerſario ad album Prætoris, eique demonſtrata parte ex qua quis acturus erat, *l.* 1. §. 1. *hic.*

Fiebat autem illa editio actionis, vel ante vocationem in ius, vel in ipſa vocatione, vel ſtatim poſt: quod non tantum intelligitur de editione actionis, ſed etiam de editione inſtrumentorum litis. An autem actor reo, vel reus actori edere debeat; Regula eſt actorem debere edere reo, non reum actori: *l.* 1. 4. 5. *Cod. de edendo.* Quod intelligi debet de actis & inſtrumentis priuatis; publica enim & quæ à publicis perſonis etiam in negotiis priuatorum, conficiuntur, omnibus quorum intereſt, exhiberi debent. *l.* 2. *&* 6. *Cod. de edendo.* Vnde fit vt etiam Argentarij, Calendarium & rationes ſuas, omnibus exhibere debeant, quia eorum officium quaſi publicum eſt, *l.* 4. *cum ſeq. hoc*

tit. Item negotiorum geſtores, Procuratores, Socij, Tutores, rationes exhibere coguntur, ſed non per actionem in factum Prætoriam, ſed actione ordinaria, puta, mandati, negotiorum geſtorum, *l. quoniam 9. in principio hic.* Denique fiſco agenti ſemper edenda ſunt etiam à reis inſtrumenta.

Caue autem ne confundas quæ hic dicuntur de editione actionis, vel inſtrumentorum litis, cum iis quæ dicuntur de editione rationum ab Argentariis, cum aliis facienda: Illa enim non per actionem exigitur, ſed officio Prætoris actionem denegantis non edenti: Hæc autem per actionem in factum Prætoriam, in id ſpecialiter aduerſus Argentarios introductam; vel per ciuilem aduerſus Tutores, Procuratores, & ſimiles, *dicta l. 4. & l. 9. hoc tit.* Illa fit ſine ſubſcriptione diei & Conſulis, hæc diem & Conſulem continere debet, quia aliter

Digitized by Google

aliter ratio conſtare non poteſt. Nec etiam confundenda editio Inſtrumentorum litis, quæ fit à parte, parti, cum ea quæ fit apud Iudicem: illa ſiquidem fit per exempla ſeu deſcripta, & ſine die & Conſule; apud iudicem verò ipſamet inſtrumenta authentica edenda ſunt: aliter enim fidem non facerent.

TITVLVS XIV.

De pactis.

QVoniam edita actione, perpenſóque iure actoris, ſæpiſſimè reus paciſcitur aut tranſigit, ideo poſt titulum de edendo, antequam cætera iudiciorum præparatoria perſequatur, ſubiicit titulos de Pactis, & Tranſactionibus.

Quod ad nominis notationem ſpectat, pactum an pactionem dicas, nihil refert; vnum enim & idem ſunt, cùm definitione conue-

Digitized by Google

niant : niſi velis dicere, pactionem
eſſe ipſum actum paciſcentium, ſi-
ue conuenientium, & pactum id
eſſe, quod ex ipſa pactione reſul-
tat, ſeu vinculum, quod ex ipſa
pactione naſcitur, vt conuentio &
conuentum. Et ea fuit fortè mens
Vlpiani, pactum à pactione dedu-
centis, more Iuriſconſultorum ; in
*l.*1.§.1.*hoc tit.* Sed cum Iuriſconſul-
ti his vocibus promiſcuè vtantur,
vnum & idem eſſe, dicendum eſt,
& à rei definitione incipiendum.

Pactum eſt duorum, aut plu-
rium in idem, placitum & conſen-
ſus : ſiue, quod idem eſt, Pactum
eſt conuentio nuda, carens nomi-
ne & cauſa : Quæ definitio, vt pro-
bè intelligatur, ſciendum eſt, Con-
uentionis nomen generale eſſe,
eiuſque duas eſſe ſpecies, pactum
ſcilicet & contractum.

Conuentio eſt duarum volunta-
tum, in idem conſenſus, ad obli-
gationem contrahendam ; Con-

Digitized by Google

uentionum autem, ſi ius gentium ſpectes, & æquitatem naturalem, omnium eadem vis eſt. Nihil enim tam humanæ fidei cõgruum, quàm ea quæ placuerunt ſeruari. *l.* 1. *hic. l.*1. *D. de conſtit. pecun.* Sed non omnes conuentiones iure ciuili, æquè probatæ ſunt, nec omnium iure ciuili, par eſt vis & conditio: ex his ſiquidem quædam obligationem ciuilem & actionem pariunt; vt pote Iure ciuili ad id confirmatæ & comprobatæ, quædam exceptionem tantum: Quædam enim ſunt ita frequentes vſitatæ & neceſſariæ, vt ſine his nulla poſſit humana conſtare ſocietas: Eas itaque vt pote neceſſarias & frequentiores, ius ciuile agnouit, propriaque nomina indidit, vt ſunt Emptio, Locatio, Mutuum, & cæteri contractus nominati, ex quibus datur certa & nominata actio, iure ciuili. Aliæ autem ſunt conuẽtiones, quæ non ita vſitatæ & frequentes ſunt,

Digitized by Google

& ad ſocietatem neceſſariæ; quibus nullum à iure ciuili nomen proprium & ſpeciale datum eſt, ſed in generali nomine conuentionis ſtant: ex quibus non aliter oritur obligatio ciuilis, quàm ſi cauſam habeant, hoc eſt, datione vel facto, ſumpſerint effectum: Quod ſi contigerit, iam non ſunt nudæ conuentiones, & pacta, ſed contractus innominati.

Conuentio itaque vel nomen habet, & tunc contractus eſt nominatus & certus, vel nomen non habet, & iterum diſtinguendum: Aut enim conuentio illa ſtetit in meris finibus conuētionis, hoc eſt, nullam cauſam habet, nec ſumpſit effectum datione, vel facto, & tunc eſt conuentio nuda, ſeu nudum pactum, aut conuentioni, ſeu conſenſui, acceſſit cauſa, ſcilicet datio, vel factum: & tunc eſt contractus innominatus: ex quo non quidem certa & ordinaria actio datur, ſed

actio in factum, ſeu præſcriptis verbis, ſcilicet, ſi ſimilis ſit alicui contractui nominato, vt in *do vt des, do vt facias, facio vt facias*, aut actio de dolo, vel in factum Prætoria, velut in *facio vt des*: videnda *l.*1. *&* 7. *de Pactis.* & *l. naturalis, D. de præſcriptis verbis.*

Ex quibus apparet, contractum eſſe conuentionem, quæ nomen, vel cauſam habet, ex quâ oritur obligatio ciuilis & actio: Pactum verô eſſe conuentionem nudam, hoc eſt, nomine & cauſa carentē: Pactum autem nudum, aut conſideratur per ſe, aut quatenus adiicitur contractibus: Si quatenus adiicitur contractibus, aut ſtrictis, aut bonæ fidei: Si ſtrictis incontinenti adiiciatur, ineſt contractui ex parte rei, non ex parte actoris: *l. lecta, D. de rebus creditis: l. rogaſti* 11. §. *ſi tibi. D. de rebus creditis*, ſi ex interuallo, non ineſt, ſed tantum prodeſt ad excipiendum: ſi pacta adii-

ciantur bonæ fidei contractui, vel incontinenti, vel ex interuallo. Si incontinenti, inſunt tam ex parte actoris, quàm ex parte rei, hoc eſt, proſunt ad agendum & excipiendum, formantque actionē ex ipſo contractu, *l. 7. Iuris gentium, §. quin imo hic de pactis, l. in bonæ fidei, Cod. eodem.* Si ex interuallo, vel adiiciunt, hoc eſt, fiunt ſuper adminiculis contractûs, & tunc non inſunt, neque ex parte actoris, neque ex parte rei, quamquam proſint ad excipiendum; vel detrahunt, hoc eſt fiunt ſuper ſubſtantialibus; vel iis quæ ſunt de natura contractus; & tunc inſunt tam ex parte actoris, quàm ex parte rei; hoc eſt, proſunt etiam ad agendum, quia videtur renouatus contractus: *d. l. 7. §. quinimò, verſic. idem reſponſum, D. de pactis. l. pacta conuenta, D. de contrahenda emptione.*

Ex nudo autem pacto per ſe con-

Digitized by Google

ſiderato, & non adhibito contractui, certum eſt iure ciuili regulariter nullam dari actionem, exceptis quatuor caſibus, videlicet ex conſtituto, *l.* 1. *toto tit. paſsim de conſtituta pecunia:* ex pignore; *l.* 17. §. 1. *hic de pactis*; ex pacto donationis, conſtitutione Iuſtiniani, *l. ſi quis Argentum, Cod. de donationibus:* Denique ex nuda dotis pollicitatione, *tot. tit. Cod. de nuda dotis pollicitatione.*

Quod itaque dicitur in *l. Iurisgentium* §. *ait Prætor, hic,* Prætorem pacta ſeruare, id intelligendum eſt datis exceptionibus, non actionibus, omne enim pactum nudum, licet actionem non pariat, parit tamen exceptionem, dummodo non ſit contra bonos mores, *dicto* §. *ait Prætor.*

Pactorum tres ſunt diuiſiones; Prima eſt, Pacta alia legitima ſunt, alia Iuris gentium: Legitima ſunt, quæ legibus, Senatuſconſultis,

Conſtitutionibus, edictis Prætorum, ſpecialiter & nominatim confirmata ſunt: quorum hæc vis eſt, vt & pariant actionem vel etiam ipſo iure tollant: *l. 6. hic:* exempla ſunt, præter quatuor ſupra enumerata. Pactum quod fit de iniuriis, per quod ipſo iure tollitur obligatio: Item pactum quod fit de furto facto, *d. l. ſi tibi decem*; §. 1. *hic*. Lex enim duodecim Tabularum, & lex Cornelia, de iis paciſci permittit, *l. Iuris gentium*, §. *ſi paciſcor, in fine hic*. Alia omnia, puta, quæ ſpecialiter à lege confirmata non ſunt, dicuntur eſſe Iuris gentium, & exceptionem tantum pariunt, non actionem.

Secunda diuiſio. Pacta alia ſunt expreſſa, alia tacita; Expreſſa ſunt quæ re & negotio habito inter præſentes, vel per Epiſtolam aut per nuntium, inter abſentes fiunt: Tacita, quæ etiamſi nihil verbis expreſſum ſit, tacito tamen con-

Digitized by Google

ſenſu, videntur inita, veluti in d-ditione chirographi ſeu cautionis ineſt tacitum pactum de non petẽdo. Item illata & inducta in prædium vrbanum, cenſentur tacitè pignori obligata, in ruſticis autem fructus, non etiam illata. Videnda *l. 2. cum duabus ſequentibus hic. l. 4. D. In quibus cauſis pignus* ...

Tertia diuiſio eſt: Pactorum alia ſunt, quæ inducendæ, vel augendæ, alia quæ ſoluendæ, vel minuendæ obligationis cauſa interponuntur. De illis, quatenus poſſint eſſe efficacia ad agendum, ſatis ſupra expoſitum. De his autem, quæ vulgò pacta de non petendo appellantur, hoc generaliter definitum, vt omnium ferè commune: quod ſcilicet non tollant ipſo iure obligationem ciuilem antea contractam; non tamen ideo inutilia, cùm proſint ad exceptionem; & ita inefficacẽ eam reddunt beneficio exceptionis: an vero omnibus obligatis proſint,

diſtinguendum. Quædam enim in rem ſunt, quædam in perſonam, In rem ſunt, quoties generaliter pactũ ſit, ne petatur: in perſonam, quoties ne ab aliqua perſona petatur: *l.* 7. §. *Pactorum* 8. *hic.*

Pacta generalia, ſeu in rem, omnibus proſunt, quorum obligationem extinctam eſſe principaliter intereſt, eius qui pactus eſt veluti fideiuſſori, heredi, correo, ſocio. Pactum in perſonam ei tantũ prodeſt, qui pactus eſt, nõ aliis. Videnda *l. ſi tibi* 17. §. 3. *cum ſeq. & l. & heredi* 21. §. *vltimo, cum* 6. *ſeqq. hic.*

Horum denique pactorum de non petendo, alia ſunt temporalia, quæ ad tempus tantum obſtant, & temporalem tantum exceptionem pariunt: alia perpetua, quæ perpetuò agentibus obſtant §. *perpetuæ, &* §. *temporales, Inſtit. de exceptionibus.*

Quod ad perſonas, quæ paciſci poſſunt, attinet. Sciendum eſt, iis

demum paciſci licere, vel pacto remittere actionem, qui eius domini ſunt, vel liberam rei adminiſtrationem habent: vnde apparet filiosfamilias, Procuratores & ſeruos, non aliter remittere obligationem poſſe, quàm ſi liberam bonorum, vel peculij adminiſtrationem habeant. *l. contra* 28. §. *ſi filius, cum duabus ll. ſeqq. l.* 10. *in fine cum ſeq. hoc tit.* Porro pacta quæ contra leges, vel bonos mores ſunt, inutilia ſunt. *l.* 7. §. 7. *l.* 27. §. 7. *hic.*

TITVLVS XV.

De Tranſactionibus.

TRanſactio eſt conuentio quæ rei dubiæ, controuerſiæ, vel litis finiendæ cauſa, fit, aliquo promiſſo dato, vel retento.

Tranſactio duobus modus fit, videlicet nuda conuentione, quâ promittitur aliquid nudo pacto; vt

Digitized by Google

à lite diſcedatur: qua conuentione non tollitur actio ipſo iure, ſed tantùm beneficio exceptionis, quia nudum pactum eſt, vel aliquo dato aut retento: quo caſu, quia res in meris finibus conuentionis non ſtetit, ſed ſumpſit effectum, datione vel facto, Tranſactio nudum pactum non eſt, ſed contractus innominatus: ideoque ad implendam conuentionem, datur actio præſcriptis verbis: Idem eſt, ſi nihil datum fuerit, ſed acceptilatione fuerit ſublata prior actio: tunc enim, quia res pacti fine non ſtetit, ei qui tranſactionem impleuit, datur actio præſcriptis verbis: Qua diſtinctione adhibita, conciliandæ ſunt leges, quæ primâ ſpecie inuicem contrariæ videntur: In quibuſdam enim Tranſactio videtur pactum nudum, in aliis vocatur contractus; videnda *l. 2. hic. l. cum mota, l. vt reſponſum Cod. eodem, de Tranſ.* Regulariter quibus

perſonis licet paciſci, iiſdem & tranſigere: & de quibus rebus pacta valent, de iiſdem ferè valet Tranſactio. Valent autem pacta facta de rebus priuatis, non verò de rebus ad publicam vtilitatem ſpectantibus, de criminibus pœnam ſanguinis irrogantibus, paciſci & tranſigere non licet, excepto crimine falſi: ſic enim eſt accipienda *l. Tranſigere, Cod. de Tranſactionibus.* Item ij, quibus alimenta relicta ſunt, tranſigere de iis non poſſunt in futurum, niſi Prætoris authoritate interueniente, quod oratione D. Marci in Senatu recitata, cautum fuit, *l. Cum hi, 8. hic.* De præteritis autem licet: *l. de præteritis, Cod. hoc tit.* Denique poſt rem iudicatam facta tranſactio, nullius momenti eſt. *l. 7. hic.*

LIBER III.

TITVLVS I.

De poſtulando.

SI edita actione, controuerſia pacto aut tranſactione, finita non fuerit, ſequitur, vt partes poſtulent. Eſt autem poſtulare, ſuum, vel amici ſui deſiderium, in iure, apud eum qui Iuriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere; *l.* 1. §. *poſtulare, hoc tit.*

Omnes autem ad poſtulandum admittuntur, qui ſpecialiter poſtulare non ſunt prohibiti, eſt enim Edictum de poſtulando prohibitorium, & in prohibitoriis Edictis, quæcumque non ſunt prohibita,

Digitized by Google

conceſſa ſunt. Itaque triplex eſt ordo eorum qui prohibentur poſtulare : Primus eſt eorum , qui prohibentur omnino poſtulare, tam pro ſe , quam pro aliis , cuiuſmodi ſunt minores ſeptemdecim annis , ſurdi , *l.* 1. §. *initium, hoc tit.* Secundus eſt eorum qui pro ſe poſtulare poſſunt, pro aliis non item: cuiuſmodi ſunt mulieres , cæci, capitalis criminis & calumniæ damnati. Item qui operas ſuas , vt cum beſtiis pugnarent, locauerunt. *l.* 1. §. *ſecundo loco* , *hoc tit.* Tertius eſt eorum qui pro ſe quidem , & quibuſdam perſonis, puta, pro parentibus , liberis , fratribus , ſororibus , vxore, ſocero , genero , vitrico , nouerca , priuigno , patronis, eorumque liberis & parentibus ; pupillo furioſo, & iis quibus curatores dari ſolent , poſtulare poſſunt , pro aliis autem non poſſunt.

TITVLVS II.

De his qui notantur infamia.

HVius generis ſunt infames, qui ſcilicet lege, Senatuſconſulto, decreto Principis, vel Prætoris edicto, ex cauſa aliqua turpi notati ſunt vt ignominioſi, veluti ab exercitu ignominioſè dimiſſus, qui artis ludicræ, pronuntiandiue cauſa, in ſcenam prodiit, qui lenocinium fecit, qui calumniæ, præuaricationiſue quid feciſſe in iudicio publico iudicatus fuerit: Damnatus furti, iniuriarum, de dolo, vi bonorum raptorum, ſuo nomine. Itemque pactus, damnatus tutelæ, mandati, pro ſocio depoſiti, directa actione, non contraria: Mulier quæ intra annum luctus nupſit, iſque qui eam ſciens duxit, eorumque parentes, qui hæc patiuntur: Denique qui bina ſponſalia,

Digitized by Google

binaſque nuptias eodem tempore contraxit, quæ omnia proponuntur in verbis Edicti à Iuliano relati. *l. 1. D. de his qui not. inf. & fuſiùs explicantur in l. 1. & reliquis, hoc tit.*

TITVLVS III.

De Procuratoribus.

QVoniam autem non tantum per noſmetipſos poſtulamus, ſed etiam per Procuratores, & negotiorum geſtores, ideo ſubiicitur titulus de Procuratoribus & negotiis geſtis.

Procurator eſt qui negotia aliena mandato domini adminiſtrat. *l. 1. hoc tit.* Alij ad lites, alij ad negotia. Ad lites ſunt, quibus litium exercendarum & perſequendarum cura, ac poteſtas mandatur. Idque in cauſis tantum priuatis, ciuilibus & pecuniariis. In crimina-

libus ſiquidem per Procuratorem agere non licet, excepta actione iniuriarum, in qua viri illuſtres etiam per Procuratorem agere poſſunt, §. *in ſumma, Inſtit. de iniuriis.*

Item in popularibus actionibus per Procuratorem agere non licet, niſi in iis de priuato quoque damno agatur, *l. licet*, 41. *hoc tit.* Ratio eſt, quia actio popularis cuilibet ex populo competit, *l.* 1. *de popularibus actionibus*, quæ omnia non ſemper obtinuerunt, nam iure veteri per alium agere non licebat, niſi tribus caſibus, ſed tandem vſu exigente, receptum eſt, vt quilibet etiam per alium agere poſſet, maximè præſtita cautione de rato à procuratore actoris, & iudicatum ſolui à procuratore rei, qui ferè ſemper in iure defenſor appellatur. Videndi *Tit. Inſt. per quas perſonas agere licet, & Tit. de Satiſdationibus.*

Digitized by Google

Huic porro Procuratori ad li-
ı, ſolius litis conteſtandæ &
ſequendæ, non verò tranſigen-
aut paciſcendi poteſtas compe-
niſi ſpecialiter ei conceſſum ſit,
, *D. de pactis*.

rocuratores ad negotia, alij ge-
ales ſunt, quibus ſcilicet om-
m rerum conceſſa eſt libera ad-
iiſtratio, quorum eadem ferè
ebus adminiſtrandis poteſtas,
: domini, poſſunt enim permu-
, alienare, maximè res quæ
:umpi poſſunt, dummodo non
andi animo: item tranſigere,
rocurator. 58. cum ſeqq. hoc tit.
ı paciſci, *l. reſcriptum in fine*
duabus ſeqq. D. de Pactis. Iuſiu-
lum deferre, *l. 17. §. vlt. D. de*
urando.

ij Procuratores ſpeciales ſunt,
ɔus negotij alicuius procuratio
data eſt; quorum poteſtas
dati finibus coarctata eſt, quos
ceſſerint, ſuo periculo faciunt.

Digitized by Google

Procuratores alij in rem ſuam, alij in alienam. In rem ſuam dicuntur ij, quibus nomen vel actio vendita, donata, aut in ſolutum data, qui, ſi mandatæ ſint actiones, agunt directis actionibus, ſi non ſint mandatæ, vel mortuus fuerit mandator ante litem conteſtatam, agere poſſunt vtilibus; idque ex reſcripto D. Pij, *l. ſi cum emptore 16. D. de Pactis. l. 1. Cod. de oblig. & act.* Quorum Procuratorum eadem eſt poteſtas quæ dominorum, quia verè domini ſunt, maximè poſt litem conteſtatam, *l. in rem 18. D. de Compenſat.*

In rem alienam ſunt hi de quibus ſupra diximus.

Inter Procuratorem & dominum, oritur mandati actio, de qua dicemus *lib. 17.*

Digitized by Google

TITVLVS IV.

Quod cuiuſcumque Vniuerſitatis nomine, vel contra, agatur.

PRocuratoribus ſimiles ſunt actores Municipum, vel Vniuerſitatis, qui vulgò Scyndici appellantur, quibus ſcilicet à maiore parte Ordinis vel Vniuerſitatis, rerum ad Vniuerſitatem pertinentium cura mandata eſt: Quorum hæc eſt poteſtas, vt nomine Vniuerſitatis lites moueant, & aduerſus eos quoque agatur; cumque iis re iudicata, aduerſus Vniuerſitatem actio exercetur. Denique Procuratoris partibus funguntur, at in eo præcipuè differunt, quod non coguntur cauere de rato, ſicut cæteri Procuratores. *l. 3. hoc tit.*

TITVLVS V.

De negotiis geſtis.

NEgotiorum geſtores ſunt, qui abſentium & ignorantium negotia gerenda ſuſcipiunt, quorum tamen diuerſa eſt à Procuratoribus ratio. Quod enim cum iis iudicatum eſt, non aliter dominum obligat, quàm ſi ratum habuerit.

Ex ea porro geſtione, vt ex quaſi contractu, oritur mutua obligatio, & actio duplex, inter geſtorem & dominum rei. Directa ſcilicet, quæ domino ad exigendas rationes competit, in qua exigitur à geſtore exactiſſima diligentia, §. 1. *in fine Inſtit. de obligationibus quaſi ex contractu.* Contraria quæ competit geſtori aduerſus dominum, ob impenſas neceſſarias & vtiles, non etiam voluptuarias, quas fecit,

petendas, *l.* 17. *hoc tit.* Quod intelligendum eſt, niſi pietatis contemplatione, non animo contrahendæ obligationis negotia geſſerit: tunc quippe nulla datur repetitio impenſarum, *d. l.* 27. *in fine,* 4. *hoc tit. & l.* 11. *Cod. eodem.* ...tem hæc actio datur tantum ei, ignorantis negotia geſſit, non inuiti. Qua de re tamen dubium apud antiquos fuit, ſed conſtitutione Iuſtiniani deciſum, *l. vlt. de negotiis geſtis.*

TITVLVS VI.

De Calumniatoribus.

Æterum non tantum qui in iure aliquid poſtulant, & ...nes mouent, ſed & rei qui ...eniuntur, maximè cauere de... , ne calumnientur, hoc eſt ...cioſis & falſis poſtulationibus opera vtantur; id enim variis

Digitized by Google

modis iura coërcent. Iuſtiniani conſtitutio, non aliter vtrique litigatori, vel eorum Aduocatis, ſuis allegationibus vti permittebat, quàm ſi à ſuſpicione calumniæ, iureiurando ſe purgaſſent. *l.2. Cod. de iureiurando propter calumniam dando, §. 1. & 2. Inſtit. de pœna temerè litigantium.* Et Iure veteri aduerſus calumniatores, eos præſertim qui pecuniam acceperant, vt alteri negotium facerent, vel non facerent, ſiue in cauſa pecuniaria, ſiue publica, edicto Prætoris, introducta eſt actio, in quadruplum intra annum, poſt annum in ſimplum, *l.1. hoc tit.* Quæ actio, cum ad Tractatum de poſtulando pertineat & præcipuè ad eos, qui alieno impulſu, negotium aliis litigando faciunt, de quibus hoc toto libro actum eſt, non potuit aptiori loco collocari; mirorque Cujacium aliam rationem collocationis ex communitate ſola nominis, quærere

e voluiſſe, *lib. 23. obſeru. cap. 16.*
t autem probè intelligatur, di-
ıguendum eſt : Aut enim quis
lit pecuniam vt alteri negotium
et, vel non fieret, quo caſu, ſi
itiosè id fecit, quia turpiter de-
, & in pari cauſa turpitudinis
ior eſt cauſa poſſidentis, ideo
etere ipſe non poteſt, ſed ei ad-
ſus quem datum eſt, competit
o in eum, qui accepit, ex hoc
to in quadruplum, *l. 3. §. vlt.*
erò quis dederit miſericordiæ
, vt alium liberaret à moleſtia
ipſi quidem qui dedit, compe-
ndictio ob turpem cauſam, &
erſus quem datum, id eſt, ei
ſus quem mota eſt actio per
niam, datur actio in quadru-
mere pœnalis : *l. 7. hic.* Aut
at pecuniam, vt ſeipſum libe-
noleſtia litis, ne ſibi nego-
per calumniam fiat, quo caſu
etit ei actio in quadruplum
nnum mixta, quia in qua-

druplo res continetur, aut condictio ob turpem cauſam poſt annum.

Datur igitur hæc actio poſt annum in ſimplum; non eſt tamen neceſſaria poſt annum, vbi competit condictio ob turpem cauſam: id eſt, vbi is agit qui dedit; *l. 5. in fine hic.* Annus autem computatur vel à die datæ pecuniæ, ſi is qui dedit, agat, vel à die quo cognouit, ſi alius dederit; *l. 6. hoc tit.* Heredi hæc actio non datur, quia ſufficit ei condictio ob turpẽ cauſam: in heredem autem datur, tantum, quatenus ad eum peruenit, *l. 4. & 5.*

Fuit & alia vetus Calumniæ actio ex lege Rhemmia, quâ is qui temerè litem mouerat, decima parte litis plectebatur, quæ in deſuetudinem abiit, & alia coërcendæ temeritatis remedia introducta ſunt, quæ recenſentur à Iuſtiniano *Inſtit. Titulo de pœna temerè litigantium.*

Fuit & talionis pœna conſtituta
n eos qui falſa crimina calumnio-
è alicui imponebant, de qua vide
itulum infra *ad Senatuſconſ. Tur-
lianum.*

LIBER IV.

TITVLVS I.

De in integrum reſtitutione.

PRopoſita in iure, acto-
ris poſtulatione, & rei
contradictione, vel
etiam aliquando, an-
uam eæ proponantur, euenit vt
or ſtricto iure nullam actionem
eat, eamque amiſerit: quam
en ex aliqua cauſa ei reſtitui
um ſit, vel contra, vt eodem
no iure inſpecto actionem
em habeat, ſed aduerſus eum,

quem æquitatis ratio, in integrum reſtitui debere ſuadet. Ideo antequam de iudiciis & ſingulis actionibus agat, tractat de reſtitutionibus in integrum.

Eſt autem in integrum reſtitutio, redintegrandæ rei vel cauſæ actio. Paulus, *lib.* 1. *Sentent. tit.* 7. hoc eſt; Eſt actio reſtitutoria, vel reſciſſoria, quâ res vel ius quodlibet nobis reſtituitur. Cuius reſtitutionis in integrum in edicto Prætoris, ſeptem ſunt propoſitæ cauſæ, videlicet, metus, dolus, minor ætas, ſtatus mutatio, abſentia neceſſaria, alienatio iudicij mutandi causâ facta; & iuſtus error; vt patebit tam ex Titulis ſequentibus, quàm ex ſupradicto loco Pauli §.1. de quibus omnibus, poſtquam ſpecialiter, propria vniuſcuiuſque cauſæ dixerimus, quædam generaliter ad reſtitutionem in integrum pertinentia dicemus.

TITVLVS II.

Quod metus cauſa geſtum erit.

QVod ad primam cauſam attinet concedendæ reſtitutionis in integrum, propter metum, vel vim illatam, notandum in primis eſt, id non eſſe accipiendum e quolibet vano & meticuloſi ominis metu, ſed de metu maioris mali & inſtantis periculi, 3. *cum ſequentibus hic.*

In edicto igitur, cuius verba reruntur *in l.* 1. *hic*, Prætor geneliter pollicetur, ſe ratum non haturum id quod metus causâ gem erit. Succurrit autem Prætor, n & metum paſſo, dupliciter, elicet vel data exceptione, vel ione.

Datur exceptio præcipuè in neiis imperfectis, & quæ effen adhuc non habuerunt, ve-

luti, ſi ſtipulatio aut promiſſio quælibet metu extorta fuerit, nec numeratio ſequuta ſit, aut traditio: agentem enim ex ſtipulatu repellet reus exceptione doli, vel metus illati: quamquam & hoc quoque caſu, ſi is à quo cautio metu extorta eſt, nolit expectare, quoad aduerſus ſe agatur, poterit actionem *quod metus cauſa*, impetrare, vt liberetur, *l. 9. §. ſed quod Prætor, hoc tit.*

Datur actio in negotiis perfectis, puta ſi res non tantum promiſſa, vel vendita ſit, ſed etiam tradita: vel ſi debitor acceptilatione liberatus ſit, quo caſu liberum eſt metum paſſo poſtulare, ſibi reſtitui actionem in rem aut in perſonam, reſciſſa ſcilicet traditione, aut acceptilatione, vel agere actione *quod metus cauſa*, qua recta via idem conſequitur, quod ſuperioribus actionibus; hoc eſt, vt res ſibi reſtituatur, aut ſi reſtituta

non fuerit, arbitrio Iudicis reus condemnetur in quadruplum; *dicta l.* 9. §. *volenti, hoc tit.* Ex quibus apparet, cum actione *quod metus cauſa*, concurrere poſſe actionem *in rem*, vel *in perſonam reſtitutoriam*, quarum tamen vna electa, altera perimitur, *d. l.* 9. §. *licet hic & l.* 3. *Cod. eodem.*

Quamuis autem actio *quod metus cauſa*, perſonalis ſit, quia ex delicto metum inferentis procedit, eſt tamen in rem ſcripta, hoc eſt; eius formula non concipitur, vel dirigitur in perſonam; puta hoc modo, ſi paret Mæuium intuliſſe metum; vt fieri ſolet in actionibus in perſonam; ſed generaliter in rem concipitur, hoc modo, *ſi paret metum illatum eſſe, nec ea res arbitrio tuo reſtituatur, tunc reus damnetur.* Et ideo non datur tantum in eum qui metum intulit, ſed aduerſus omnes qui lucrum & commodum aliquod ex metu illato perceperunt,

licet ipſi metum non intulerint, *l. item* 14. §. *in hac, hoc tit.* Quod iniquum videri non debet, quia cùm hæc actio ſit arbitraria, nec ab initio detur in quadruplum, ſed ita demum ſi reus conuentus arbitrio Iudicis rem reſtituere noluerit, liberum eſt reo, rem reſtituendo, euitare quadrupli condemnationem, *d. l.* 14. §. *in hac, in fine &* §. *hæc autem hic.*

Datur hæc actio intra annum in quadruplum: poſt annum in ſimplum, cauſa cognita, ſi ſcilicet alia actio non ſit; *l.* 14. *in princ.* Heredi datur & aliis ſucceſſoribus, in heredem autem non, niſi quatenus ad eum peruenit: *l. quod diximus,* §. *hæc actio cum ll. ſeqq. hic.*

Ex ſuperioribus patet actionem *quod metus cauſa* ſic definiri poſſe: *Actio Prætoria perſonalis, in rem ſcripta, arbitraria, quâ qui metum paſſus eſt, rem in integrum ſibi reſtitui poſtulat, aut quadruplum, niſi paritum ſit arbitrio Iudicis.*

Digitized by Google

TITVLVS III.

De dolo malo.

SEcunda cauſa, ex qua Prætor reſtitutionem in integrum pollicetur, eſt dolus malus.

Eſt autem dolus, machinatio vafra, alterius decipiendi cauſa interpoſita; cuius reſtitutionis ſeu actionis origo, à Gallo Aquilio petenda eſt: ante eum enim, nullum circumſcriptis remedium competebat, teſte Cicerone tertio Officiorum.

Eſt autem *actio de dolo*, actio perſonalis, Prætoria, arbitraria, qua qui alium circumſcripſit, vel rem in priſtininum ſtatum reſtituere cogitur, vel in id quod intereſt, damnatur; quæ actio, quoniam famoſa eſt, nunquam datur, niſi deficiente omni alia actione, *l.* 1. §. *ait Prætor*, & *l.* 7. *hoc tit.* neque

enim vnquam ad hanc recurritur, niſi cum *rectum ius nequitia excluſum eſt*, vt ait Quintilianus *Declam. 343.*

Non datur ob minimam ſummam, non datur liberis aduerſus parentes, libertis, aduerſus patronos: Humili aduerſus dignitate pollentes; luxurioſo, prodigo, aut alias vili, aduerſus hominem vitæ emendatioris, ſed iis omnibus caſibus, quibus *actio de dolo* deficit, vel qualitate perſonarum excluditur, ne ex dolo quis lucretur, ſolet dari *actio in factum* Prætoria, Decretalis, quæ eſt omnium actionum ſubſidiaria, *l. 9. §. vlt. cum legibus ſequentibus hic.* Heredibus hæc actio datur & in heredes, quatenus ad eos peruenit.

Inter actionem *de dolo* & actionem *quod metus cauſa*, multæ ſunt differentiæ; licet concurrere poſſint; nam actio *quod metus cauſa*, creſcit in quadruplum in contumacem: actio *de dolo* non item:

actio quod *metus cauſa*, olim intra annum vtilem in quadruplum; hodie intra quadriennium continuum & in perpetuum in ſimplum: actio *de dolo* iure veteri, intra annum vtilem, hodie ex conſtitutione Conſtantini intra annum continuum, & ex die, quo conteſtata eſt, debet finiri intra biennium. *l. vlt. Cod. hoc tit.* quod eſt intelligendum de actione de dolo directa, nam vtilis, ſiue in factum quæ datur vel aduerſus eum qui dolum fecit, quatenus locupletior factus eſt, vel aduerſus eius heredem, quatenus ad eum peruenit, eſt perpetua, *l. itaque* 23. *hic.* Actio *de dolo* merè perſonalis eſt: actio *quod metus cauſa*, in rem ſcripta,

Dolus alius eſt ex propoſito, ſiue ex machinatione aduerſarij, alius ex re. Item, dolus alius eſt, dans cauſam contractui, alius incidens in contractum. Dans cauſam contractui ſtricti Iuris, non facit nul-

lum ipſo iure, ſed reſciſioni obnoxium. Dans cauſam contractui bonæ fidei, facit nullum ipſo iure, ita vt reſciſione opus non ſit, rebus integris. *l. 7. in principio hic.* Rebus ſequutis, reſciſione opus eſt, *l. 1. Cod. de reſcind. vendit.* Dolus incidens in contractum bonæ fidei, non facit ipſo iure nullum.

Titvlvs IV.

De Minoribus 25. annis.

QVod ad tertiam cauſam reſtitutionis in integrum; videlicet minorem ætatem 25. annorum, ſciendum eſt, quod etiamſi Minorum appellatione, generaliter ſumpta, contineantur omnes, qui ſunt infra 25. annum, maxima tamen in iure eſt differentia inter Pupillos & Adultos, ſeu puberes, qui vt plurimum Minorum appellatione ſignificantur.

Digitized by Google

Pupilli ſi quidem, neque alienare, neque contrahendo ſeſe obligare poſſunt, niſi accedat Tutoris authoritas, ac proinde, ſi quid contraxerint, vel quid tradiderint ſine authoritate Tutoris, nulla opus eſt reſtitutione in integrum, quia ipſo iure tuti ſunt, & nullus eſt contractus ſine Tutoris authoritate initus. *Tit. Inſtit. de Authorit. Tutorum.*

Puberum autem longe alia eſt ratio: Ex omnibus enim contractibus, excepta rerum alienatione, etiam ſine Curatoris authoritate, initis, rectè obligantur, *l. Puberes D. de verborum obligationibus, & l. 3. Cod. de in integr. reſtitutione Minorum.* Sed ſi in iis contractibus læſi fuerint, in integrum reſtituuntur ex edicto Prætoris, *toto hoc tit.* quod tamen perpetuò non obtinuit: Nam iure veteri ex lege duodecim Tabularum, ſimulatque Minores pubertatem attigerant &

tur, non decipientibus, *l. 2. Cod. Si minor ſe maiorem dixerit.* Idque etiamſi Tutor vel Curator interuenerit, *tit. C. ſi tutor vel curator interuenerit* quo caſu Minoribus duplex remedium competit, videlicet, ordinarium aduerſus Tutorem vel Curatorem, vel extraordinarium aduerſus eos cum quibus contraxerunt. Nec tantum in damnis, ſed etiam in lucris, ſubueniri ſolet minoribus; quod olim videtur fuiſſe controuerſum *l. 7. §. hodie, cum ſeq. l. 44. D. hoc Tit. l. cum quidam, §. Si pupillo, D. de vſuris.*

Aduerſus delictum minores non reſtituuntur, niſi fortè imprudentia, non dolo malo commiſſum ſit: *l. 9. §. Nunc videndum, hoc tit. l. 1. Cod. ſi aduerſus delictum.* quamquam miſeratio ætatis, ad mitiorem pœnam ſtatuendam, Iudicem aliquando impellat, *l. auxilium 37. §. in delictis, hoc tit.*

Vix etiam reſtituitur Minor ad-

Digitized by Google

uerſus libertatem, niſi magna ex cauſa: idque à Principe, *l.* 9. *in fine*, & *l.* 10.

Licet autem reſtitutio in integrum, quæ Minoribus conceditur, regulariter in perſonam ſit, hoc eſt, aduerſus eum tantum detur, qui cum Minore contraxit, datur tamen aliquando in rem, hoc eſt, aduerſus quemcunque poſſeſſorem; *l. in cauſæ* 13. §. *interdum hoc tit.* Nec tantum Minoribus competit, ſed etiam eorum hæredibus, *l. Minor*, §. *non ſolum, hoc tit.* Non etiam eorum fideiuſſoribus, niſi ideo reſtituantur, quod circumſcripti ſint, non læſi ſua facilitate, *dicta l. in cauſa hic, l.* 7. *in fine, D. de exceptionibus, l.* 1. & 2. *Cod. de fideiuſſoribus Minorum*. Neque etiam patri prodeſt, niſi nomine filij conueniatur, *l.* 3. §. *ſed vtrum, hoc Tit.*

Quæ porro in Pandectis *vno titulo de Minoribus* explicantur, ea variis & ſeparatis *Titulis lib.* 2. *Cod.* exponuntur.

Tutoris poteſtate liberati erant, omnium rerum liberam habebant adminiſtrationem, nec Curatorum auxilio regebantur, niſi volentes, iiſque in contrahendo læſis aut deceptis, nullum competebat auxilium, ſed poſtea lege *Lætoria* cœperunt Curatores dari vſque ad annum 25. redditis tamen cauſis, hoc eſt, ſi luxuriosè viuerent & malè rem ſuam gererent: Et eadem lege cautum eſt, vt minores dolo aduerſarij circumſcripti, reſtituerentur in integrum. Tandem conſtitutione Diui Marci, omnibus Minoribus indiſtinctè cœperunt Curatores dari, & ante eam conſtitutionem Prætor conſiderans Minorum infirmum eſſe & fragile iudicium, eoſque ſæpe non tam aduerſarij fraude, quàm propria facilitate & imperitia, labi, decipi, & lædi, generaliter cauit in edicto ſuo, *quod cum minore quam viginti quinque annis natu, geſtum eſſe dicetur, animaduer-*

tam : quibus verbis non eſt pollicitus ſe actionem daturum , vt in aliis reſtitutionum in integrum cauſis , ſed ſe animaduerſurum , hoc eſt, cognitione extra ordinem ſuſcepta ; non tantum circumſcriptis, vt *lex Lætoria*, ſed & etiam lapſis ſua facilitate, & læſis, ſuccurſurum, *l.* 1. *de Minoribus*.

Non itaque omnia , quæ Minores gerunt , irrita ſunt , aut reſcinduntur : nemo alioquin propter metum reſtitutionis cum iis contraheret : & quodammodo commercio interdicerentur , ſed ita demum in integrum reſtituuntur , ſi circumſcripti , vel ſua facilitate capti & læſi fuerint : idque cauſa cognita, *l. verum* 11. §. *ſciendum & l. non omnia*, *hoc tit.*

Siue igitur contrahendo , ſiue litigando , ſiue ſoluendo , ſiue hereditatem adeundo , vel repudiando, quocunque denique modo , minoribus læſis , & deceptis ſuccurri-

Tutoris poteſtate liberati erant, omnium rerum liberam habebant adminiſtrationem, nec Curatorum auxilio regebantur, niſi volentes, iiſque in contrahendo læſis aut deceptis, nullum competebat auxilium, ſed poſtea lege *Lætoria* cœperunt Curatores dari vſque ad annum 25. redditis tamen cauſis, hoc eſt, ſi luxurioſè viuerent & malè rem ſuam gererent: Et eadem lege cautum eſt, vt minores dolo aduerſarij circumſcripti, reſtituerentur in integrum. Tandem conſtitutione Diui Marci, omnibus Minoribus indiſtinctè cœperunt Curatores dari, & ante eam conſtitutionem Prætor conſiderans Minorum infirmum eſſe & fragile iudicium, eoſque ſæpe non tam aduerſarij fraude, quàm propria facilitate & imperitia, labi, decipi, & lædi, generaliter cauit in edicto ſuo, *quod cum minore quam viginti quinque annis natu, geſtum eſſe dicetur, animaduer-*

Digitized by Google

tam : quibus verbis non eſt pollicitus ſe actionem daturum, vt in aliis reſtitutionum in integrum cauſis, ſed ſe animaduerſurum, hoc eſt, cognitione extra ordinem ſuſcepta; non tantum circumſcriptis, vt *lex Lætoria*, ſed & etiam lapſis ſua facilitate, & læſis, ſuccurſurum, *l. 1. de Minoribus.*

Non itaque omnia, quæ Minores gerunt, irrita ſunt, aut reſcinduntur: nemo alioquin propter metum reſtitutionis cum iis contraheret: & quodammodo commercio interdicerentur, ſed ita demum in integrum reſtituuntur, ſi circumſcripti, vel ſua facilitate capti & læſi fuerint: idque cauſa cognita, *l. verum* 11. §. *ſciendum & l. non omnia, hoc tit.*

Siue igitur contrahendo, ſiue litigando, ſiue ſoluendo, ſiue hereditatem adeundo, vel repudiando, quocunque denique modo, minoribus læſis, & deceptis ſuccurri-

Tutoris poteſtate liberati erant, omnium rerum liberam habebant adminiſtrationem, nec Curatorum auxilio regebantur, niſi volentes, iiſque in contrahendo læſis aut deceptis, nullum competebat auxilium, ſed poſtea lege *Lætoria* cœperunt Curatores dari vſque ad annum 25. redditis tamen cauſis, hoc eſt, ſi luxurioſè viuerent & malè rem ſuam gererent: Et eadem lege cautum eſt, vt minores dolo aduerſarij circumſcripti, reſtituerentur in integrum. Tandem conſtitutione Diui Marci, omnibus Minoribus indiſtinctè cœperunt Curatores dari, & ante eam conſtitutionem Prætor conſiderans Minorum infirmum eſſe & fragile iudicium, eoſque ſæpe non tam aduerſarij fraude, quàm propria facilitate & imperitia, labi, decipi, & lædi, generaliter cauit in edicto ſuo, *quod cum minore quam viginti quinque annis natu, geſtum eſſe dicetur, animaduer-*

Digitized by Google

tum : quibus verbis non eſt pollicitus ſe actionem daturum, vt in aliis reſtitutionum in integrum cauſis, ſed ſe animaduerſurum, hoc eſt, cognitione extra ordinem ſuſcepta; non tantum circumſcriptis, vt *lex Lætoria*, ſed & etiam lapſis ſua facilitate, & læſis, ſuccurſurum, *l.* 1. *de Minoribus.*

Non itaque omnia, quæ Minores gerunt, irrita ſunt, aut reſcinduntur : nemo alioquin propter metum reſtitutionis cum iis contraheret : & quodammodo commercio interdicerentur, ſed ita demum in integrum reſtituuntur, ſi circumſcripti, vel ſua facilitate capti & læſi fuerint : idque cauſa cognita, *l. verum* 11. §. *ſciendum &* *l. non omnia, hoc tit.*

Siue igitur contrahendo, ſiue litigando, ſiue ſoluendo, ſiue hereditatem adeundo, vel repudiando, quocunque denique modo, minoribus læſis, & deceptis ſuccurri-

Tutoris poteſtate liberati erant, omnium rerum liberam habebant adminiſtrationem, nec Curatorum auxilio regebantur, niſi volentes, iiſque in contrahendo læſis aut deceptis, nullum competebat auxilium, ſed poſtea lege *Lætoria* cœperunt Curatores dari vſque ad annum 25. redditis tamen cauſis, hoc eſt, ſi luxuriosè viuerent & malè rem ſuam gererent: Et eadem lege cautum eſt, vt minores dolo aduerſarij circumſcripti, reſtituerentur in integrum. Tandem conſtitutione Diui Marci, omnibus Minoribus indiſtinctè cœperunt Curatores dari, & ante eam conſtitutionem Prætor conſiderans Minorum infirmum eſſe & fragile iudicium, eoſque ſæpe non tam aduerſarij fraude, quàm propria facilitate & imperitia, labi, decipi, & lædi, generaliter cauit in edicto ſuo, *quod cum minore quam viginti quinque annis natu, geſtum eſſe dicetur, animaduer-*

Digitized by Google

tam : quibus verbis non eſt pollicitus ſe actionem daturum, vt in aliis reſtitutionum in integrum cauſis, ſed ſe animaduerſurum, hoc eſt, cognitione extra ordinem ſuſcepta; non tantum circumſcriptis, vt *lex Lætoria*, ſed & etiam lapſis ſua facilitate, & læſis, ſuccurſurum, *l.* 1. *de Minoribus.*

Non itaque omnia, quæ Minores gerunt, irrita ſunt, aut reſcinduntur: nemo alioquin propter metum reſtitutionis cum iis contraheret: & quodammodo commercio interdicerentur, ſed ita demum in integrum reſtituuntur, ſi circumſcripti, vel ſua facilitate capti & læſi fuerint: idque cauſa cognita, *l. verum* 11. §. *ſciendum* & *l. non omnia, hoc tit.*

Siue igitur contrahendo, ſiue litigando, ſiue ſoluendo, ſiue hereditatem adeundo, vel repudiando, quocunque denique modo, minoribus læſis, & deceptis ſuccurri-

tur, non decipientibus, *l. 2. Cod. Si minor ſe maiorem dixerit.* Idque etiamſi Tutor vel Curator interuenerit, *tit. C. ſi tutor vel curator interuenerit* quo caſu Minoribus duplex remedium competit, videlicet, ordinarium aduerſus Tutorem vel Curatorem, vel extraordinarium aduerſus eos cum quibus contraxerunt. Nec tantum in damnis, ſed etiam in lucris, ſubueniri ſolet minoribus; quod olim videtur fuiſſe controuerſum *l. 7. §. hodie, cum ſeq. l. 44. D. hoc Tit. l. cum quidam, §. Si pupillo, D. de vſuris.*

Aduerſus delictum minores non reſtituuntur, niſi fortè imprudentia, non dolo malo commiſſum ſit: *l. 9. §. Nunc videndum, hoc tit. l. 1. Cod. ſi aduerſus delictum.* quamquam miſeratio ætatis, ad mitiorem pœnam ſtatuendam, Iudicem aliquando impellat, *l. auxilium 37. §. in delictis, hoc tit.*

Vix etiam reſtituitur Minor ad-

uerſus libertatem, niſi magna ex cauſa: idque à Principe, *l.* 9. *in fine*, & *l.* 10.

Licet autem reſtitutio in integrum, quæ Minoribus conceditur, regulariter in perſonam ſit, hoc eſt, aduerſus eum tantum detur, qui cum Minore contraxit, datur tamen aliquando in rem, hoc eſt, aduerſus quemcunque poſſeſſorem; *l. in cauſæ* 13. §. *interdum hoc tit.* Nec tantum Minoribus competit, ſed etiam eorum hæredibus, *l. Minor*, §. *non ſolum, hoc tit.* Non etiam eorum fideiuſſoribus, niſi ideo reſtituantur, quod circumſcripti ſint, non læſi ſua facilitate, *dicta l. in cauſa hic, l.* 7. *in fine, D. de exceptionibus, l.* 1. & 2. *Cod. de fideiuſſoribus Minorum*. Neque etiam patri prodeſt, niſi nomine filij conueniatur, *l.* 3. §. *ſed vtrum, hoc Tit.*

Quæ porro in Pandectis *vno titulo de Minoribus* explicantur, ea variis & ſeparatis *Titulis lib.* 2. *Cod.* exponuntur.

TITVLVS V.

De capite Minutis.

QVarta cauſa concedendæ reſtitutionis, eſt ſtatus mutatio: quæ cauſa, vt rectè intelligatur, ſciendum eſt, Iure ciuili per quamcumque capitis minutionem, ita mutari perſonam, vt non iam eadem quæ antea erat, ſed diuerſa & nouus quidam homo, eſſe intelligatur: Ac proinde is qui capite minuitur, præcedentibus omnibus obligationibus, quibus erat obnoxius, iure ciuili, liberatur, nec amplius ex iis conueniri poteſt, licet naturaliter remaneat debitor, *l. 2. §. hi qui, hoc tit.*

Verum Prætor naturalem illam obligationem, & æquitatem conſiderans, in edicto ſuo pollicitus eſt, perinde ſe aduerſus capite minutos, iudicium daturum, ac ſi

capitis minutio facta non eſſet; *l. 2. §. ait Prætor, hoc tit.*

Pertinet autem hoc Edictum ad minimam capitis minutionem tantum, nam in eos, qui maximam, vel mediam paſſi ſunt, nulla reſtitui poteſt actio, quoniam ciues eſſe deſierunt, & pro mortuis habentur, cùm ſucceſſorem fiſcum habuerint, *l. Tutelas, §. Si libertate, & §. vlt. hoc tit.*

TITVLVS VI.

Ex quibus cauſis maiores 25. annis, in integrum reſtituantur.

QVinta reſtitutionis cauſa eſt abſentia neceſſaria, de qua tractatur in Titulo, *quibus ex cauſis maiores.* Cuius, vt patet ex verbis Edicti relatis in *l. 1.* tres ſunt partes. Prima eſt de abſentibus aduerſus præſentes: Pollicetur enim Prætor, cuiuſcumque ætatis hominibus, qui

dum iuſto metu, vel Reipublicæ cauſa, abſentes eſſent, inque vinculis, ſeruitute, hoſtiumque poteſtate, aliquid ex bonis ſuis, actionibuſque amiſerint, ſe actionem daturum intra annum, ex quo reuerſi fuerint, & agendi poteſtas competierit.

Secunda pars, ſuperiori ex aduerſo quaſi oppoſita, eſt de actione, quę datur præſentibus aduerſus abſentes, qui cum non defenderentur, inque vinculis eſſent, nec ſecum experiundi facultatem facerent, rem eorum, qui in ciuitate erant, vſuceperint, vel actione aliqua liberati: quo in numero ſunt ij, qui licet præſentes ſint, in ius tamen inuiti vocari non poſſunt, vt ſunt Conſules, Prætores, quiue poteſtatem habent: *l.* 1. *§. item ſi quis, l. ſed etſi, §. ait Prætor, hoc tit.* In eos enim omnes poſtquam agendi poteſtas fuit, datur actio reſciſſoria ex hoc edicto, de qua agitur in *l.* 1.

Digitized by Google

§. *item ſi quis.l.*21.*& ſeqq. hoc tit.&* §. *Rurſus, inſtit. de Actionibus.*

Tertia pars huius Edicti, eſt de clauſula generali, quâ Prætor in fine Edicti *de Reſtitutionibus in integrum*, pollicetur ſe in integrum reſtitutionem conceſſurum, ſi quæ alia cauſa iuſta eſſe videbitur, præter alias enumeratas. Cùm enim Prætor animaduerteret, multos euenire poſſe caſus, quorum enumeratio difficilis, quibus reſtitutionem in integrum concedi æquum eſſet, clauſulam hanc generalem Edicto ſuo inſeruit, quam per iuſtum errorem ſupra expreſſimus ſequuti Paulum *lib.* 1. *Senten. tit.* 7. §. 1. *& l.* 2. *D. de in integrum reſtit.* ad quam omnes caſus, quibus in libris Iuris reſtitutio conceditur, qui non continentur ſub ſpeciali aliqua ex cauſis, ſub hoc Titulo & ſuperioribus, enumeratis, ſunt referendi. De ea nullus extat in Pandectis

dum iuſto metu, vel Reipublicæ cauſa, abſentes eſſent, inque vinculis, ſeruitute, hoſtiumque poteſtate, aliquid ex bonis ſuis, actionibuſque amiſerint, ſe actionem daturum intra annum, ex quo reuerſi fuerint, & agendi poteſtas competierit.

Secunda pars, ſuperiori ex aduerſo quaſi oppoſita, eſt de actione, quę datur præſentibus aduerſus abſentes, qui cum non defenderentur, inque vinculis eſſent, nec ſecum experiundi facultatem facerent, rem eorum, qui in ciuitate erant, vſuceperint, vel actione aliqua liberati: quo in numero ſunt ij, qui licet præſentes ſint, in ius tamen inuiti vocari non poſſunt, vt ſunt Conſules, Prætores, quiue poteſtatem habent: *l. 1. §. item ſi quis, l. ſed etſi, §. ait Prætor, hoc tit.* In eos enim omnes poſtquam agendi poteſtas fuit, datur actio reſciſſoria ex hoc edicto, de qua agitur in *l. 1.*

§. item ſi quis. l. 21. *& ſeqq. hoc tit. & §. Rurſus, inſtit. de Actionibus.*

Tertia pars huius Edicti, eſt de clauſula generali, quâ Prætor in fine Edicti *de Reſtitutionibus in integrum*, pollicetur ſe in integrum reſtitutionem conceſſurum, ſi quæ alia cauſa iuſta eſſe videbitur, præter alias enumeratas. Cùm enim Prætor animaduerteret, multos euenire poſſe caſus, quorum enumeratio difficilis, quibus reſtitutionem in integrum concedi æquum eſſet, clauſulam hanc generalem Edicto ſuo inſeruit, quam per iuſtum errorem ſupra expreſſimus ſequuti Paulum *lib.* 1. *Senten. tit.* 7. §. 1. *& l.* 2. *D. de in integrum reſtit.* ad quam omnes caſus, quibus in libris Iuris reſtitutio conceditur, qui non continentur ſub ſpeciali aliqua ex cauſis, ſub hoc Titulo & ſuperioribus, enumeratis, ſunt referendi. De ea nullus extat in Pandectis

dum iuſto metu, vel Reipublicæ cauſa, abſentes eſſent, inque vinculis, ſeruitute, hoſtiumque poteſtate, aliquid ex bonis ſuis, actionibuſque amiſerint, ſe actionem daturum intra annum, ex quo reuerſi fuerint, & agendi poteſtas competierit.

Secunda pars, ſuperiori ex aduerſo quaſi oppoſita, eſt de actione, quę datur præſentibus aduerſus abſentes, qui cum non defenderentur, inque vinculis eſſent, nec ſecum experiundi facultatem facerent, rem eorum, qui in ciuitate erant, vſuceperint, vel actione aliqua liberati: quo in numero ſunt ij, qui licet præſentes ſint, in ius tamen inuiti vocari non poſſunt, vt ſunt Conſules, Prætores, quiue poteſtatem habent: *l.* 1. §. *item ſi quis, l. ſed etſi*, §. *ait Prætor*, *hoc tit.* In eos enim omnes poſtquam agendi poteſtas fuit, datur actio reſciſſoria ex hoc edicto, de qua agitur in *l.* 1.

§. item ſi quis. l. 21. & ſeqq. hoc tit. & §. Rurſus, inſtit. de Actionibus.

Tertia pars huius Edicti, eſt de clauſula generali, quâ Prætor in fine Edicti *de Reſtitutionibus in integrum*, pollicetur ſe in integrum reſtitutionem conceſſurum, ſi quæ alia cauſa iuſta eſſe videbitur, præter alias enumeratas. Cùm enim Prætor animaduerteret, multos euenire poſſe caſus, quorum enumeratio difficilis, quibus reſtitutionem in integrum concedi æquum eſſet, clauſulam hanc generalem Edicto ſuo inſeruit, quam per iuſtum errorem ſupra expreſſimus ſequuti Paulum *lib. 1. Senten. tit. 7. §. 1. & l. 2. D. de in integrum reſtit.* ad quam omnes caſus, quibus in libris Iuris reſtitutio conceditur, qui non continentur ſub ſpeciali aliqua ex cauſis, ſub hoc Titulo & ſuperioribus, enumeratis, ſunt referendi. De ea nullus extat in Pandectis

dum iuſto metu, vel Reipublicæ cauſa, abſentes eſſent, inque vinculis, ſeruitute, hoſtiumque poteſtate, aliquid ex bonis ſuis, actionibuſque amiſerint, ſe actionem daturum intra annum, ex quo reuerſi fuerint, & agendi poteſtas competierit.

Secunda pars, ſuperiori ex aduerſo quaſi oppoſita, eſt de actione, quę datur præſentibus aduerſus abſentes, qui cum non defenderentur, inque vinculis eſſent, nec ſecum experiundi facultatem facerent, rem eorum, qui in ciuitate erant, vſuceperint, vel actione aliqua liberati: quo in numero ſunt ij, qui licet præſentes ſint, in ius tamen inuiti vocari non poſſunt, vt ſunt Conſules, Prætores, quiue poteſtatem habent: *l.* 1. §. *item ſi quis, l. ſed etſi*, §. *ait Prætor*, *hoc tit.* In eos enim omnes poſtquam agendi poteſtas fuit, datur actio reſciſſoria ex hoc edicto, de qua agitur in *l.* 1.

§. *item ſi quis. l.* 21. *& ſeqq. hoc tit. &* §. *Rurſus, inſtit. de Actionibus.*

Tertia pars huius Edicti, eſt de clauſula generali, quâ Prætor in fine Edicti *de Reſtitutionibus in integrum*, pollicetur ſe in integrum reſtitutionem conceſſurum, ſi quæ alia cauſa iuſta eſſe videbitur, præter alias enumeratas. Cùm enim Prætor animaduerteret, multos euenire poſſe caſus, quorum enumeratio difficilis, quibus reſtitutionem in integrum concedi æquum eſſet, clauſulam hanc generalem Edicto ſuo inſeruit, quam per iuſtum errorem ſupra expreſſimus ſequuti Paulum *lib.* 1. *Senten. tit.* 7. §. 1. *& l.* 2. *D. de in integrum reſtit.* ad quam omnes caſus, quibus in libris Iuris reſtitutio conceditur, qui non continentur ſub ſpeciali aliqua ex cauſis, ſub hoc Titulo & ſuperioribus, enumeratis, ſunt referendi. De ea nullus extat in Pandectis

dum iuſto metu, vel Reipublicæ cauſa, abſentes eſſent, inque vinculis, ſeruitute, hoſtiumque poteſtate, aliquid ex bonis ſuis, actionibuſque amiſerint, ſe actionem daturum intra annum, ex quo reuerſi fuerint, & agendi poteſtas competierit.

Secunda pars, ſuperiori ex aduerſo quaſi oppoſita, eſt de actione, quę datur præſentibus aduerſus abſentes, qui cum non defenderentur, inque vinculis eſſent, nec ſecum experiundi facultatem facerent, rem eorum, qui in ciuitate erant, vſuceperint, vel actione aliqua liberati: quo in numero ſunt ij, qui licet præſentes ſint, in ius tamen inuiti vocari non poſſunt, vt ſunt Conſules, Prætores, quiue poteſtatem habent: *l. 1. §. item ſi quis, l. ſed etſi, §. ait Prætor, hoc tit.* In eos enim omnes poſtquam agendi poteſtas fuit, datur actio reſciſſoria ex hoc edicto, de qua agitur in *l. 1.*

§. item ſi quis. l. 21. & ſeqq. hoc tit. & §. Rurſus, inſtit. de Actionibus.

Tertia pars huius Edicti, eſt de clauſula generali, quâ Prætor in fine Edicti *de Reſtitutionibus in integrum*, pollicetur ſe in integrum reſtitutionem conceſſurum, ſi quæ alia cauſa iuſta eſſe videbitur, præter alias enumeratas. Cùm enim Prætor animaduerteret, multos euenire poſſe caſus, quorum enumeratio difficilis, quibus reſtitutionem in integrum concedi æquum eſſet, clauſulam hanc generalem Edicto ſuo inſeruit, quam per iuſtum errorem ſupra expreſſimus ſequuti Paulum *lib. 1. Senten. tit. 7. §. 1. & l. 2. D. de in integrum reſtit.* ad quam omnes caſus, quibus in libris Iuris reſtitutio conceditur, qui non continentur ſub ſpeciali aliqua ex cauſis, ſub hoc Titulo & ſuperioribus, enumeratis, ſunt referendi. De ea nullus extat in Pandectis

vel Codice Titulus ſeparatus, ſed de ea agitur *in fine l.* 1. *&* *in l.* 21. §. *item inquit*, *cum ſeqq.* *hoc tit.*

TITVLVS VII.

De alienatione, Iudicij mutandi cauſa, facta.

SExta cauſa eſt ſi quis rem aliquam poſſidens, ratione cuius rei vindicatione, vel qualibet alia actione conueniri poſſit, eam mutandi Iudicii cauſa alienauerit, vt aduerſarium moleſtiorem ſuo loco ſubſtituat, in eum datur actio in id quod intereſt alium aduerſarium non eſſe ſubſtitutum, *l.* 1. *hoc tit.* quæ actio, licet rei perſecutoria ſit, non pœnalis, & heredi quidem detur in heredem, tamen vel ſimilem, vel poſt annum non datur, quia videtur ex delicto dari, *l.* 4. §. *vlt. cum ll. ſeqq. hoc titulo.*

Alienationis autem verbo, ſignificatur alienatio inter viuos, non quæ fit teſtamento, *l.* 8. §. *ſed hæredem, hoc tit.*

Quod attinet ad ea, quæ ad omnes reſtitutiones in integrum generaliter pertinent,

Sciendum primo reſtitutionem in integrum, non ob minimam rem, nec temerè, ſed cauſa cognita, & præſente aduerſario, (vnde dicitur lis & actio) concedendam eſſe, *l.* 3. *&* 4. *D. de in integrum reſtit.*

Secundò, Omnis reſtitutio in integrum competit heredibus & ſucceſſoribus Iuris quibuſcunque, *l.* 6. *de reſtit. in int.*

Tertiò, Omnis reſtitutio in integrum, reciproca eſſe debet, hoc eſt, non tantum debet res reſtitui ei qui impetrat, ſed & ei aduerſus quem impetratur: *l. vnica, Cod. de reputationibus quæ fiunt in cauſis, &c.*

Quartò, Omnis reſtitutio in integrum, iure veteri, concedebatur intra annum vtilem; Poſteà ex conſtitutione Conſtantini, Romæ intra quinquennium continuum: in Italia, intra quadriennium: in Prouinciis intra triennium; Tandem conſtitutione Iuſtiniani vbique locorum intra quadriennium continuum, numerandum ex die maioris ætatis, vel reditus, vel metus illati, *l. vlt. Cod. de Temp. in integrum reſtit.*

Excipitur actio de dolo, quæ intra biennium conteſtari, & conteſtata finiri debet, *l. vlt. Cod. de dolo.*

Quintò, Reſtitutio in integrum, non eſt pluſquam ſemel in eadem cauſa concedenda, niſi ex magna cauſa. *Paulus* 1. *Sent.* §. 3. *tit.* 7. *&* *Titulo Codicis, Si ſæpius reſtitutio in integrum poſtuletur.*

TITVLVS VIII.

De Receptis Arbitris, & qui Arbitriũ receperunt, vt ſententiam dicant.

QVoniam ſæpè litigantes, ad vitandas ordinariorum iudiciorum moras, vel impenſas, ſolent in arbitrum compromittere, qui controuerſiam dirimat, ideo, antequam de Iudiciis agatur, proponitur Titulus de Compromiſſis, & Arbitris, vel vno verbo de Receptis: parum enim refert hunc titulum ſiue Rubricã concipias ſimpliciter *de Receptis & qui Arbitrium receperunt vt ſententiam dicant*, vt in Pandectis Florentinis, an vero *de Receptis Arbitris*, vt in vulgaribus, & *tit. 56. lib. 3. Cod.* an denique ſimpliciter *de Receptis*, vt in quibuſdam exemplaribus *Cod.* Receptum enim ſimpliciter idem ſignificat ac Compromiſſum, *l. rem*

non nouam 14. §.1. *Cod. de Iudiciis*, & Arbiter ipſe dicitur Receptus, & arbitrium recipere, *l.* 3. §. 1. *&* *paſſim hoc Tit.* non quod propriè loquendo idem ſit Compromiſſum & Receptum; quemadmodũ enim aliud eſt compromittere, aliud recipere; ſic & aliud Compromiſſum; aliud Receptum. Sed quoniam Compromiſſum per ſe inutile & inefficax eſt, niſi Arbiter electus arbitrium receperit, *d. l.* 3. §. 1. & compromiſſum, totumque negotium receptione, vt ita dicam, Arbitri perficitur, non mirum, ſi recepti appellatione, Compromiſſum, totumque negotium ſignificetur. Igitur Arbitrium ſeu Compromiſſum, de quo agitur in hoc Tit. definiri poteſt, Conſtipulatio pœnæ, ſiue mutua ſtipulatio litigantium, quâ Iudicio Arbitri ſe ſubiicientes, pœnam ſibi dari inuicem ſtipulantur, præſtandam ab eo qui ſententiæ Arbitri non ſtete-

rit. Eſtque aliud plenum, quod ſcilicet de omnibus controuerſiis compoſitum eſt, *l. Pomponius* 13. §. 1. *l. quid tamen* 21. §. *plenum*, *l.* 43. *hoc tit.* ſiue quod doli clauſulæ mentionem habet, *l.* 31. *in fine*, *hoc tit.* Aliud quod de re & controuerſia certa tantum, *d.* §. *plenum*.

Arbiter autem eſt diſceptator electus ex compromiſſo partium, qui finiendæ inter eos controuerſiæ officium in ſe recepit.

Ex Compromiſſo, ſi Receptum ab Arbitro fuerit, duplex oritur actio. Vna aduerſus Arbitrum, vt cogatur ſententiam dicere: Licet enim liberum ſit cuilibet, non ſuſcipere Arbitrium, rite tamen ſemel ſuſceptum, omnino adimplendum eſt, in idque cogi poteſt Arbiter (non quidem actione ordinaria, dato Iudice per formulam, vt moris erat, in ordinariis Iudiciis, ſed extraordinaria cognitione ipſius Prætoris) multæ di-

ctione & pignoribus captis, *l.* 3. §. 1. *l. non diſtinguemus*, §. *ſi arbiter*, *l. ſi feriatis* 36. *hoc tit.* niſi ſcilicet arbiter iuſtas habeat ſententiæ non ferendæ excuſationes: de quibus videndæ *ll.* 15. 16. 17. *&* 32. *hoc tit.*

Secunda actio quæ ex compromiſſo oritur, eſt actio ex ſtipulatu, quæ datur aduerſus eum qui ſententiæ arbitri non ſtetit, vt pœnam promiſſam præſtet. Cum enim ex ſententia Arbitri nulla detur actio, quoniam arbiter rem iudicatam non facit; Paulus *lib.* 5. *Sent. tit.* 5. Ideo ſolebant partes inuicem ſtipulari, pœnam præſtari ab eo qui ſententiæ non paruiſſet; alioquin inutile eſſet compromiſſum, in quo nulla pœna eſſet promiſſa.

Nihil verò refert vtrum pœna certa promiſſa ſit, an verò incerta: puta, quanti ea res erit: quin imò etiamſi de pœna nihil conuenerit, dummodo tamen promiſſum ſit per ſtipulationem, ſententiæ ſtari,

valet compromiſſum : quia in ea ſtipulatione ineſt ſtipulatio quanti ea res eſt : *l. diem*, §. *vlt. & l. ſeq. hoc tit.* Ex quibus apparet compromiſſum regulariter nuda conuentione contractum ; abſque vlla ſtipulatione pœnæ, nullius eſſe momenti, niſi interueniente iuriſiurandi religione, *l.* 4. *Cod. hoc tit.* Quamquam hodie ex conſtitutione Iuſtiniani, ex compromiſſo nuda conuentione contracto, detur actio & ſententia arbitri executioni mandetur, ſi poſt latam ſententiam per decem menſes litigantes tacuerint, *l. pen. & vlt. hoc tit.* Vide *Nouellam* 82. *cap.* 11.

Ad hoc autem, vt ſupradictæ actiones ex Compromiſſo naſcantur, requiritur vt Compromiſſum ſit iure contractum, & primum ab iis perſonis quæ obligari poſſunt & domini ſunt litis, & rem in iudicium deducere poſſunt.

Secundò. Vt is electus ſit arbiter,

qui definiendæ litis capax ſit; vnde in furioſum, pupillum, ſurdum, & ſimiles, compromiſſum factum non valet, *l. 9. §. 1. hic.* Nec refert cuiuſcumque dignitatis, famæ, vel conditionis ſit, dummodo libera perſona, *l. 3. §. vlt. cum ſeqq. hic.* Nec etiam refert, an vnus, vel plures, dummodò ſi plures, ſimul omnes de negotio cognoſcant: alter enim ſine altero iudicãs, nihil agit, *l. 7. §. 1. l. 17. §. 5. cum ſeq. l. 18. hic.*

Tertiò requiritur vt Compromiſſum factum ſit de Controuerſiis ad ius priuatum tantum pertinentibus. In cauſis ſiquidem publicis vel quarum deciſio aliquatenus publicam vtilitatem ſpectat, Compromiſſum factum non valet, nec cogitur arbiter ſententiam dicere: Et ideo de criminibus publicis, de famoſo iudicio, de liberali cauſa, ſeu de iudicio ſtatus, item de populari actione, compromiſſum factum nullius eſt momen-

ti, l. non diſtinguemus, 32. §. Iulianus, cum ſeq. hoc tit.

Compromiſſum ſoluitur die, morte, acceptilatione, Iudicio, pacto, *l. non diſtinguemus, §. 3. in fine, D. de receptis arbitr.*

De poteſtate autem & officio Arbitri, hoc in Summa tenendum eſt, vt non niſi de qua re compromiſſum, & quatenus compromiſſum, cognoſcat, & vt intra tempus præfinitum compromiſſo, neque enim proferre diem poteſt, niſi nominatim ei ſit conceſſum: *d. l. 32. §. dies compromiſſi, & §. de officio, l. Labeo cum ſeq. hoc tit.*

Sunt autem alij Arbitri, qui rei æſtimandæ cauſa, ex variis cauſis eliguntur, ſiue à partibus, ſiue à Iudice, de quibus hic non agitur.

TITVLVS IX.

Nautæ, Caupones, Stabularij.

QVemadmodum arbitri, qui ſemel arbitrium ſuſceperunt, ſuſcepto officio perſungi, à Prætore compelluntur, ita Nautæ, Caupones, & Stabularij, qui quid ſaluum fore receperunt, præſtare & reſtituere quod receperunt, compelluntur, non quidem cognitione extraordinaria Prætoris vt illi, ſed actione in factum & dato Iudice, *l.* 1. *hic.*

Cum igitur vtrique de recepto teneantur, licet diſpari ratione, non mirum, ſi ſuperiori titulo *de Receptis*, ſubiiciatur hic alia Recepti ſpecies, quod ne quis temerè à compilatoribus Pandectarum, factum putet, cogitare debebit, eundem ſeruatum ordinem à Saluio Iuliano, in edicto Prætorio, vt li-

quet ex commentariis Iuriſconſultorum, & maximè ex legibus deſumptis, ex *lib.*13. *Pauli ad Edictum.* Vt vt ſit, conſtat in hoc titulo agi de actione in factum, quam Prætor pollicetur ſe daturum aduerſus Nautas, Caupones, & Stabularios, vt recepta reſtituant: Quæ actio non tantum locum habet, quando res ſpecialiter traditæ & adſignatæ ſunt, ſed etiam ſi citra vllam adſignationem fuerint in nauim, aut cauponam immiſſæ, receptæ eſſe videntur; *l.* 1. §. *vlt. hic.* Quamuis enim Nauta, Caupo & Stabularius, non pro cuſtodia mercedem accipiant, ſed Nauta, vt traiiciat; Caupo, vt viatores manere in caupona patiatur; Stabularius, vt permittat iumenta ſtabulari, cuſtodiæ tamen nomine tenentur, vt Fullones & Sarcinatores, qui licet pro arte & opera, non pro cuſtodia mercedem accipiant, cuſtodiæ tamen nomine ex locato tenentur,

l. 5. *hoc tit.* niſi fortè prædixerint, vt vnuſquiſque res ſuas ſeruet, nēque damnum ſe præſtituros ; *l. vlt.* §. 1.

Nec tantum locum habet hæc actio, ſi merces interuenerit, ſed etiam ſi gratis quis nauiget, vel in caupona diuerſetur ; vnde mirari quis poterit, vt quondam Pomponius, cur hæc actio honoraria introducta ſit, vt Nautæ, Caupones, & Stabularij, recepta reſtituant, cùm ciuiles competant ; nempe *locati*, ſi merces interuenerit ; *depoſiti*, ſi gratis receperint cuſtodiendum. Sed in promptu reſpōſio eſt, Prætorem voluiſſe, vt innoteſceret ſe curam agere reprimendę improbitatis hoc genus hominum, dando duriorem actionem aduerſus eos, quàm ſint ſupradictæ. Nā in actionem *depoſiti* venit tantum dolus, in actionem *locati*, culpa, in hanc autem honorariam actionem, omnia veniunt, præter fatale damnum : hoc eſt, Nauta, Caupo, Stabula-

rius, tenentur, etiamſi ſine eorum culpa res perierit, puta furto: *l.* 3. *§. ait Prætor, cum ſeq. hoc tit.*
Eſt autem hæc actio in ſimplum, videlicet in id quod intereſt: eſt enim ex contractu, videlicet ex recepto: Eſt autem alia ex quaſi delicto, de furto ſcilicet & damno dato, in naui, caupona, & ſtabulo, ab iis quorum quis opera & miniſterio, nauem aut cauponam exercet, quæ in duplum eſt, & de qua tractatur in *l.* 6. *& ult. §. hæc actio, cum ſeq. hoc tit. & in tit. infra: furti aduerſus Nautas, Caupones & Stabularios.* Quam actionem caue ne confundas cum actione in factum, quæ datur de recepto: multum enim inter ſe differunt, cum hæc ſit ex contractu, & mere rei perſecutoria, illa autem ex quaſi delicto & mixta.

SECVNDA PARS DIGESTORVM.

LIBER V.

TITVLVS I.

EXplicatis omnibus iudiciorum primordiis, quæ iudicia ipſa antecedere ſolent & præparare, iam incipit in principio ſecundæ partis, de Iudiciis ipſis agere.

Omiſſis autem variis Iudicij ſignificationibus, & acceptionibus, quæ enumerantur ab Accurſio, in §. *Præterea*, verbo Iudicium, *Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum:* Iudicium hic nihil aliud eſt, quam legitima cauſæ, ſeu litis

diſceptatio, quæ fit coram eo Iudice, quem Magiſtratus cauſæ dirimendæ præpoſuit.

Dixi, quæ fit coram Iudice dato, vt diſtinguerem iudicia ordinaria; de quibus præcipuè agitur in hoc titulo, ab extraordinariis cognitionibus, de quibus tractatur in *tit. de variis & extraord. cognit. tit.13. l.50. D.* Quod vt intelligatur, ſciendum eſt Romæ hunc fuiſſe exercendorum Iudiciorum ordinem. Reus in Ius, hoc eſt, ad eum qui Iuriſdictioni præerat, vocatus vel fatebatur de intentione actoris, quo caſu nulla lis, confeſſus enim in iure pro iudicato eſt, vel contradicebat ei, & tunc controuerſia illa, quæ ex contradictione oriebatur, vel habebat implicitam quæſtionem facti vel iuris. Si iuris, Prætor ad Centumuiros remittebat: quibus Centumuiris præerat aliquando Prætor, vel Decemuiri, qui litibus iudicandis creati, de quibus in

l.2.§.deinde 29.D.de origine Iuris: Si facti, dabat Iudicem, qui de controuerſia inter litigantes cognoſceret, & iudicaret: & hæc controuerſia, quæ fiebat apud Iudicem datum, propriè iudicium appellabatur, & cauſæ, quæ huiuſmodi cognitioni Pedaneorum Iudicum committi ſolebant, vocabantur ordinarij Iuris, ſiue ordinariæ cognitiones, vt contra quæ Magiſtratuum ipſorum cognitioni reſeruabantur, & quarum cognitionem & definitionem, Prætor, ſiue Magiſtratus, ſuſcipere per ſe cogebatur, extraordinariæ cognitiones.

Quanquam autem etiam ante tempora Iuſtiniani, omnia iudicia cœperint eſſe extraordinaria, hoc eſt, Magiſtratus ſuæ notionis examen adhibere, non autem Iudices dare ſolerent, *l.2.C.de Pedaneis Iudicibus*, quoniam tamē omnium Iuriſconſultorum fragmenta, quibus Pandectæ conſtant, priſcum

illum morem Iudiciorum reſpiciunt, qui ipſorum temporibus vigebat, ideò neceſſarium viſum eſt, in ipſo limine id prænotaſſe, ad faciliorem textuum huius tituli & aliorum, intellectum; Hinc faciles erunt cuilibet in hoc titulo multæ leges, quibus quæritur, quinam Iudices dare, darine poſſint.

Dare poſſunt omnes Magiſtratus vrbani, iure ſuo, ſiue iure Magiſtratus, Magiſtratus Prouinciales, non ſuo iure, ſed ſi ſpecialiter à lege poteſtatem habent dandi Iudicis, *l.* 12. *hic.*

Dari poſſunt omnes qui iudicio pollent, dummodò non prohibeantur eſſe Iudices; alij autem prohibentur à lege, vt ſunt infames, Senatu moti; alij moribus, vt fœminæ & ſerui: alij natura, vt ſurdus, mutus, furioſus, *dicta l.* 12. *§. non autem.*

Nec intereſt an ſint ſui *Iuris*, an filij famil. cum enim iudicare mu-

nus publicum ſit, *l. 78. hoc tit.* poſſunt etiam omnes inuiti cogi.

Ad hoc vt iudicium procedat, neceſſe eſt, vt litigantes, videlicet actor & reus, legitimam perſonam ſtandi in iudicio habeant, quales ſunt ij qui ſui iuris ſunt & liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habent. Hinc eſt quod pupillus & adultus, non poſſunt vtiliter agere vel conueniri ſine tutoris vel curatoris authoritate, *l. acta. §. vlt. de re iudic.*

Idem de ſeruis dicendum eſt, quia pro mortuis habentur, exceptis quibuſdam caſibus, quibus etiam aduerſus dominos conſiſtere poſſunt, *l. vix certis 53.*

Idem etiam ferè de filiisfamilias, qui actiones ſibi competentes mouere non poſſunt, *l. vlt. Cod. de bonis quæ lib.* quanquam ex omni contractu rectè ipſi conueniri poſſint; & ex delicto quoque, iiſque damnatis, in patrem actio de peculio

detur, *l. 3. §. idem ſcribit, D. de Peculio.*

De eo autem quod dictum eſt, vltimis temporibus omnia iudicia cœpiſſe eſſe extraordinaria, hoc eſt, deſiiſſe Iudices dari à Magiſtratibus niſi certis ex cauſis, vide *tit. Cod. de Pedeanis Iudicibus, & impetrationibus actionum ſublatis.*

TITVLVS II.

De inofficioſo Teſtamento.

HIs omnibus explicatis, iam ſequitur vt de actionibus agatur.

Actiones autem ſunt aut in rem, aut in perſonam, aut mixtæ.

Actiones in rem, quibus ſcilicet de rerum dominio ſeu proprietate agitur, ſunt aut vniuerſales, aut ſpeciales.

Vniuerſales ſunt, quibus res vniuerſæ, putà hæreditates petuntur,

quarum quæ primo loco hic proponitur, eſt querela inofficioſi Teſtamenti, per quam qui iniuſtè exhæredati, aut præteriti ſunt, Teſtamentum reſcindi poſtulant, tanquam factum contra officium pietatis; eademque via ab inteſtato hæreditatem vindicant; neque enim duabus opus eſt actionibus, vt quidam exiſtimant, videlicet querela, qua reſcindatur Teſtamentum, & petitione hæreditatis, quâ hæreditas vindicetur, ſed vna eademque actione, ſeu querela, conſequitur actor, vt reſcindatur Teſtamentum, & ei hæreditas reſtituatur ab hærede ſcripto.

Querela hæc non ſemper obtinuit, nam ex *l. 12. Tab.* libera erat teſtandi conceſſa facultas, poteratque pater impunè filium exheredare, etiam abſque vlla cauſſa: nec mirum, cum & occidere liceret, *l. in ſuis, D. de liberis & poſthum.* Sed quoniam plerumque parentes fal-

ſo inſtimulati, aut etiam aliquando nouercalibus delinimentis, inſtigationibuſque corrupti, malignè contra ſanguinem ſuum inferebant iudicium, vt loquuntur Iuriſconſulti in *l.* 3. *&* 4. *hoc tit.* Ideo poſtea receptum eſt, vt liberi parentum teſtamenta inofficioſa accuſare poſſent, idque *l. Glicia*, vt auguratur Cuiacius ex inſcriptione *dictæ l.* 4. *hic.*

Parentum autem appellatione hic comprehenduntur omnes aſcendentes, tam per patrem, quàm per matrem; eo tantum obſeruato, quod in patris & cæterorum per patrem aſcendentium teſtamento, requiritur exhæredatio liberorum expreſſa, præteritio enim nullum faceret Teſtamentum, nec opus eſſet querela: at in materno & in cæterorum per matrem aſcendentium teſtamento, nihil refert an liberi ſint nominatim exhæredati vel præteriti, quia præteritio ma-

tris pro exhæredatione habetur, §. *vlt. Inſtit. de exhæredatione liberorum.* Cumque id primum tantum liberis competeret, vt ſatis ſupradicta ratio inducendæ querelæ indicat, tandem etiam placuit, vt non tantum liberi parentum, ſed & etiam parentes liberorum, *l. 13. D. hoc tit.* Itemque fratres fratrum, ſi turpes perſonæ iis præferrentur, accuſare teſtamentum inofficioſum poſſent, §. 1. *Inſtit. de inofficioſo Teſtamento.*

Huius autem querelæ hic erat jure veteri effectus, vt omnino reſcinderetur Teſtamentum, neque legata, neque libertates deberentur, ſed omnia corruerent, tanquàm à demẽte ordinata, *l. Titia 13. l. Cùm mater, in fine, hoc tit.* Quamquam aliquando eueniret, vt per querelam reſcinderetur Teſtamentum pro parte, & ita quis teſtatus pro parte, pro parte inteſtatus decederet, *l. circa* 24. Hodie ſola hæ-

redis inſtitutio corruit, & reliqua omnia firma manent, *authentica ex cauſa, Cod. de liber. præt.*

Item Conſtitutione Iuſtiniani, cauſæ exhæredationis, quæ antea incertæ erant, & ex arbitrio Iudicum pendebant, ad certum numerum, ſcilicet ad quatuordecim, ſunt redactæ: quæ enumerantur in *Nouella Vt cum, de appellat. cap.* 3. aut §. *aliud.*

Hæc porro querela, licèt ſit petitio hæreditatis, vt diximus, multum tamen ab aliis hæreditatis petitionibus differt; neque enim perpetua eſt, vt reliquæ, ſed quinquennio terminatur. Item in hæredem extraneum non tranſit, niſi præparata ſit, *l.* 6. §. *vlt. cum ll. ſeqq.* Ad ſuum autem transfertur, *l. ſi quis* 34. *Cod. de inofficioſo Teſtamento.*

Denique notandum ad ſimilitudinem querelæ inofficioſi Teſtamenti, introductam etiam fuiſſe querelam inofficioſæ donationis,

conſtitutione Imperatoris Alexandri *l. Titia Seio*, 87. §. *Imperator de leg.* 2. & *toto tit. Codicis de inofficioſis donationibus.*

TITVLVS III.

De Hæreditatis petitione.

EXplicata petitione hereditatis, quæ ex cauſa exhæredationis competit, ſequitur Titulus generalis de petitione hæreditatis, quæ nihil aliud eſt quam actio ciuilis mixta bonæ fidei, quâ actor ſe hæredem eſſe dicit, hæreditatemque, vel rem hæreditariam ab eo qui pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſidet, auocat; quæ actio competit omnibus hæredibus ſiue teſtamentariis, ſiue legitimis, *l.* 1. & 2. *hoc tit.* Et aduerſus eos datur, qui pro hærede vel pro poſſeſſore, rem hæreditariam, aut ius quodlibet poſſident, *l.* 9. *cum ſeqq.* aduerſus alio

titulo poſſidentes, puta pro donato, pro emptore, non datur petitio hæreditatis. Ratio eſt, quia qui ſpeciali titulo poſſidet, controuerſiam hæreditatis non facit.

In hanc actionem veniunt non tantum res, quarum proprietas ad defunctum pertinuit, ſed & res omnes in hæreditate repertæ, licèt non hæreditariæ, vt puta commodatæ, pignori datæ, bona fide poſſeſſæ, *l. item videndum*, §. *vlt. cum ll. ſeqq.*

Item veniunt etiam pretia rerum hæreditariarum, diſtractarum à poſſeſſore, ſiue extent res, ſiue non: Pretium enim ſuccedit loco rei & integrum reſtitui debet, maximè à malæ fidei poſſeſſore: Bonæ fidei poſſeſſor enim tenetur tantum quatenus locupletior factus eſt, nec ex rebus propriis tenetur refundere, quæ ex bonis defuncti bona fide conſumpſit: Et hæc eſt ſumma Senatuſconſulti tempori-

bus Diui Adriani facti, ad cuius interpretationem pertinet maxima pars legum huius tituli: videnda *lex item veniunt* 20. §. *Præter hæc enim, cum ll. ſeqq. hoc tit.*

TITVLVS IV.

Si pars Hæreditatis petatur.

QVæ omnia obtinent, ſiue tota hæreditas ab aliquo petatur, ſiue pars tantum, pro qua enim parte quis hæres eſt, hæreditatis petitio ei competit aduerſus poſſeſſorem; quinimo etſi incertus quis ſit ex qua parte hæres futurus ſit, ei incertæ partis petitio interdum permittitur; vt videre eſt in *l.* 1. §. *vlt. cum ll. ſequentibus.*

Hæc porro actio, quâ pars hæreditatis petitur, longè differt ab actione familiæ erciſcundæ; nam actio familiæ erciſcundæ datur tantùm aduerſus hæredem, & in hoc

hoc præcipuè, vt à communione diſcedatur; & diuidantur res hæreditariæ, inter eos quos conſtat hæredes eſſe, & quibus nulla fit controuerſia hæreditatis: Hoc verò hac actione non petitur, ſed tantum vt pars pro indiuiſo reſtituatur.

Titvlvs V.

De poſſeſſoria hæreditatis petitione.

HÆredibus ſimiles ſunt bonorum poſſeſſores, qui non iure ciuili ſcilicet, ſed beneficio Prætoris, ad ſucceſſionem vocantur, quibus datur poſſeſſoria hæreditatis petitio, per quam tantundem conſequuntur, quantum ciuili petitione hæres conſequi poteſt, *l. 2. hoc tit.*

TITVLVS VI.

De fideicommiſſaria hæreditatis petitione.

ITem fideicommiſſarij, quibus per fideicommiſſum relicta eſt hæreditas, & reſtituta. Poſtquam enim ex Senatuſconſulto Trebelliano cautum eſt, vt omnes actiones ab herede in fideicommiſſarium tranſirent, receptum quoque eſt, vt fideicommiſſaria hæreditatis petitio ei competeret; quæ actio eadem recipit quæ hæreditatis petitio ciuilis.

Caue autem ne confundas petitionem hæreditatis fideicommiſſariam, de qua ſub hoc titulo agitur, cum perſecutione, ſeu petitione fideicommiſſi, quæ competit fideicommiſſario aduerſus hæredem rogatum reſtituere, hæc enim ex Teſtamento vel Codicil-

Google

lis, aut alia vltima voluntate competit aduerſus eum qui rogatus eſt, ad hoc vt reſtituat & fidem præſtet defuncto. Hic Titulus agit de iam reſtituta.

LIBER VI.

TITVLVS I.

De Rei vindicatione.

SPeciales in rem actiones, ſeu vindicationes, ſunt quibus res ſingulæ, quas Iuriſconſulti ſpecies vocant, petuntur.

Eæ autem vel ſunt corporales, vel incorporales.

Corporales petuntur ciuili rei vindicatione, vel Prætoria. Ciuilis rei vindicatio nihil aliud eſt,

quam proprietatis adſertio, ſeu actio ciuilis in rem, quâ actor ſe dominum rei eſſe dicit, & eam à poſſeſſore quocumque reſtitui ſibi poſtulat: quæ actio competit iis qui iure ciuili, vel gentium, dominium acquiſierunt, *l. in rem actio, hoc tit.* Vnde apparet res ſacras, religioſas, liberos homines, filios noſtros, per hanc actionem peti non poſſe; *l.* 1. §. *per hanc, d. l. in rem,* §. 1. *hoc tit.*

Datur aduerſus eos, qui quocumque titulo poſſident, & rei reſtituendæ poteſtatem habent, *l.* 9. *hoc tit.*

Item aliquando aduerſus non poſſidentem; ſi ſe liti offerat quaſi poſſeſſor, quo caſu in æſtimationem litis damnatur, & nihilominus à poſſeſſore res petitur. *l.* 7. *&* 25. *hoc tit.*

Item datur in eum qui dolo deſiit poſſidere, quia dolus pro poſſeſſione eſt. *l.* 22. *hic l.* 131. *D. de Reg. Iur.*

TITVLVS II.

De Publiciana in rem actione.

PRætoria rei vindicatio, eſt actio Publiciana, quæ competit bonæ fidei poſſeſſori, qui nondum impleta vſucapione rei poſſeſſionem amiſit, ad eam recuperandam: quæ ſic appellata eſt à Publicio Prætore eius inuentore, eſtque fictitia actio: fingit enim qui agit ſe vſucepiſſe, quod nondum vſucepit, ſed cœpit tantum vſucapere, §.3. & 4. *Inſtit. de actionibus*. Ex quibus apparet eam actionem iis demum competere qui rem à non dominis nacti ſunt, ex iuſta cauſa dominij acquirendi, hoc eſt, per quam dominium acquireretur, ſi à domino, cauſam poſſeſſionis nacti eſſent, *l.*1. *cum* 7. *ſequentibus*, *l.* 13. *hic*. Denique ex ea cauſa, qua vſucapio procedere

poſſit, vnde in omnibus caſibus in quibus vſucapio procedere non poteſt, locum habere non poteſt, *l.* 12. §. 4.

Vſucapionem hic latè accipio, & ita longi temporis præſcriptionem complectitur, nam & in iis quæ longo vſu acquiri poterant, locum habebat Publiciana, *l. ſi ego* 11. §. 1. *&* *l.* 12. §. *in vectigalibus*, *hic.*

Cùm autem actio in rem ſit, & eadem in eam veniant quæ in rei vindicationem ciuilem, *l.* 7. §. *in Publiciana, hic*, certum eſt eam dari in quemcumque poſſeſſorem, & de poſſeſſore quidem malæ fidei, non eſt dubium quin aduerſus eum detur, ſed an aduerſus bonæ fidei poſſeſſorem, dubitari poteſt, maximè ſi rem cœperit vſucapere: ſed videtur ſeruanda diſtinctio Iuliani, quæ traditur *in l. ſine autem* 9. §. *ſi dubium in fine, hoc tit.* qua diſtinctione obſeruata,

Dicendum eſt actionem Publicianam dari aduerſus quemcumque poſſeſſorem, dummodò dominus non ſit, huic enim actioni obſtat exceptio iuſti dominij, *l. penult. & vlt. hoc tit.* exceptis quibuſdam caſibus, in quibus etiam aduerſus dominum hæc actio competit; quos enumerat Accurſius in *d. l. penult. & vlt. hoc tit.* quibus addit Cuiacius caſum *l. Mandatum, D. Mandati.*

TITVLVS III.

Si ager vectigalis, id eſt, Emphiteuticarius, petatur.

HIs actionibus quæ dominis, vel bonæ fidei poſſeſſoribus competunt, ſubiungitur actio vtilis, quæ datur ei qui in perpetuum fundum fruendum conduxit à municipibus, vel priuatis quibuſlibet: quamuis enim non efficiatur

dominus, quia tamen ius perpetuum in re habet, & quaſi dominus eſt, placuit competere ei in rem actionem aduerſus quemcumque poſſeſſorem, & aduerſus dominum ipſum qui locauit, quâ conſequitur rei ipſius reſtitutionẽ cum fructibus, perinde ac in directa.

Porro omnes hæ actiones in rem, ſunt arbitrariæ, excepta petitione hæreditatis, quæ bonæ fidei eſt, ex conſtitutione Iuſtiniani, §. *act. in fine, Inſtit. de actionibus*. Et ideo poſtquàm iudex de iure actoris cognouit, ſolet arbitrari, ſeu iubere, vt res actori reſtituatur; cui iuſſui niſi reus paruerit, ſi rem habeat, manu militari officio Iudicis reſtituere cogitur, aut ſi dolo fecerit, quò minùs reſtituere poſſet, quantum aduerſarius in litem ſine vlla taxatione in infinitum iurauerit, damnandus eſt: ſi verò non ſtet per eum, quò minùs rem reſtituat, quanti ea res eſt, condẽnatur:

l. qui reſtituere 68. D. de rei vindicatione.

Item omnium actionum in rem, tam vniuerſalium, quàm ſpecialium, hoc commune eſt, vt reus non tantum teneatur rem reſtituere, ſed & omnem cauſam & fructus, *l. præterea* 20. *l.* 17. §. *idem Iulianus, D. de rei vindicatione*: qua in re differentia eſt inter bonæ & malæ fidei poſſeſſorem: nam malæ fidei poſſeſſor tenetur omnes omnino fructus, tam perceptos, quam percipiendos reſtituere, nec inſpicitur vtrum ipſe perceperit, ſed an dominus percipere potuiſſet, ſi habuiſſet, *l. ſi nauis*, §. *generaliter, D. de rei vindicatione.* Bonæ fidei poſſeſſor autem tenetur tantum reſtituere fructus extantes, non conſumptos, §. *ſi quis à non domino, Inſtit. de rerum diuiſione, l. certum, Cod. de rei vindic.* Poſt litem conteſtatam omnes poſſeſſores, quoad fructus pares ſunt, *l. ſed etſi lege*, §.

ſi ante litem, D. de petitione hæreditatis, & d. l. certum : quæ omnia etiam in vniuerſalibus actionibus obtinent, §. 1. & 2. *Inſtit. de officio Iudicis*. Sed in eo ſpeciales ab vniuerſalibus differunt, quòd in ſpecialibus non veniunt fructus vi actionis, ſi ante litem conteſtatam ſint percepti, ſed neceſſarium eſt, vt nominatim petantur, vel iis cum ipſa re nominatim non petitis, re euicta, ſpeciali actione opus eſt ad eos petendos : vindicantur ſcilicet extantes, condicuntur conſumpti, *l. mala fide, Cod. de cond. ex lege*. In petitione autem hereditatis, fructus ante litem conteſtatam percepti, veniunt vi actionis, quia fructibus augetur hæreditas, & ideo fructuum ante litem conteſtatam perceptorum, debentur vſuræ, *l. Hæres, §. fructuum, D. de petit. hæred. l. 1. Cod. eodem*. In ſpeciali actione ſecus.

Sunt & præter hanc multæ aliæ

Digitized by Google

differentiæ inter vniuerſalem & ſpecialem actionem; putà, in petitione hæreditatis pretium ſuccedit loco rei, *l.* 20. §. *item placere, D. de petit. hæred.* In rei vindicatione ſecus. Rei vindicatio datur aduerſus quocumque titulo poſſidentem, hæreditatis petitio, aduerſus eum tantùm, qui pro hærede, aut pro poſſeſſore poſſidet.

Sunt qui addunt, in petitione hæreditatis, malæ fidei poſſeſſorem, ſumptus, quos fecit in re aliena, ſeruare & reputare poſſe, *l. planè, D. de petit. hæred.* in ſpeciali actione non item, §. *Certè, Inſtit. de rerum diuiſione.* Vide Cuiacium *lib.* 10. *Obſeruat. cap.* 1.

Digitized by Google

LIBER VII.

TITVLVS I.

De vſufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur.

RES incorporales, ſunt ſeruitutes, quarum aliæ ſunt perſonarum, aliæ rerum: *l. 1. D. de Seruitut.*

Perſonarum ſunt vſusfructus, vſus, habitatio.

Vſusfructus eſt ius alienis rebus vtendi, ſalua rerum ſubſtantia, *l. 1. hoc tit.*

De eo ſunt omnes tituli huius libri, exceptis duobus: Et in primo quidem tria præcipuè traduntur, videlicet, quibus modis vſusfructus conſtituatur, in quibus rebus

Digitized by Google

conſiſtat, & quemadmodum quis vtatur fruatur.

Quod ad primum attinet, vſusfructus conſtituitur, ſiue à proprietate ſeparatur, variis modis, videlicet Teſtamento, & pactionibus, & ſtipulationibus, quod non eſt ita accipiendum, vt per ſolam ſtipulationem vel conuentionem, videatur vſusfructus conſtitutus: nam quemadmodum rerum corporalium dominia non transferuntur nudis pactis, ſed traditionibus, *l. Traditionibus, Cod. de pactis*, ita neque ſeruitutes nudo pacto vel ſtipulatione conſtitui poſſunt; ſed vt cenſeatur vſusfructus conſtitutus, neceſſarium eſt vt ſtipulationem aut conuentionem de ſeruitute conſtituenda factam, ſubſequuta ſit quaſi traditio, id eſt, vt is cui conſtituta eſt patiente domino, vſus ſit ſeruitute; vſus enim & patientia iſta, eſt pro traditione poſſeſſionis, *l. quoties 20. de Seruit. l. 3. hoc tit.*

Quod ad ſecundum attinet, vſusfructus conſtitui poteſt in omnibus rebus, tam mobilibus, quàm immobilibus, dummodò vſu non conſumantur, *l. 3. hoc tit.*

In rebus incorporalibus non poteſt conſtitui vſusfructus, putà in Seruitut. *l. 1. D. de vſufructu legato.*

Quod ad tertium attinet, certiſſimum eſt, vſufructuarium ita vti frui poſſe, vt omnes rei legatæ reditus, & quæcumque obuentiones, emolumentum denique omne, quod ex re percipi poteſt, ad eum pertineant, dummodo proprietatis cauſam deteriorem non faciat, *l. 7. §. 1. & l. 9. hoc tit.*

Hinc fit vt omnia quæ in fructu ſunt, hoc eſt quæ ex fundo naſci ſolent, ad fructuarium pertineant, dummodò non ſemel tantùm naſcantur, ſed & renaſci poſſint; nec enim ex ſylua incædua cædere arbores poteſt, præterquam ad con-

ficienda pedamenta in vineam, *l.* 10. *cum ſeq. hoc cit.*

Nec tantum fructuarius ipſe frui poteſt, ſed & alij fruendum vel locare, vel vendere, nam qui locat & vendit, & vtitur, *l. arboribus, §. fructuarius, hoc tit.*

Poteſt vno verbo fructuarius vti ad modum boni patrisfamilias, vnde ædes reficere, impenſas neceſſarias ad rem conſeruandam facere debet, ita vt ſarta tecta conſeruet, non vt vetuſtate collapſa ædificia reſtituat aut reficiat, onera omnia tributorum, ſtipendiorum, munitionis viarum tenetur agnoſcere: fructus enim rei cuiuſcumque intelliguntur deductis impenſis neceſſariis, *l.* 7. *§. quoniam, &* *§. hactenus, & l. ſi pendente* 27. *§. ſi quid, hoc tit.*

TITVLVS II.

De vſufructu adcreſcendo.

QVoniam autem vſusfructus non ſemper vni in ſolidum conceditur, ſed aliquando pro parte diuiſa vel indiuiſa, *l. 5. de vſufr.* Item aliquando duobus vel pluribus, eiuſdem rei vſusfructus conceditur, qui ſi omnes perueniant ad legatum, inter eos ſcinditur, vno autem repudiante, vel vſumfructum amittente, eius pars cæteris accreſcit, & acquiritur, ideo in Titulo ſecundo, *de vſufructu adcreſcendo* tractat, qui Tractatus vt plenè intelligi poſſit,

Sciendum eſt non eſſe locum iuri adcreſcendi, niſi inter coniunctos, & eos qui concurſu tantum partes faciunt, *l. 1. hoc tit.*

Coniuncti autem ſunt in triplici differentia, *l. Triplici*, 142. *de verb.*

Digitized by Google

ſignific. Alij enim coniuncti ſunt re & verbis, veluti, *Primo & ſecundo vſumfructum fundi Tuſculani, do, lego:* alij re tantum, veluti, *Vſumfructum fundi Tuſculani, do, lego Primo, eundem vſumfructum do, lego Secundo:* alij verbis tantum, veluti, *Primo & Secundo, vſumfructum agri Tuſculani, æquis portionibus, do lego.*

Certum eſt inter eos tantum eſſe locum iuri accreſcendi, qui concurſu partes faciunt, non autem inter eos, qui ab initio partes habent, *d. l. 1. §. interdum, hoc tit.* Ex quo apparet, inter coniunctos verbis tantum, non eſſe ius accreſcendi, quia ab initio partes habent, *l. pen. hoc tit.* Inter coniunctos autem re & verbis, ſimul, aut re tantum coniunctos, locum eſſe iuri accreſcendi, quia concurſu tantum partes faciunt, & ab initio ſolidum quiſque habet.

Notanda præterea eſt differentia inter vſumfructum & proprie-

tatem, in iure accreſcendi: nam in proprietate eſt tantum locus iuri accreſcendi, propter defectum concurſus, id eſt, ſi alter ex coniunctis non concurrat, ſeu non perueniat ad legatum: ſi enim ſemel peruenerit ad legatum, nunquam poteſt deſinere concurrere, quia proprietatis pars ſemel acquiſita, transfertur in hæredem: at in vſufructu aliud obtinet, quoniam cùm eius natura hæc ſit, vt perſonæ cohæreat, & in hæredem fructuarij non tranſmittatur, euenit, vt non tantum ſit locus iuri accreſcendi propter defectum concurſus, hoc eſt, propterea quod alter ad legatum non peruenit, ſed etiam, quoniam poſt acquiſitum vſumfructum, poteſt deſinere concurrere, putà morte, aut capitis minutione, quibus caſibus portio eius alij adcreſcit, *l. 1. §. interdum, in fine hoc tit.*

Ratio diuerſitatis eſt, quia vſus-

Digitized by Google

fructus ex fruendo conſiſtit, id eſt, facto eius qui fruitur, *l. 1. in prox. tit. ſeq.* ac proinde quodammodò quotidie conſtituitur & legatur, *d. l. 1. in fine, hic.* Proprietas autem, vtpote in iure dominij conſiſtens, tantum ſemel acquiſita, in hæredem tranſit.

TITVLVS III.

Quando dies vſusfructus legati cedat.

QVoniam dies vſusfructus legati cedit ab adita hæreditate tantùm, non autem à morte teſtatoris, vel ab apertis tabulis, vt alia legata pura: ideo ſpecialem ſubiicit Titulum, *Quando dies vſusfructus legati cedat*, in quo,

Notandum vſumfructum purè & ſimpliciter ſine repetitione relictum, ſemel tantum cedere: vſumfructum autẽ repetitum, vel

per ſingulos dies aut ſingulos annos relictum, non ſemel tantùm cedere, ſed per tempora adiecta, ita vt plura legata cenſeantur, *l. vnica, §. unde quæri poteſt, hoc tit.*

TITVLVS IV.

Quibus modis vſusfructus, vel vſus amittitur.

TRaditis omnibus modis, quibus vſusfructus conſtituitur, itemque quemadmodùm vſufructuarius vtatur, neceſſarium fuit; quibus modis ſemel conſtitutus vſusfructus finiatur, ſeu amittatur, exponere;

Finitur autem ſex modis; primò morte fructuarij, eſt enim ſeruitus perſonalis, quæ ad hæredem non tranſit.

Secundò, capitis minutione, olim quidem quâcumque, etiam minima: hodie maxima tantum &

media ; conſtitutione Iuſtiniani.

Tertiò , conſolidatione , ſeu acquiſitione proprietatis.

Quartò , ceſſione in iure facta ab vſufructuario, domino proprietatis. Itemque ceſſione facta extraneo , licèt enim ad extraneum nihil transferatur per ceſſionem illam, ad dominum tamen proprietatis reuertitur vſusfructus ; *l. ſi vſusfructus 66. D. de iure dotium.* Et ita intelligi debet quod ait Iuſtinianus in *tit. Inſtit. de vſufructu* ; (*Cedendo extraneo nihil agit*) reſpectu ſcilicèt extranei, nam ad dominum proprietatis reuertitur vſusfructus.

Quinto , non vtendo per modum & tempus , id eſt , ſi alio modo vtatur quàm conceſſum ſit, id eſt , re mobili , anno : re immobili, biennio , Iure veteri : Iure nouo, mobili , triennio ; immobili , decennio , inter præſentes : vicennio inter abſentes. Idem enim definitum eſt amittendo per non vſum

vſufructui, quod vſucapioni.

Sextò denique finitur vſusfructus, rei, in qua conſtitutus eſt, interitu.

Quibus omnibus caſibus finitus vſusfructus, reuertitur ad proprietarium, niſi repetitus ſit, vt poteſt omnibus caſibus, exceptâ morte fructuarij, vel rei interitu; *l. 5. hoc tit. l. 3. §. ſi vſusfructus, infra, quemadmodum vſufructuarius caueat.*

Repetitur autem vel tacitè, vel expreſsè.

Expreſsè, veluti, quandocumque finitus erit vſusfructus, vſumfructum do, lego, *l. 3. §. ſi vſusfructus, hoc tit.* vel, quoties capite minutus fuerit, vſumfructum do, lego, *l. 3. hoc tit.*

Tacitè, vt cùm relinquitur vſusfructus in ſingulos annos, vel alternis annis; commemoratio enim temporum pro repetitione eſt, *l. 2. §. ſi, non mors, hoc tit.*

Digitized by Google

Dubitabatur autem iure veteri & controuerſum erat inter Iuriſconſultos, an iis omnibus modis amiſſo vſufructu, cenſeretur quoque & actio perſonalis, quæ de vſufructu competebat, extincta: quam controuerſiam definiuit Iuſtinianus in *l. pen. Cod. de vſufructu.*

TITVLVS V.

De vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur.

CÆterum omnia ſupradicta intelligi debent de vero vſufructu; non de quaſi, qui beneficio ſatiſdationis conſtituitur in rebus, quæ vſu conſumuntur ex Senatuſconſulto. Nam cùm hoc caſu proprietas in fructuarium tranſeat, duobus tantum modis, hic quaſi vſusfructus finiri poteſt, videlicet fructuarij morte, & capitis minutione: Et ideo in cautione quam

præſtat fructuarius, de tanta quantitate reſtituenda, cum vſusfructus finitus erit, horum duorum caſuum tantum fit mentio, *l. 9. & 10. hoc tit.* Quæ porrò cautio, ita de natura & eſſentia vſusfructus eſt, vt à Teſtatore remitti non poſſit. *l. 1. C. de vſufructu.*

TITVLVS VI.

Si vſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur.

VSufructu ſemel conſtituto, ſi fructuarius vti prohibeatur, vel de eo controuerſiam patiatur, ei competit actio *Confeſſoria*, ad eum vindicandum, aduerſus quemcumque poſſeſſorem: Et è contra, ſi dominus fundi contendat ius non eſſe alteri vtendi fruendi, agit actione *negatoria*: de quarum actionum natura, vi ac poteſtate, & earum introducendarum ratione, præter

præter Iuſtinianum in §. *æquè, Inſt. de actionibus*, & Vlpianum *l. vti frui, hoc tit.* conſule Theophilum in expoſitione dicti §. *æquè, Inſtit. de actionibus*. In quibus actionibus, vt & in cæteris in rem actionibus, veniunt & fructus & omnis cauſa, *d. l. 3. §. in his, cum ſeqq. hoc tit.*

TITVLVS VII.

De operis ſeruorum.

VSufructui ſimiles ſunt operæ ſeruorum; in hominis enim vſufructu operæ ſunt, & fructus hominis in operis conſiſtit, *l. 3. & 4. hoc tit.* Conſtituiturque hoc genus ſeruitutis, iiſdem modis, quibus vſusfructus, ſtipulationibus, pactionibus & Teſtamento.

Sed multæ ſunt inter operas ſerui legatas, & vſumfructum ſerui legatum, differentiæ: nam vſusfructus amittitur capitis minutio-

Digitized by Google

ne, & non vtendo : operæ ſerui non item : Item legatum operarum in hæredem tranſit, vſusfructus non item : Item vſucapto ſeruo extinguitur legatum operarum, non autem vſusfructus: *l.2. hoc tit. l.2. D. de vſu & vſufr. leg.* ad quam videndus Cuiacius. Denique plenius eſt ius vſusfructus, quod quis habet in ſeruo, iure, vel ſeruitute operarum, quia fructuarius ſeruus rectè ſtipulatur fructuario, eique ſtipulando, ex re eius acquirit: aliud in eo qui operas tantum habet.

TITVLVS VIII.

De vſu & Habitatione.

VSus eſt ius alienis rebus vtendi, quod iiſdem modis conſtituitur & finitur quibus vſusfructus: petitur actione eadem, quâ vſusfructus, quamquam magna ſit differentia inter vtrumque: qui

enim vſumfructum habet, omni rei commodo & emolumento, non tantum ad neceſſitatem, ſed etiam ad compendium fruitur: vſuarius autem ad neceſſarium tantùm perſonæ ſuæ vſum vti poteſt.

Habitatio eſt ius habitandi, quod an diuerſum eſſet ab vſu domus, dubitatum antiquitùs: effectu enim idem penè eſſe omnes exiſtimabant, *L. 10. hic.* Sed Iuſtinianus in *L. 13. Cod. de vſufr.* voluit vt tertium genus Seruitutis; ab vſu & vſufructu, ſeparatum eſſet.

Inter vſum & habitationem hæ ſunt differentiæ; vſus amittitur capitis deminutione, & non vtendo; habitatio non item: *d. l.* 10. qui habet vſum, alteri locare non poteſt, qui habitationem habet, locare poteſt.

TITVLVS IX.

Vſufructuarius quemadmodum caueat.

QVoniam vſufructuarius tenetur cauere, ſe vſurum fruiturum boni viri arbitrio: ideo in fine huius libri ponitur Titulus, *quemadmodum fructuarius caueat.*

Ea cautio duo capita habet, videlicet ſe vſurum fruiturum boni viri arbitratu, & rem reſtituturum finito vſufructu. *l.* 1. *hoc tit.* Et ſi cautio ab initio vſusfructus conſtituendi, omiſſa fuerit, dominus rem vindicare poteſt, aut cautionem ipſam condicere. Eadem in vſuario dicenda ſunt, *l.* 1. *hoc tit.*

LIBER VIII.

TITVLVS I.

De Seruitutibus.

SEruitutes rerum quæ & ſimpliciter ſeruitutes appellantur, ſunt Iura, quibus prædia prædiis ſeruiunt: & ideo Prædiorum appellatæ, quia nonniſi prædiis, & à prædiis deberi poſſunt, & ſine iis eſſe non poſſunt: §. 3. *Inſtit. de ſeruitutibus*, *l.* 1. §. 1. *D. communia prædiorum.*

Conſtituuntur autem iiſdem ferè modis, quibus ſeruitutes perſonales: videlicet pactionibus, ſtipulationibus, & teſtamento: quod tamen non eſt ita intelligendum, vt vi ſolius pactionis aut ſtipula-

tionis, cenſeatur ſeruitus prædio impoſita; & alteri prædio acquiſita: quemadmodum enim rerum corporalium dominia, non nudis pactis, ſed traditionibus transferuntur, *l. Traditionibus 20. Cod. de pactis:* Ita quoque & in Seruitutibus ſola pactio non ſufficit, ſed opus eſt aliqua Traditione, quæ quia vera in ſeruitutibus, vtpote incorporalibus, interuenire non poteſt, quidam Iuriſconſulti, inter quos Labeo & Pomponius, exiſtimabant neceſſariam eſſe cautionem, qua, qui ſeruitutem prædio ſuo imponebat, promitteret, neque per ſe, neque per hæredem ſuum fieri, quominus domino prædij dominantis vti ſeruitute liceret: *l. 3. §. 2. D. de actionibus empti, l. vlt. hic.* Sed Iauolenus, Vlpianus & alij, quorum ſententia præualuit, nulla opus ſtipulatione, vſum ipſius Iuris ex parte acquirentis, & patientiam imponentis, pro tra-

Digitized by Google

ditione haberi voluerunt: *d. l. vlt. hic. & l. 1. §. vlt. D. de ſeruitut. præd. ruſt.*

In conſtituendis porro ſeruitutibus, hæc generaliter obſeruanda præcipiuntur.

Primò, vt rebus quæ extra commercium ſunt, nunquam poſſint imponi ſeruitutes, licèt aliquando adquiri poſſint.

Secundò: Vt nulla ſeruitus imponi poſſit, niſi hominum, vel prædiorum interſit, *l. 8. l. quotiens, 15. hic.*

Denique vt omnis ſeruitus in patiendo conſiſtat, *d. l. 15. §. 1. l. 6. §. 2. D. ſi Seruitus vendicetur.* Vbi excipitur ſeruitus oneris ferendi, in qua dominus prædij ſeruientis, ad refectionem obligatur.

Diuiſiones Seruitutum variæ à Iuriſconſultis proponuntur: Prima, quod aliæ in ſolo, aliæ in ſuperficie conſiſtunt, *l. 3. hic.* Secunda, quod aliæ ſunt, quarum eſt

Digitized by Google

continuus vſus; aliæ, quarum diſcretus; idque vel ſui natura, vt iter,& actus: nemo enim continuò ire poteſt; vel vi ſtipulationis aut pactionis, veluti cùm alternis annis, diebus, menſibus, vſus ſeruitutis ſecernitur. Illas continuas, has diſcontinuas Interpretes vocant; omnes tamen cauſam continuam habere debent, alioquin veræ ſeruitutes non ſunt, *l. foramen, D. de ſeruit. vrban. præd.*

Titvlvs II.

De ſeruitutibus prædiorum vrbanorum.

Tertia & præcipua diuiſio, quæ & ſeparatos peperit Titulos, eſt, quod aliæ ſunt ſeruitutes vrbanæ, aliæ ruſticæ:

Vrbanæ ſunt quæ vrbanis prædiis, hoc eſt, ædificiis debentur; vrbanum enim à ruſtico, non lo-

eo, ſed materia & vſu ſeparatur; *§.1. Inſtit. de ſeruit. l. vrbana* 198. *&* *l. fundi*, 211. *de verb. ſignific.* vt & familia vrbana à ruſtica, genere miniſterij, *l.* 166. *D. de verb. ſignific.*

Vrbanarum ſeruitutum varia exempla ſunt, putà altiùs tollendi aut non tollendi tigni, ſtillicidij, fluminis immittendi, proſpectus, ne proſpectui officiatur, luminum, ne luminibus officiatur, oneris ferendi, ius cloacæ, fumi immittendi, aquæ immittendæ, & ſimilia, quæ proponuntur & exponuntur in §. 1. *Inſtit. de Seruit. & in l.* 2. 3. 4. 15. 16. *& paſſim hoc tit.* tanquam vſitatiora.

Neque enim exiſtimandum eſt, eam eſſe perfectam enumerationem omnium ſeruitutum, quaſi & aliæ inueniri non poſſent: Conſtat enim & alia multa eſſe, & pro varietate locorum reperiri & excogitari poſſe exempla: quidquid enim vtilitatem hominum, vel prædio-

tum reſpicit, id alteri prædio, legitimis modis impoſitum, ſeruitutis ſpecies eſt.

TITVLVS III.

De Seruitutibus prædiorum ruſticorum,

RVſticæ ſeruitutes ſunt quæ prædiis ruſticis debentur, hoc eſt, cæteris omnibus prædiis, exceptis ædificiis, quæ hominum habitandorum cauſa conſtructa ſunt, cuiuſmodi ſunt, iter, actus, via, aquæductus, aquæ hauſtus, pecoris ad aquam appulſus, ius paſcendi, ſiue ſeruitus paſcui, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, lapidis cædendi, cretæ eximendæ, frugum condendarum, ſyluæ cædendæ, vt pedamenta in vinea non deſint, nauigandi per lacum, vt aquam in fundum inferiorem deducere liceat ſulco aperto, vt tugurium habere liceat, quorum omnium

Digitized by Google

definitiones & explicationes extant apud Iuſtinianum *Tit. de Seruit. & in l. 1. 2. 3. 4. 5. 23. & 29. huius tit.* Quibus & alia pleraque addi poſſunt: Omnia enim, quibus conditio fundi melior fieri poteſt, iure ſeruitutis imponi poſſunt, vt ſupradictum eſt.

De quæſtione, *An ea ſeruitus imponi poſsit, quæ non ſit vtilis prædio*, Vide Cuiacium ad *l. 4. D. de ſeruitut. ruſtic. præd. lib. 2. Reſponſorum Papinian*,

TITVLVS IV.

Communia prædiorum, tam ruſticorum, quam vrbanorum.

RVſticarum & vrbanarum ſeruitutum pleraque ſunt communia: Et hoc in primis, vt ſine prædiis conſtitui non poſſint, *l. 1. §. 1. D. communia prædiorum.* ac proinde qui prædium nullum habet vi-

cinum, fruſtra ſeruitutem ſtipulatur: §. *ideo, Inſtit. de ſeruit. l. exiſtimo, D. de verborum obligat.* Sunt enim iura quæ prædiis ipſis inhærent, non perſonis, ideoque in quemcumque poſſeſſorem prædij tranſeunt, *l. cum fundus* 12. *hoc tit.* Quod intelligendum eſt regulariter & vt plurimum: aliquando enim hæ ſpecies ſeruitutum conſtituuntur, vt perſonalia iura cenſeantur, & cum perſona intereant, vt in ſpecie *legis penult.* de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum & *l. Pater* 6. *D. de ſeruit. legata.*

Item ſeruitutum vrbanarum & ruſticarum, hoc commune eſt, vt indiuiduæ ſint, ac proinde pro parte conſtitui, imponi, acquiri, remitti non poſſint: *l.* 2. *de ſeruit. l.* 34. *de ſeruit. ruſtic. præd l.* 11. *de ſeruitut.*

Vnde quotieſcumque plures ſunt domini eiuſdem prædij pro indiuiſo, vnus ex iis neque acquirere, neque imponere prædio communi

ſeruitutem poteſt, neque etiam ſtipulari, *l.* 17. *de ſeruitut. l.* 19. *de ſeruit. ruſtic. præd.*

Poſſunt tamen plures domini eiuſdem fundi, ſeparatim cedere ſeruitutem: quo caſu vltimâ ceſſio omnes præcedentes confirmat, *l.* 11. *D. de ſeru. ruſtic. præd. l. vlt. hoc tit.*

Poteſt autem ſeruitus etiam pro parte retineri, *l. vt pomum* 8. §. 1. *de ſeruit.* Quæ omnia intelligenda ſunt de parte prædij indiuiſa, nam ad partem diuiſam & certam, ſeruitus conſtitui, acquiri & remitti poteſt. Ratio eſt, quia pars diuiſa non eſt pars, ſed fundus, *l.* 6. §. 1. *verſiculo plane, hoc tit.*

Item omnium commune hoc eſt, vt ſeruitutes prædiorum, neque ad tempus, neque ex tempore, neque ſub conditione, conſtitui poſſint: quo tamen modo ſi fuerint conſtitutæ ſeruitutes, obſeruatur conuentio beneficio exceptionis: occurritur enim per exceptionem doli, ſeruitutem

vindicanti, contra id quod placitum eſt, *l. 4. D. de ſeruitut.* Modus tamen ſeruitutibus adiici poteſt, *d. l. 4. §. 1.*

Item omnium commune hoc eſt, vt iiſdem modis conſtituantur, quibus vſus & vſusfructus, *l. 5. D. de ſeruit.*

TITVLVS V.

Si Seruitus vindicetur, vel ad alium pertinere dicatur.

PRæterea illud eſt commune vrbanis & ruſticis ſeruitutibus, quod de vtriſque competit actio confeſſoria & negatoria.

Actio confeſſoria eſt actio in rem, quâ ſeruitus in re aliena vindicatur, quæ competit ei qui ſeruitutem prædio ſuo deberi contendit, hoc puta modo, dico me ius habere, eundi agendi, aquam ducendi, per fundum tuum.

Negatoria actio nihil aliud eſt,

Digitized by Google

quam aſſertio libertatis proprij prædij, ſeu, eſt actio in rem, quæ competit domino prædij, quâ negat prædium ſuum ſeruitutem alteri debere, hoc modo, Nego tibi jus eundi, agendi, eſſe, per fundum meum: *§. æquè, Inſt. de act. l. 2. hoc tit.*

Hæ actiones ſolis dominis prædiorum competunt, *l. 1. & 2. §. 1. l. etſi fortè, §. hæc actio, hoc tit.* Quod intelligendum eſt de actione directa, nam vtilis vindicatio ſeruitutis, etiam alteri quam domino competit, puta creditori, cui fundus pignoratus eſt, & ei qui in perpetuum fundum fruendum conduxit: *l. Ei. 16. D. de ſeruit.*

In his actionibus vt & in cæteris actionibus in rem, veniunt fructus, hoc eſt commoda ſeruitutis, & id quod intereſt actoris, vſum non eſſe ſeruitute, vel aduerſarium vſum eſſe, *l. loci 4. §. in confeſſoria cum ſeq. l. etſi fortè, 6. §. ſi ædes, hoc tit.* Ideo ſi plurium ſit prædium dominans, vel prædium ſer-

Digitized by Google

uiens, ſingulis & in ſingulos competit actio in ſolidum, & vnius victoria cæteris prodeſt, quamuis vt ſupra dictum eſt, ſeruitus ab vno ex dominis, nec acquiri, nec remitti poſſit. *l. loci §. ſi fundus, hoc tit.*

TITVLVS VI.

Quemadmodum ſeruitutes amittuntur.

DEnique ſeruitutes vrbanæ & ruſticæ, hoc commune habent, quod iiſdem fermè modis amittuntur, videlicet confuſione dominij, hoc eſt ſi dominus prædij dominantis, dominus eſſe cœperit prædij ſeruientis, vel contra; extinguitur ſeruitus, *l. 1. hoc tit.*

Ratio eſt, quia res ſua nemini ſeruit: ſeruitus enim omnis eſt ius in re aliena, ideoque acquiſito, vel confuſo rei ſeruientis & dominantis dominio, neceſſarium eſt vt

Digitized by Google

euaneſcat ſeruitus : quod adeò verum eſt, vt etiamſi poſtea prædium alienetur ; ſeruitus nulla debeatur, niſi de nouo impoſita ſit, *l. ſi quis ædes* 30. *D. de Seruit. vrbanis*. Excipiendus eſt caſus, *l. Papinianus* 18. *D. de ſeruitut.* vbi legatarius cogitur exceptione doli imponere ſeruitutem fundo legato ſub conditione, extinctam aditione.

Secundò ſeruitus omnis amittitur remiſſione, hoc eſt, ſi dominus prædij dominantis ius ſuum remiſerit, vel expreſsè, vel tacitè, permittendo ſcilicet, vt aliquid fiat, quod vſum ſeruitutis impediat ; *l.* 8. *hoc tit.*

Tertiò amittuntur ſeruitutes non vtendo per modum ſeruituti impoſitum, & tempus legitimum ad vſucapionem requiſitum : id eſt, iure veteri, biennio in ſolo Italico; iure nouo, decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes : *l. pen. Cod. de Seruit.*

Nec diſtinguendum eſt vt iure

veteri diſtinguebant inter ſeruitu-tes, quibus per continuum tẽpus, vſus erat permiſſus; & alias quæ alternis annis, menſibus & diebus erant conſtitutæ; hodie ſiquidem ex conſtitutione Iuſtiniani; omnes ſeruitutes cuiuſcumque generis ſint, & quoquomodo conſtitutæ, non vtendo per decennium, vel vicennium, amittuntur. Videnda *l. 7. hoc tit. & l. vlt. Cod. de Seruit.*

Sed hac in re notanda eſt inter ſeruitutes, vrbanas & ruſticas, prima differentia, nam ſeruitutes ruſticæ amittuntur ſolo non vſu, nec opus eſt vllo facto ſeu vſucapione libertatis, à domino prædij ſeruientis: at vero ſeruitutes vrbanæ non amittuntur ſolo non vſu, ſed requiritur vt dominus prædij ſeruientis vſucapiat libertatem: hoc eſt requiritur vt dominus noui aliquid faciat, quo libertatẽ ſui prædij vſucapiat. Videnda *lex 6. Hac autem, D. de ſeruit. vrban. præd.*

Digitized by Google

Secunda differentia eſt, quod ſeruitutes vrbanæ pignori obligari non poſſunt: ſeruitutes autem ruſticæ poſſunt: *l.* 11. §. *vlt.* & *l.* 10. *D. de Pignoribus.*

Ratio huius differentiæ eſt, quia pignus inutile eſt, quod diſtrahi non poteſt: Seruitus autem vrbana alteri vendi non poteſt quia omnibus inutilis eſt, præterquam ei cui debetur: in ruſticis, contra. Videndus Cuiacius *lib.* 1. *Obſeru. cap.* 6.

Tertia differentia eſt, quod etiamſi omnes ſeruitutes incorporales ſint, ac proinde verè poſſideri & vſucapi non poſſint, vrbanæ tamen iure veteri poterant vſucapi, quia earum erat continua quaſi poſſeſſio: ſed lex Scribonia earum, vſucapionem ſuſtulit: *l.* 4. §. *fin. D. de vſurp. & vſucap.* vbi videndus Cuiacius. Ruſticæ autem ſeruitutes nullo pacto vſucapi poterant, quia earum non eſt certa & continua poſſeſſio, *l. Seruitutes* 14. *D. de*

Digitized by Google

ſeruit. Ideoque nulla opus fuit lege, quâ earum vſucapio prohiberetur, qua tamen in re nullam fuiſſe differentiam docet Renardus; *lib. ſing. ad legem Scriboniam*: Longo tamen vſu potuere acquiri; vnde transformata vſucapione in longi temporis præſcriptionem nulla hac in re videtur ſupereſſe differentia.

LIBER IX.

TITVLVS I.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

EXplicatis omnibus actionibus in rem, quæ vel de rebus vniuerſis competunt, vel de rebus ſingulis, iiſque tam corpora-

Digitized by Go

libus, quàm incorporalibus, antequam de actionibus in perſonam agat, tractat in hoc libro de quibuſdam actionibus, quæ maximam habent affinitatem cum actionibus in rem, quoniam ſcilicet vel ratione dominij competunt, ſoliſque dominis, vel in quemcumque poſſeſſorem, vt actiones in rem, dantur.

Prima eſt actio de pauperie, hoc eſt de damno ſine iniuria facientis dato, quæ ex lege duodecim Tabul. datur aduerſus dominum aut poſſeſſorem quadrupedis, quæ pauperiem, id eſt, damnum dedit: qua is qui damnum paſſus eſt, vel damni æſtimationem, à domino conſequitur, vel ipſum animal quod nocuit.

Eſt autem huic actioni locus, quotieſcumque contra naturam fera mota pauperiem dedit, alioquin, ſi concitata ab aliquo damnum dederit, ceſſat hæc actio, & in eum qui cauſam præbuit, actio

legis Aquiliæ datur, non quidem directa, ſed vtilis, ſiue in factum, *l.* 18. *§. Generaliter, hoc tit.*

Hæc actio hæredi datur: in hæredes autem & alios ſucceſſores non datur iure ſucceſſionis, ſed ita demùm ſi poſſideant, *l.* 1. *§. vlt.*

Aliquando hæc actio in dominum datur in ſolidum, ſi ſcilicet in iure interrogatus, an ſua quadrupes eſſet, inficiatus ſit, *l.* 1. *§. interdum.* Si aliud animal quam quadrupes nocuerit, non directa, ſed vtilis actio datur, *l. pen. hoc tit.*

TITVLVS II.

Ad Legem Aquiliam.

SEcunda actio, de qua tractatur in hoc libro, eſt actio legis Aquiliæ, cuius legis, vel Plebiſciti, tria fuerunt capita:

Primò cauetur vt qui ſeruum alienum, vel alienam quadrupe-

Digitized by Google

dem, iniuria occiderit, quanti in eo anno plurimi fuerit, tantum damnetur dare domino. Ideo autem ait, iniuria occiderit, quia ſi iure occiſus fuerit ſeruus, ceſſat hæc actio, *l. 3. & 4. hoc tit.*

In hanc porro actionem, non tantum venit æſtimatio ſerui occiſi, ſed & eorum omnium quæ per ſeruum dominus acquiſiuiſſet, damnum denique omne quod ſenſit & paſſus eſt, per mortem ſerui: *l. 21. 22. & 23.*

Secundum caput in vſu non eſt.

Tertio capite cauetur, vt ſi quis alienum ſeruum, alienamue quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, vulnerauerit, vel quæcumque alia animalia occiderit, aut quocumque modo damnum dederit, tantum præſtare cogatur, quanti in diebus triginta proximis res fuerit; *§. capite, Inſtit. de lege Aquil.*

Actio legis Aquiliæ directa, ſoli domino competit, non bonæ fidei poſſeſſori: fructuario autem &

legis Aquiliæ datur, non quidem directa, ſed vtilis, ſiue in factum, *l.* 18. §. *Generaliter, hoc tit.*

Hæc actio hæredi datur: in hæredes autem & alios ſucceſſores non datur iure ſucceſſionis, ſed ita demùm ſi poſſideant, *l.* 1. §. *vlt.*

Aliquando hæc actio in dominum datur in ſolidum, ſi ſcilicet in iure interrogatus, an ſua quadrupes eſſet, inficiatus ſit, *l.* 1. §. *interdum.* Si aliud animal quam quadrupes nocuerit, non directa, ſed vtilis actio datur, *l. pen. hoc tit.*

TITVLVS II.

Ad Legem Aquiliam.

SEcunda actio, de qua tractatur in hoc libro, eſt actio legis Aquiliæ, cuius legis, vel Plebiſciti, tria fuerunt capita:

Primò cauetur vt qui ſeruum alienum, vel alienam quadrupe-

dem, iniuria occiderit, quanti in eo anno plurimi fuerit, tantum damnetur dare domino. Ideo autem ait, iniuria occiderit, quia ſi iure occiſus fuerit ſeruus, ceſſat hæc actio, *l. 3. & 4. hoc tit.*

In hanc porro actionem, non tantum venit æſtimatio ſerui occiſi, ſed & eorum omnium quæ per ſeruum dominus acquiſiuiſſet, damnum denique omne quod ſenſit & paſſus eſt, per mortem ſerui: *l. 21. 22. & 23.*

Secundum caput in vſu non eſt.

Tertio capite cauetur, vt ſi quis alienum ſeruum, alienamue quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, vulnerauerit, vel quæcumque alia animalia occiderit, aut quocumque modo damnum dederit, tantum præſtare cogatur, quanti in diebus triginta proximis res fuerit; *§. capite, Inſtit. de lege Aquil.*

Actio legis Aquiliæ directa, ſoli domino competit, non bonæ fidei poſſeſſori: fructuario autem &

legis Aquiliæ datur, non quidem directa, ſed vtilis, ſiue in factum, *l.* 18. §. *Generaliter, hoc tit.*

Hæc actio hæredi datur: in hæredes autem & alios ſucceſſores non datur iure ſucceſſionis, ſed ita demùm ſi poſſideant, *l.* 1. §. *vlt.*

Aliquando hæc actio in dominum datur in ſolidum, ſi ſcilicet in iure interrogatus, an ſua quadrupes eſſet, inficiatus ſit, *l.* 1. §. *interdum.* Si aliud animal quam quadrupes nocuerit, non directa, ſed vtilis actio datur, *l. pen. hoc tit.*

TITVLVS II.

Ad Legem Aquiliam.

SEcunda actio, de qua tractatur in hoc libro, eſt actio legis Aquiliæ, cuius legis, vel Plebiſciti, tria fuerunt capita:

Primò cauetur vt qui ſeruum alienum, vel alienam quadrupe-

dem, iniuria occiderit, quanti in eo anno plurimi fuerit, tantum damnetur dare domino. Ideo autem ait, iniuria occiderit, quia ſi iure occiſus fuerit ſeruus, ceſſat hæc actio, *l. 3. & 4. hoc tit.*

In hanc porro actionem, non tantum venit æſtimatio ſerui occiſi, ſed & eorum omnium quæ per ſeruum dominus acquiſiuiſſet, damnum denique omne quod ſenſit & paſſus eſt, per mortem ſerui: *l. 21. 22. & 23.*

Secundum caput in vſu non eſt.

Tertio capite cauetur, vt ſi quis alienum ſeruum, alienamue quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, vulnerauerit, vel quæcumque alia animalia occiderit, aut quocumque modo damnum dederit, tantum præſtare cogatur, quanti in diebus triginta proximis res fuerit; *§. capite, Inſtit. de lege Aquil.*

Actio legis Aquiliæ directa, ſoli domino competit, non bonæ fidei poſſeſſori: fructuario autem &

legis Aquiliæ datur, non quidem directa, ſed vtilis, ſiue in factum, *l. 18. §. Generaliter, hoc tit.*

Hæc actio hæredi datur: in hæredes autem & alios ſucceſſores non datur iure ſucceſſionis, ſed ita demùm ſi poſſideant, *l. 1. §. vlt.*

Aliquando hæc actio in dominum datur in ſolidum, ſi ſcilicet in iure interrogatus, an ſua quadrupes eſſet, inficiatus ſit, *l. 1. §. interdum.* Si aliud animal quam quadrupes nocuerit, non directa, ſed vtilis actio datur, *l. pen. hoc tit.*

TITVLVS II.

Ad Legem Aquiliam.

SEcunda actio, de qua tractatur in hoc libro, eſt actio legis Aquiliæ, cuius legis, vel Plebiſciti, tria fuerunt capita:

Primò cauetur vt qui ſeruum alienum, vel alienam quadrupe-

dem, iniuria occiderit, quanti in eo anno plurimi fuerit, tantum damnetur dare domino. Ideo autem ait, iniuria occiderit, quia ſi iure occiſus fuerit ſeruus, ceſſat hæc actio, *l. 3. & 4. hoc tit.*

In hanc porro actionem, non tantum venit æſtimatio ſerui occiſi, ſed & eorum omnium quæ per ſeruum dominus acquiſiuiſſet, damnum denique omne quod ſenſit & paſſus eſt, per mortem ſerui: *l. 21. 22. & 23.*

Secundum caput in vſu non eſt.

Tertio capite cauetur, vt ſi quis alienum ſeruum, alienamue quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, vulnerauerit, vel quæcumque alia animalia occiderit, aut quocumque modo damnum dederit, tantum præſtare cogatur, quanti in diebus triginta proximis res fuerit; *§. capite, Inſtit. de lege Aquil.*

Actio legis Aquiliæ directa, ſoli domino competit, non bonæ fidei poſſeſſori: fructuario autem &

legis Aquiliæ datur, non quidem directa, ſed vtilis, ſiue in factum, *l.* 18. §. *Generaliter, hoc tit.*

Hæc actio hæredi datur: in hæredes autem & alios ſucceſſores non datur iure ſucceſſionis, ſed ita demùm ſi poſſideant, *l.* 1. §. *vlt.*

Aliquando hæc actio in dominum datur in ſolidum, ſi ſcilicet in iure interrogatus, an ſua quadrupes eſſet, inficiatus ſit, *l.* 1. §. *interdum.* Si aliud animal quam quadrupes nocuerit, non directa, ſed vtilis actio datur, *l. pen. hoc tit.*

Titvlvs II.

Ad Legem Aquiliam.

SEcunda actio, de qua tractatur in hoc libro, eſt actio legis Aquiliæ, cuius legis, vel Plebiſciti, tria fuerunt capita:

Primò cauetur vt qui ſeruum alienum, vel alienam quadrupe-

Digitized by Google

dem, iniuria occiderit, quanti in eo anno plurimi fuerit, tantum damnetur dare domino. Ideo autem ait, iniuria occiderit, quia ſi iure occiſus fuerit ſeruus, ceſſat hæc actio, *l. 3. & 4. hoc tit.*

In hanc porro actionem, non tantum venit æſtimatio ſerui occiſi, ſed & eorum omnium quæ per ſeruum dominus acquiſiuiſſet, damnum denique omne quod ſenſit & paſſus eſt, per mortem ſerui: *l. 21. 22. & 23.*

Secundum caput in vſu non eſt.

Tertio capite cauetur, vt ſi quis alienum ſeruum, alienamue quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, vulnerauerit, vel quæcumque alia animalia occiderit, aut quocumque modo damnum dederit, tantum præſtare cogatur, quanti in diebus triginta proximis res fuerit; *§. capite, Inſtit. de lege Aquil.*

Actio legis Aquiliæ directa, ſoli domino competit, non bonæ fidei poſſeſſori: fructuario autem &

vſuario datur vtilis, *l. item Mela, §. ſed ſi ſeruus & §. vlt. hoc tit.*

Denique notandum actionem eſſe mixtam, hoc eſt, partim pœnalem; partim rei perſecutoriam, *§. ſed & legis Aquil. Inſtit. de action.* Ideoque in heredem non datur.

Eſt quoque hæc actio ex earum numero quæ inficiatione creſcunt in duplum, *§. ſed furti, Inſtit. de action.*

TITVLVS III.

De his qui effuderint, vel deiecerint.

POſt explicatam actionem legis Aquiliæ, qua generaliter omne damnum per iniuriam datum, reſarcitur, ac coercetur, ſequitur explicatio actionis in factum, de deiectis & effuſis, qua ex edicto Prætoris vindicatur damnum per deiectionem, vel effuſionem, alicui datum.

Edicti

Edicti autem Prætorij duæ ſunt partes.

Prima eſt de actione quæ datur in eum ex cuius cœnaculo aliquid deiectum vel effuſum eſt: Is enim, quamvis ipſe non deiecerit, vel effuderit, tenetur in duplum, vel ſi liber homo occiſus ſit, tenetur in quinquaginta aureos, ſi ei tantum ſit nocitum, tantum ob eam rem, quanti æquum Iudici videbitur. Ex quibus apparet hanc actionem non dari in eum qui deiecit: is enim veré ex delicto tenetur, vel actione iniuriarum, ſed datur in habitatorem: & ſi plures ſint, in ſingulos datur in ſolidum, ſed vno ſatisfaciente cæteri liberantur, *l.* 1. §. *vlt. l.* 2. 3. 4. *hoc tit.*

Hæc actio hæredi competit & perpetua eſt, niſi ſit de libero homine occiſo: eo enim caſu eſt annua: In hæredem autem non datur, quia pœnalis eſt, *l. ſi verò*, §. *hæc autem actio.*

H

Secunda parte eius Edicti Prætor pollicetur ſe daturum actionem in eum qui ſupra eum locum quo vulgo iter fit, aliquid haberet, cuius caſus nocere cui poſſet, in decem aureos, quæ actio popularis eſt, hoc eſt, competit cuilibet ex populo, & occupantis melior eſt conditio: heredibus datur, ſed non iure ſucceſſionis. In hæredem autem non datur, quia eſt pœnalis. *l. 5. §. vlt.*

TITVLVS IV.

De noxalibus actionibus.

VLtima actio, de qua agitur hoc titulo, eſt noxalis que, hanc affinitatem habet cum actionibus in rem, vt in quemcumque poſſeſſorem tantum detur *l. 7. &* *13. hoc tit.*

Eſt autem noxalis actio, quæ ex noxa, ſeu maleficio ſerui in domi-

mum inſtituitur, cuius actionis vis & poteſtas eſt, vt dominus condemnatus, deditione corporis eius quod deliquit, euitet litis æſtimationem.

Eſt autem huic actioni locus, cùm ſeruus ignorante domino deliquit, nam ſi eo ſciente & prohibere nolente ſeruus deliquerit, dominus tenetur in ſolidum, nec deditione liberatur, conuenitur que etiamſi ſeruum non poſſideat, ſed manumiſerit, vel alienauerit, *l.* 2. 3. *&* 4. Si ſeruus multa delicta commiſerit & à multis conueniatur eius poſſeſſor, melior eſt conditio occupantis: *l.* 14. *hoc tit.*

LIBER X.

TITVLVS I.

Finium Regundorum.

EXplicatis actionibus in rem & iis quæ cum illis affinitatem habent, ſequitur vt de actionibus mixtis tractetur, quibus non tantum rem noſtram eſſe intendimus, & vindicamus, vt in actionibus in rem, ſed etiam aduerſarium nobis dare debere intendimus, tanquam nobis obligatum, vt in actionibus in perſonam. Habent enim hæ actiones mixtam cauſam, vt ait Iuſtinian. §. *quædam Inſtit. de actionibus*. hoc eſt & dominium, quod eſt cauſſa actionis in rem, & obligationem quæ producit actio-

Digitized by Google

nem in perſonam.

Sunt autem mixtæ actiones quatuor, videlicet *Petitio hæreditatis, actio finium regundorum, familiæ erciſcundæ, de Communi diuidundo.*

De petitione hæreditatis iam ſuprà dictum eſt, cùm tractaretur de actionibus in rem, quia ſcilicet principaliter in rem eſt: de reliquis tribus in hoc libro tractatur.

Dicuntur præterea hæ tres actiones duplicia iudicia, quia in his ſingulæ perſonæ duplex ius habent, ſcilicet actoris & rei, *l.* 1. *D. finium regundorum.* In iis tamen actoris partes ſuſtinet qui primus ad iudicium prouocat, *l. in rebus* 13. *D. de iudiciis.*

Actio finium regundorum eſt actio mixta, qua inter ſe agunt qui confines agros habent, ad dirimendam controuerſiam finium, quotieſcumque ſcilicet, vel auaritia, vel temeritate, vel violentia partium, aut impetu fluminis, aut

alio quouis caſu, termini agrorum turbati ſunt, deque iis moderandis controuerſia orta eſt.

Eſt autem locus huic actioni, quotieſcumque lis conſiſtit intra pedes quinque, nam ſi de maiori quantitate, agitur rei vindicatione, vbi longè alia eſt quam huius actionis ratio. Nam vindicationi obſtat longi temporis præſcriptio, actioni de finibus, non item. Intra hos enim quinque pedes, qui terminus eſt finium, præſcriptio locum non habet: Et hic eſt ſenſus *l. quinque pedum, Cod. finium regundorum.*

Item notandum, hanc actionem locum tantum habere in prædiis ruſticis, non vrbanis, *l.* 2. *&* 4. §. *hoc iudicium, hic.*

Nec tantum hæc actio locum habet inter dominos prædiorum, ſed etiam inter Emphyteutas, fructuarios & creditores, qui iure pignoris prædia poſſident, *l.* 4. §. 8.

Digitized by Google

Denique notandum lege Agraria conſtitutam fuiſſe pœnam quinquaginta aureorum, pro ſingulis terminis, in eum qui dolo malo terminos extra ſuum gradum fineſue mouiſſet, *l.* 3. *D. de termino* ~~*mot.*~~ moto

Titvlvs II.

Familiæ erciſcundæ.

Actio familiæ erciſcundæ, eſt actio mixta bonæ fidei, quâ inter ſe coheredes agunt ad diuidenda bona hæreditaria, vt à communione diſcedatur, quæ ex aditione hæreditatis inter eos intercesſit: quod vt intelligatur,

Sciendum eſt, quod quotieſcumque duo pluresue ex Teſtamento, vel ab inteſtato alicui heredes exiſtunt, per aditionem hæreditatis, domini fiunt ipſo iure omnium rerum hereditariarum, pro ea parte,

Digitized by Google

ex qua hæredes fiunt, ac proinde inter eos communio omnium rerum hæreditariarum, intercedit, quarum tamdiu pro indiuiſo domini fiunt; quamdiu à cõmunione per actionem familiæ erciſcundæ non diſcedunt. Ex quibus apparet familiæ erciſcundæ actionem aliis, quàm hæredibus competere non poſſe, & iis tantum, quibus petitio hereditatis competit: Et ideo adrogato, cui quarta ex conſtitutione Diui Pij, debetur in bonis adrogatoris, non competit directa actio familiæ erciſcundæ, ſed tantum vtilis: *l.* 2. §. 1. *hoc tit.*

Et quoniam hæc actio ad familiam, id eſt, bona diuidenda competit, certum eſt in eam non venire nomina & actiones, quia ſcilicet ipſo iure ex lege duodecim Tabularum inter hæredes pro portionibus hæreditariis diuiſa ſunt, *l.* 2. §. *vlt. l.* 3. *&* 4. *hoc tit.* Quemadmodum pro portionibus hæreditariis

vnicuique heredum ipſo Iure incumbit onus æris alieni, *l.* 1. *Cod. ſi certum petatur.*

Sed quoniam hæc ipſa diſtributio partium non minima incommoda habet, aliquando euenit vt teſtator onus æris alieni vni ex hæredibus imponat, vel etiam vt pactione cohæredum in diuiſione adhibita, vnus ſolidum æs alienum agnoſcat; quod quidem non impedit creditores, quominùs ſingulos hæredes pro portionibus hæreditariis conueniant. Sed cogitur is cui onus impoſitum eſt, cauere de indemnitate cohæredibus ſuis, *l.* 3. *l. ſi vni,* alias, *ſi filiæfamilias,* §. *Papinianus hoc tit.* Quemadmodum è conuerſo fit aliquando, vt voluntate Teſtatoris vel cohæredum, vni ex cohæredibus hæreditariis, commodum nominum hęreditariorum acquiratur; quo caſu opus eſt ceſſione actionum, vt ſcilicet is ad quem commodum nominum per-

tinet, partim ſuo, partim procuratorio nomine agat.

Veniunt igitur in hoc Iudicium ea quæ ipſo iure diuiſa non ſunt, vt ſunt omnia corpora hæreditaria: quæ quidem ſi commodam ſingula pro hæredum numero recipere poſſunt diuiſionem, diuiduntur in diuerſas partes, ſi non commodè, ſingulorum, vel plurium corporum adiudicatio fit, permutatis inuicem partibus hæreditariis, quas vnuſquiſque hæredum in ſingulis corporibus habuit: & ſi res vni adiudicata, poſt diuiſionem euicta fuerit, cæteri de euictione tenentur; idque actione ex ſtipulatu, ſi ea de re ſtipulatio interpoſita fuerit, vel ea omiſſa, actione præſcriptis verbis, tanquam ex permutationis contractu: *l. ſi familiæ, Cod. hoc tit. l. ſi fratres 7. Cod. Communia vtriuſque iudicij.*

Notandum etiam actione familiæ erciſcundæ, peti prælegata vni

ex hæredibus relicta, *l. filium quem, Cod. familiæ erciſcundæ.* Et quoniam inter fratres æqualitas ſeruanda eſt, ſi ab inteſtato ſuccedant; ideo tenentur liberi, maximè emancipati, propria bona conferre, ne melioris conditionis ſint quam ſui, *l.* 1. §. *ſi frater*, & paſſim *D. de collationibus.*

Non conferuntur autem caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia bona, neque hodie etiam aduentitia, *l.* 4. *Cod. hoc tit. l. vlt. de collation.* qua de re infrà fuſius dicetur *tit. de Collationibus.*

TITVLVS III.

Communi diuidundo.

ACtio Communi diuidundo eſt actio mixta bonæ fidei, qua qui rem aliquam communem habent, de ea diuidenda inter ſe agunt.

Hæc actio multa habet communia cum actione familiæ erciſcundæ: Modus etenim diuidendi idem, qui in familiæ erciſcundæ iudicio; eadem veniunt in vtramque actionem, videlicet damnum in re communi, ab vno ex dominis rei illatũ, impenſæ neceſſariæ & vtiles in re communi ab vno factæ; alia denique multa, vt patet ex titulo Codicis, *Communia vtriuſque iudicij*.

Hæc autem actio differt à ſuperiori, quod ſuperior ſolis cohæredibus datur, hæc omnibus qui rem habent communem.

Item differt ab actione pro ſocio, quia actio pro ſocio, eſt merè perſonalis, hæc autem mixta: Societas non niſi ex expreſſo conſenſu; hæc autem actio competit de communione ſine vllo conſenſu, veluti ſi duobus eadem res legata, donata, denique communis effecta, nullo tractatu habito inter eos qui rem communem habent,

Digitized by Google

l. vt ſit, l. nam cum, D. pro ſocio.
Hæc actio ſolis dominis datur, quod intelligendum eſt de directa, nam vtilis etiam competit non dominis, veluti iis qui Publicianam actionem habent, qui fundos vectigales poſſident: Item creditoribus, quibus eadem res communiter pignori data eſt.

Titvlvs IV.

Ad exhibendum.

ABſoluto vindicationũ, actionum noxalium, & mixtarum tractatu, in fine huius ſecundæ partis pleraque exponuntur, quæ ſuperiorum & aliorum quorumdam iudiciorũ communia & præparatoria ſunt, cuiuſmodi eſt in primis actio ad exhibendum: nam in actionibus in rem noxalibus & mixtis, antequam agatur, ſolet ſæpe poſtulari vt res exhibeatur, ne

fruſtrà quis actionem moueat: Ideo hic tractatur de Actione ad exhibendum.

Eſt autem actio ad exhibendum, actio perſonalis, in rem ſcripta, arbitraria, quâ quis rem mobilem exhiberi ſibi poſtulat, quæ actio iis omnibus quorum intereſt, competit, *l. 19. hoc tit.* Putà ſi velit agere actione in rem, tam de proprietate, quam de hypotheca, ſi vſumfructum petiturus, interdicturus, optaturus ſeruum, noxali denique iudicio acturus, *l. 3. §. eſt autem, cum ſeq. hoc tit.*

Datur hæc actio aduerſus poſſeſſorem quemcumque, ſiue ciuiliter, ſiue naturaliter poſſideat. Imò aduerſus eos qui verè non poſſident, ſi poteſtatem rei exhibendæ habeant, cuiuſmodi ſunt Depoſitarius, Commodatarius, Conductor, *l. 3. §. vlt. l. 4. hoc tit.*

Huius actionis effectus hic eſt vt reus rem in eadem cauſa exhi-

Digitized by Google

beat, in qua fuit cùm iudicium acciperetur, & ſi iuſſus non exhibuerit, per iuſiurandum in litem taxata à Iudice quantitate damnetur, *l. 3. §. præterea, hoc tit.*

Eſt autem exhibere, facere in publico poteſtatem rei, vt experiundi ſit copia, *l. 2. hoc tit. l. Iulianus, §. quantum hoc tit.*

LIBER XI.

TITVLVS I.

De interrogationibus in iure faciendis.

ACTIONI ad exhibendum, quam ſæpe vindicationis rerum mobilium, actionis de pauperie & noxalis, præparatoriam eſſe ſuprà diximus, non malè ſubiungitur Titulus de

Digitized by Google

interrogationibus in iure faciendis, & de interrogatoriis actionibus, quæ & ipſæ earumdem actionum, & aliarum quarumdam ſunt præparatoriæ. Sunt autem duæ huius Rubricæ partes.

Quoad primam quidem, quæ de interrogationibus in iure faciendis concepta eſt, nemo eſt qui interrogationum in iure faciendarum, non modo vtilitatem, ſed & neceſſitatem in omni ferè actionum genere non videat: ſiue enim in rem generali, puta petitione hereditatis, acturus, ſiue ſpeciali vindicatione, quia non tantum ex dominio actoris, ſed etiam ex poſſeſſione rei, quæ aduerſario actionem parere dicitur, *l.* 1. *Cod. de alienatione iudicij mutandi cauſa facta*, huiuſmodi actiones conſiderantur, neceſſarium eſt illi interrogare, reum: In illa, an pro herede, vel pro poſſeſſore poſſideat, *l. Cogi, Cod. do petitione hereditatis*: In hac,

an, & pro qua parte poſſideat, *l.* 20. §. *vlt. hoc tit.* Et qui de quadrupedis pauperie, vel noxali acturus eſt, ne fortè inutiliter experiatur aduerſus eum qui dedendi facultatem non habet, interrogare debet reum, an ſerui vel quadrupedis dominus ſit, *l.* 7. 8. 14. *&* 15. *hic.* Sic & qui damni infecti nomine ſibi cauere deſiderat; interrogat reum, an & qua ex parte dominus ſit, *l.* 10. *l.* 20. §. *vlt. hoc tit.*

Denique & in perſonalibus actionibus, præſertim quæ aduerſus heredes dantur, ne inutiliter experiatur actor, aut etiam plus petendo cauſa cadat, neceſſe habet interrogare reum; an & qua ex parte heres ſit; *l.* 1. *&* 2. *cum* 4. *ſeq.* & paſſim *hoc tit.* Et in actione de peculio, pater vel dominus intergati, coguntur reſpondere, an peculium apud eos ſit, *l.* 8. §. *vlt. hoc tit.*

Quoad poſteriorem partem Rubricæ, quæ eſt de interrogatoriis

actionibus, non ſatis conuenit inter Interpretes: Quoniam enim non extant verba Edicti Prætoris, quo introductæ ſunt, earum paulo difficilior eſt explicatio.

Verius eſſe exiſtimo quod & Cuiacius *hic*, & Duarenus *lib.* 1. *Diſputationum anniuerſariarum cap.* 43. probant, Actionem interrogatoriam eam eſſe, quæ ex reſponſione interrogati dabatur, *l.*11. §.9. *l. vlt. hoc tit.* Quæ quidem non eſt propria ſpecies actionis, ſed qualitas actionis aptari ſolita omnibus actionibus, quibus conuenitur qui interrogatus reſpondit, & maximè cùm non aliter conſtabat actioni locum eſſe, quàm ex reſponſione ad interrogationem facta, vt conſtat in exemplis ſuprà allatis, & præſertim ex *lege* 11. §.9. *cum ſeq. & l. vlt. hoc tit.* Cum enim actor iuris ſui certus, reum in ius vocatum aduerſarium certò contendebat, tunc nulla interrogatione fa-

cta, recta via, propoſita intentione ſua, à Prætore impetrabat actionem per formulam, quâ iudex conſtituebatur, apud quem cauſæ diſceptatio fiebat, Si verò iuris ſui incertus dubitaret, an reus vocatus is eſſet, qui actione tenebatur, & pro qua parte, tunc interrogationibus præmiſſis, cogebat eum reſpondere, & poſt reſponſionem impetrabat actionem, quæ quia ex reſponſione dabatur, interrogatoria actio appellabatur. Et hæc quidem iure veteri obtinuerunt in iudiciis ordinariis, hodie autem, cùm omnia iudicia ſint extraotdinaria, vt ſuprà expoſitum in Tit. de Iudiciis, non mirum ſi interrogatoriæ actiones amplius in vſu non ſint, vt notauit Calliſtratus, aut forte Tribonianus ſub nomine Calliſtrati, *in l.* 1. §. *vlt. hoc tit.*

Ex quibus apparet magnam eſſe differentiam inter confeſſionem rei, de qua in *Tit. de Confeſsis*, &

reſponſionem de qua agitur in *hoc tit.* Illa enim intentionem actoris reſpicit & pro iudicato facit, *l.1.D. de confeſsis.* Hæc autem reſponſio reſpicit tantum ordinationem litis, & impetrandæ actionis cauſa exigitur, remanente integra totius negotij diſceptatione, in qua æquè poterit reus abſolui, ac ſi directa actione conueniretur, cùm eædem exceptiones & defenſiones ei competant, ac in directa, *l. ſi filius 12. hoc tit.*

Licet autem interrogatoriæ actiones exoleuerint, non tamen ideo inutilia ſunt quæ ſub hoc titulo continentur: omnia enim quæ de interrogationibus in iure faciendis definita extant, æquè vigent iure nouo, ac iure veteri, *l. 1. §. ult. hoc tit.*

Digitized by Google

TITVLVS II.

De quibus rebus ad eundem Iudicem eatur.

PRoponitur hic & aliud, quod commune eſt actionibus pleriſque, quod quotieſcumque inter plures diuerſi forte fori & Iuriſdictionis controuerſia eſt, ex eadem cauſa originem trahens, vt euenit in actionibus mixtis, in actione pro ſocio, in Tutelæ directa, & contraria, quâ plures Tutores, vel plures Pupilli agunt aut conueniuntur, non ſolent plures iudices dari, ſed ad vnum eundemque iudicem omnes remittuntur, vt patet ex *l.* 1. *&* 2. *huius tit.*

TITVLVS III.

De ſeruo corrupto.

SVperiori libro propoſita eſt actio legis Aquiliæ, quâ de damno corporibus ſeruorum illato agitur, hic autem proponitur actio de ſeruo corrupto, quâ alia ſpecies damni dati, non corporibus, ſed animis ſeruorum coërcetur, quæ datur in eum qui ſeruum ſeruamue alienum, alienamue, receperit, perſuaſeritque quid ei dolo malo, quo eum eamue deteriorem faceret, hoc eſt, ſi animum ſerui prauis moribus corruperit, vel refugium abſcondendi cauſa præſtiterit.

Pœna autem huius delicti hæc eſt, vt in duplum damnetur reus, quanti ea res erit.

Hæc actio eſt perpetua, & hæredi cæteriſque ſucceſſoribus com-

petit, in hæredem autem non competit, quia pœnalis eſt, *l.* 13. *hoc tit.* habetque locum maximè ſi ſeruus corruptus ſit: ſi autem filiusfamilias filiaue corrupti fuerint, non datur: Sed quoniam noſtra intereſt, animum liberorum noſtrorum non corrumpi, vtilis actio competit patri; quâ res officio Iudicis æſtimetur, *l. vt tantum*, 14. §. 1. *hoc tit.*

TITVLVS IV.

De fugitiuis.

ACtioni de ſeruo corrupto ſubiicitur Titulus de ſeruis fugitiuis, quia, vt ſuprà dictum eſt, corrumpere videtur ſeruum, qui in fuga recipit & occultat.

Prohibitum autem eſt Senatusconſulto ne fugitiui admittantur in ſaltus, neque protegantur à villicis, vel procuratoribus poſſeſſo-

rum, pœna centum ſolidorum in eos qui contra feciſſent, conſtituta. Itemque aduerſus Magiſtratus, qui dominos, fugitiuos inquirere volentes non adiuuerint, litteris datis & apparitoribus ſi opus ſit. Eadem quoque pœna ſtatuenda in eum qui apud ſe quæri fugitiuum prohibuit, *l.* 1. *&* 8. *hoc tit.*

Præterea notandum, eum qui recipit fugitiuum, à domino requiſitum, & celat, animo lucri faciendi, furti teneri, eum verò qui abſcondendi tantum cauſa recipit, actione ſerui corrupti teneri.

TITVLVS V.

De Aleatoribus.

VT in fugitiuorum receptatorem conſtituta eſt pœna, ſuperiori Titulo, ita & in aleatorum receptatorem, pœna hoc Titulo conſtituitur, vt ſcilicet, ſi verberatus

Digitized by Google

ratus ſit, aut aliqua iniuria affectus, aut damnum ei datum, aut quid ſubreptum, occaſione ludi, vel eo tempore, quo alea luditur, nullam eius rei nomine actionem habeat, *l.* 1. *hic.*

Aliam inſuper Iuſtinianus addidit pœnam, *l. vlt. Cod. eodem.*

Aleæ autem appellatione, ſignificantur omnes ludi, in quibus victoria, non ex induſtria, aut virtute, ſed ex fortuna pendet, in quibus ſponſionem facere non licet, & ſi quis vicerit, nullam habet petitionem, quin imò, ſi victus ſoluerit, habet repetitionem, cui quinquaginta tantum annorum obſtat præſcriptio, dicta *l. vlt. Cod. eodem.*

In aliis autem ludis in quibus pro virtute certamen eſt, ſponſio facta valet & victori datur exactio, *l.* 2. *&* 3. *hoc tit.*

TITVLVS VI.

Si Menſor falſum modum dixerit.

SExtus Titulus huius libri, *ſi Menſor falſum modum dixerit*, videtur pertinere non tantum ad actionem finium regundorum, ſed & ad alias multas: cùm enim variis caſibus & negotiis contingat vt neceſſarium ſit agrorum modum nouiſſe, ſi quis operâ Menſoris in eam rem vſus, ex falſa renuntiatione damnum ſenſerit, agere poteſt actione in factum, ex edicto Pretoris introducta aduerſus Menſorem, qui falſum modum agri renuntiauit, dolo malo aut lata culpa, *l.* 1. *hoc tit.*

Ideo autem neceſſarium fuit Prætori eam introducere actionem, quia nulla iure ciuili competebat, neque enim actio locati locum habere poterat, *l.* 1. *hoc tit.*

Digitized by Google

Competit autem hæc actio ei cuius intereſt; hæredi datur, in hæredem non item, *l.* 3. §. 1. *&* *penult. l.* 4. *hic.*

Nec tantum locum habet, cùm de menſura agrorum agitur, ſed & cùm de ædificiorum modo, aduerſus Tabularium, qui in computatione rationum fefellit, *l. vlt.* §. *penult. & vlt. hic.*

TITVLVS VII.

De Religioſ. & ſumpt. funer: Et vt funus ducere liceat.

QVoniam in vindicationibus, itemque in actionibus mixtis; frequens facta mentio eſt loci religioſi, tanquam hominum commercio exempti, & in huiuſmodi actiones non venientis; Et in ſequentibus quoque, puta, emptionibus, pignorationibus, legatis, Teſtamentis, ſtipulationibus, ſæpe

TITVLVS VI.

Si Menſor falſum modum dixerit.

SExtus Titulus huius libri, *Si Menſor falſum modum dixerit*, videtur pertinere non tantum ad actionem finium regundorum, ſed & ad alias multas: cùm enim variis caſibus & negotiis contingat vt neceſſarium ſit agrorum modum nouiſſe, ſi quis operâ Menſoris in eam rem vſus, ex falſa renuntiatione damnum ſenſerit, agere poteſt actione in factum, ex edicto Pretoris introducta aduerſus Menſorem, qui falſum modum agri renuntiauit, dolo malo aut lata culpa, *l.* 1. *hoc tit.*

Ideo autem neceſſarium fuit Prætori eam introducere actionem, quia nulla iure ciuili competebat, neque enim actio locati locum habere poterat, *l.* 1. *hoc tit.*

Digitized by Google

Competit autem hæc actio ei cuius intereſt ; hæredi datur , in hæredem non item , *l.* 3. §. 1. & *penult. l.* 4. *hic.*

Nec tantum locum habet, cùm de menſura agrorum agitur, ſed & cùm de ædificiorum modo, aduerſus Tabularium, qui in computatione rationum fefellit, *l. vlt.* §. *penult.* & *vlt. hic.*

TITVLVS VII.

De Religioſ. & ſumpt. funer: Et vt funus ducere liceat.

QVoniam in vindicationibus, itemque in actionibus mixtis ; frequens facta mentio eſt loci religioſi, tanquam hominum commercio exempti, & in huiuſmodi actiones non venientis ; Et in ſequentibus quoque, puta, emptionibus, pignorationibus, legatis, Teſtamentis, ſtipulationibus, ſæpe

fiet, ideo neceſſarium viſum eſt, eius expoſitionem in fine huius ſecundæ partis, in qua multa ſuperioribus & ſequentibus communia congeruntur, proponere.

Huius autem tituli tres ſunt partes.

Prima eſt de loco Religioſo, quemadmodum fiat.

Secunda eſt de actione funeraria.

Tertia eſt de actione quæ datur in eum, qui funus ducere prohibuit.

Quod ad primam attinet, locus religioſus eſt is, in quem mortuus eſt illatus. Ideo autem ſic appellatur, quia dominus qui mortuum infert, dominium rei amittit, eumque locum relinquit. Religio enim à relinquendo dicitur, vt docet Feſtus; ius verò inferendi mortuum, habet tantum dominus loci, & ſi quis in alienum locum pucum inferat, actione in factum cogitur, aut tollere, aut loci pretium

præſtare, quæ actio perpetua eſt, hæredique & in hæredem datur, *l.* 2. §. 1. *&* 2. *l.* 7. *hoc tit.* Neque enim dominus propria authoritate tollere corpus poteſt; ſed neceſſarium eſt decretum Principis aut Præſidis, aut Pontificum, *l. oſſa* 8. *hoc tit.*

Quod ad ſecundam partem attinet, Actio funeraria, eſt actio quæ datur ei qui funeris impenſam fecit aduerſus hæredem, quæ actio ex quaſi contractu oritur, negotium enim cum defuncto cœptum eſſe videtur, *l.* 1. *hoc tit.* & ex æquo & bono oriri dicitur, *l.* 14. §. *hæc actio*, *hoc tit.*

Datur autem hæc actio aduerſus eos, ad quos funus pertinet, vt puta aduerſus hæredem, bonorumve poſſeſſorem, & ſi mulier defuncta ſit, in eum qui dotem eius lucratur, ſiue pater eius, ſiue maritus, & ſi mulier alia poſſideat bona, ex vtriſque propor-

tione ſeruata funeranda *l.* 2. §. 2. *cum ſeqq. l.* 14. §. *vlt. cum ſeqq.*

Item datur in patrem, cuius filius funeratus eſt, *l. in patrem* 21. & in dominum cuius ſeruus, *l.* 31. §. 1.

Hæc actio perpetua eſt, & hæredi cæteriſque ſucceſſoribus datur, & in hæredes quoque: eiuſque ſemper præcipua eſt cauſa, hoc eſt, præfertur omnibus aliis actionibus: Antequam enim æs alienum vel legata ſoluantur, debet deduci funeris impenſa, *l. vlt.* §. 9. *Cod. de jure delib.*

Quod ad tertiam partem artinet, in eum qui volentem mortuum inferre, prohibuit, & alio inferre coëgit, datur actio in id quod intereſt, *l.* 8. §. *vlt. & l.* 9. *hoc tit.*

Digitized by Google

TITVLVS VIII.

De Mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando.

CVi actioni ſimile videtur interdictum de mortuo inferendo & ſepulchro ædificando: Is enim qui prohibetur mortuum inferre in ſuum locum, ſi nolit in alium locum inferre, agere poteſt interdicto de mortuo inferendo, quo Prætor prohibuit vim fieri mortuum inferenti.

Idem eſt ſi quis ſepulchrum inædificare prohibeatur, *l.* 1. & paſſim. Quæ interdicta proprietatis cauſam continent, *l.* 2. §. *quædam, D. de interdictis*. Vt enim ſolis dominis licet mortuum inferendo, locum religioſum facere, ſic & ſepulchrum inædificare nouum, vel iam cœptum perficere; perfectum autem & iam religioſum factum

illatione mortui , non licet ſine Pontificum permiſſu ; quorum eſt explorare, quatenus ſalua religione, deſiderio reficiendi operis medendum ſit, *l. vlt. hic.*

Google

TERTIA PARS.

DIGESTORVM.

LIBER XII.

TITVLVS I.

De rebus creditis, ſi certum petatur, & de Condictione.

EXPOSITIS in ſecunda parte Pandectarum, actionibus in rem & mixtis, & aliis affinibus, iam de merè perſonalibus, in tertia parte agere incipit.

Eſt autem actio perſonalis, quæ datur aduerſus eum, qui nobis obligatus eſt, §. 1. *Inſtit. de Actionibus*. Ex qua definitione apparet

actionem in perſonam, ex obligatione oriri.

Obligatio vero vel eſt ex contractu, vel quaſi, aut eſt ex delicto, vel quaſi, *Tit. Inſtit. de Obligat.*

Ordo itaque explicandarum actionum in perſonam, hic erit, vt primùm de actionibus quæ oriuntur ex contractu; deinde de actionibus quæ ex quaſi contractu, denique de obligationibus quæ ex delicto vel quaſi, oriuntur, tractemus.

Contractus autem aut re, aut conſenſu, aut verbis, aut litteris, perficitur.

De contractu qui litteris perficitur, nullus in Pandectis extat titulus, quoniam iam in deſuetudinem abierat, vt docet Iuſtinianus in *tit. de litterarum obligationibus*. De verborum autem obligationibus, in fine tantum operis tractabitur, quoniam verborum obligatio per ſe ſola non ſubſiſtit, ſed aliarum

Digitized by Google

omnium eſt acceſſio, vt infra ſuo loco explicabitur. Hinc eſt quod de duobus tantum contractuum generibus, videlicet de contractibus, qui re, & de iis qui conſenſu ſolo perficiuntur, hac in tertia parte, ordine agatur.

Qui autem re perficiuntur, ſunt Mutuum, Indebitum, Commodatum, Pignus & Depoſitum.

De mutuo tractatur in primo Titulo huius libri de rebus creditis, cuius Tituli, ſiue Rubricæ, duæ ſunt partes.

Prima eſt de rebus creditis, ſi certum petatur, id eſt, de condictione certi, quæ ex mutuo datur. Quamquam enim crediti appellatio generalis ſit, & complectatur omnem actum, ſiue contractum, quem alienam fidem ſequentes, inſtituimus; *l.* 1. *in princip.* & *l.* 2. §. *Creditum, hoc tit.* Attamen crediti appellatione vt plurimum & ferè ſemper, ſignificatur Mutuum; vt

ex innumeris huius Tituli textibus, cuilibet facile eſt colligere.

Secunda pars his verbis continetur, *& de condictione*, id eſt, de condictione in genere, ſiue de actione in perſonam, quâ aduerſarium nobis dare opportere, intendimus ex quacumque cauſa, neque enim in hoc titulo tantum de mutuo tractatur, ſed multa generaliter ad Condictiones pertinentia, traduntur.

Quod ad primam partem attinet, *Mutuum eſt contractus, qui re perficitur, quo rei noſtræ dominium transferimus eâ lege, vt eadem in genere, non in ſpecie reſtituatur.* Seu, *Mutuum eſt quantitatis creditum, eâ lege datæ, vt eadem in genere, non in ſpecie reſtituatur.*

Ex quibus definitionibus apparet in mutuum non cadere corpora certa, ſed ea tantum, quæ pondere, numero & menſurâ conſtant, & quæ functionem in ſuo genere

recipiunt, Id eſt in iis rebus, quarum vna vice alterius ita fungi poteſt, vt nihil inter vtramque intereſſe videatur, *l. 2. hoc tit.*

Ex iiſdem definitionibus apparet quoque, in mutuo neceſſariam eſſe tranſlationem dominij, vnde qui pecuniam alienam mutuam dat, mutuum non contrahit, & ij omnes, qui dominium rerum ſuarum in alium transferre non poſſunt, vt ſunt pupilli, furioſi, prodigi, & cæteri, mutuam pecuniam dare non poſſunt. Quibus tamen caſibus, ſi is qui accepit pecuniam, bonâ fide eam conſumpſerit, ex conſumptione condictio datur, quæ appellatur à pleriſque, *Condictio de bene depenſis*, hoc eſt, condictio pecuniæ bona fide conſumptæ. Videndæ *leges* 12. 13. 19. §. *ſi Pupillus hoc tit.*

Multa ſingularia in Mutuo recepta ſunt.

Primùm, vt ſi quis ſuos nummos

meo nomine crediderit, licet non ſit in mea poteſtate, mihi tamen acquirat contra regulam Iuris, quæ ait, *Per liberam perſonam nihil nobis acquiri, l. certi, §. ſi nummos, hoc tit.*

Secundò, filiusfamilias ex mutuo nō obligatur, *l.14.§.1.hoc Tit.Titulis D. & C. de Senatuſconſ. Macedoniano.*

Tertiò, In Mutuo ſæpè locum habet fictio breuis manus, quæ fit cū celeritate coniungendarum actionum, vna occultatur, id eſt, fingitur mihi tradita deinde à me tibi tradita & numerata pecunia, quamuis reuera mihi numerata non ſit, ſed tantum tibi, veluti ſi iuſſero debitorem meum, tibi nummos numerare, *l. ſingularia 15. hoc tit.*

Quod ad ſecundam partem huius Rubricæ, quæ de Condictione eſt, attinet, Condictionis nomen generaliter ſumptum, ſignificat omnem actionem in perſonam, §. *Appellamus, Inſtit. de Actionibus.*

Propriè autem Condictio ſigni-

ficat actionem in perſonam, quâ intendimus aduerſarium nobis dare oportere, quo ſenſu, Actio Commodati, Pigneratitia, Depoſiti, propriè Condictiones non ſunt, quia per eas, non nobis dari, ſed poſſeſſionem naturalem rei noſtræ reſtitui petimus, & ideo non condicimus, *l. 9. §. vlt. hoc tit.*

Huius autem Condictionis propriè ſumptæ, variæ ſunt ſpecies, videlicet, *Condictio certi, Condictio ob cauſam dati, Condictio ob turpem vel iniuſtam cauſam, Condictio indebiti, ſine cauſa, furtiua, ex lege, & Condictio Triticaria.*

Condictio certi eſt actio in perſonam, quæ competit ex omni cauſa, ex omni obligatione, ex qua certum debetur, ſiue ex certo contractu, hoc eſt, nominato, ſiue incerto, *l. Certi 9. hoc tit.*

Quod vt intelligatur, ſciendum eſt, quod ex omni contractu, præter actionem propriam, ex Con-

tractu manantem, datur quoque & *Condictio certi*, liberumque eſt Creditori, agere actione ex contractu, vel condictione, quamquam vnâ electâ, alia perimatur, quod euidenter probatur, *l. in duobus* 28. §. *exceptio, D. de jureiurando, & l.* 5. *D. de exceptione rei iudicatæ.*

Ex quibus apparet veriorem eſſe opinionem exiſtimantium, Condictionem certi generalem, hoc eſt, generaliter ex omni contractu competentem, eſſe propriam ſpeciem actionis ab aliis ſeparatam,

De cæteris ſpeciebus Condictionum, quanquam generaliter quædam in hoc Titulo tradita ſint, infrà ſeparatis Titulis tractabitur, ſi priùs de iureiurando, quod etiam ſpecies crediti eſt, actum fuerit. De eo autem priori loco agetur, quia in credita pecunia, ob defectum probationum, ad iuſiurandum ſæpé perueniri ſolet; vnde à Laberio apud Gellium, dicitur emplaſtrum æris alieni.

Digitized by Google

TITVLVS II.

De jureiurando, ſiue voluntario, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali.

IVſiurandum eſt inuocatio diuini Numinis, quâ petimus vt ſit teſtis noſtræ aſſeuerationis, fallenteſque puniat.

De iureiurando autem in Iure tres extant tituli: Primus ſcilicet, de iureiurando propter calũniam dando, *lib.* 2. *Cod.* quod exigebatur à litigaturis in ipſo litis exordio, ne calumnioſé lites mouerent aut defenderent. Secundus eſt de iureiurando, *lib.* 4. *C.* & *hoc* quoque *tit.* quod finiendæ litis ſiue controuerſiæ cauſa exigebatur: Tertius eſt de iureiurando in litem, *tit. ſeq.* Fuit enim in iudiciis vſui apud Romanos iuriſiurãdi religio, in his tribus præſertim caſibus, videlicet calumniæ depellendæ, ſiue remouen-

Digitized by Google

dæ cauſa, litis decidendæ, & rei æſtimandæ. Nec vlla ex iureiurando oriebatur extra iudicium obligatio, præterquam vno caſu, videlicet, ex jureiurando liberti, *l. Vt per iuſiurandum, D. de Acceptilationibus.*

Iuſiurandum autem litis deciſorium, de quo in hoc Tit. agitur, triplex eſt: *voluntarium* quod à parte parti defertur, & ideo dicitur voluntarium, quia licet non ſuſcipere, ſed referre, & etiam aliquando recuſare. *Neceſſarium* eſt id, quod refertur ei qui detulit: Ideo ſic appellatum, quia omnino præſtandum eſt, nec poteſt recuſari aut referri. *Iudiciale*, quod à Iudice in dubiis cauſis deferri ſolet, *l. in bona fidei. Cod. de rebus creditis.*

Deferre autem poſſunt iuſiurandum in judicio domini negotiorum, & qui liberam rerum adminiſtrationem habent: Ex quibus apparet Pupillum non poſſe deferre ſine Tutoris authoritate: Procu-

Digitized by Google

ratorem quoque deferre non poſſe, niſi vniuerſorum bonorum liberam adminiſtrationem habeat, aut idipſum nominatim ei mandatum ſit, *l. iuſiurandum* 17. *cum ſeq. hoc tit.* Item filiifamilias non poſſunt deferre, niſi liberam habeant peculij adminiſtrationem. Serui autem non poſſunt, quia non habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio. Videnda *l.* 20. *cum* 4. *ſeq.*

Cæterum aut iuſiurandum reo defertur & ab eo præſtatur, quo caſu ſi reus iurauerit ſe nihil debere, & poſtea conueniatur, prodeſt, ei exceptio iuſiurandi, & Prætor pollicetur ſe nullam daturũ actionem, *l. ait Prætor* 7. *hoc tit.* Vel iuſiurandum defertur actori, quo caſu diſtinguendum eſt: aut enim defertur actori in iure, hoc eſt coram Magiſtratu, antequam impetrata ſit actio, & eo caſu, actori qui iurauit, datur actio ex eo negotio, de quo iurauit, puta ſi iurauit ven-

didiſſe, dabitur actio venditi, & ita intelligenda eſt *lex, ſi duo Patroni, §. ſi quis iurauerit, & §. Marcellus hoc tit.* Aut delatum eſt iuſiurandum in iudicio, coram iudice dato, de re ipſa in iudicium deducta litis decidendæ cauſa, quo caſu ſi actor iurauerit ſibi deberi, datur ei actio in factum ad ſimilitudinem iudicati, *l. Actori, Cod. de rebus creditis, §. item ſi quis: Inſtit. de Actionibus.*

Ex quibus apparet iuſiurandum inſtar rei iudicatæ obtinere, eoque priorem obligationem nouari, *l. qui iuraſſe, §. vlt. hoc tit.* Cauſa enim deciſa iureiurando, ne quidem prætextu periurij retractari poteſt, *l. 1. Cod. de iureiurando, aut de rebus creditis.* Quod intelligendum eſt de iureiurando voluntario & neceſſario, non de judiciali, *l. admonendi hoc tit.*

Iuſiurandum remiſſum habetur pro præſtito, *l. Actori, Cod. de rebus creditis.* Iuſiurandum delatum ne-

ceſſario præſtandum eſt, vel referendum: manifeſtæ quippe turpitudinis & confeſſionis eſt, nolle nec iurare, nec iuſiurandum referre, *l. manifeſtè*, 38. *hoc tit.*

TITVLVS III.

De in litem iurando.

IVſiurandum in litem eſt quod à Iudice defertur actori, rei, quæ in iudicium deducta eſt, æſtimandæ cauſa, nec reſtituitur ex contumacia rei: Eſtque locus huic iuriiurando, maximè in actionibus in rem, ad exhibendum, & bonæ fidei, non in actionibus ex ſtipulatu, vel ex teſtamento, *l.* 5. *&* 6. *hic.*

Iuſiurandum hoc defertur à Iudice, aliquando taxata quantitate infra quàm iuret actor, aliquando non taxata: poteſtque Iudex vel pluris vel minoris reum condemnare quam iurauerit actor, *d. l.* 3. §. 1. *hoc tit.*

TITVLVS IV.

De Condictione cauſa data, cauſa non ſecuta.

CONdictio ob cauſam dati, eſt actio in perſonã, qua id quod datum eſt ob cauſam futuram, repetitur ob cauſam non ſecutam.

Cauſa autem aut eſt præterita, aut futura: datum ob cauſam præteritam, repeti non poteſt, quamuis cauſa falſa ſit, nec ſequuta, *l. in ſumma, §. id quoque, D. de cond. indeb.* Quod datur ob cauſam futuram, (quod propriè dicitur datum ob rem, *d. l. in ſumma, §. quod ob rem,*) cauſa non ſequuta, ex æquo & bono repeti poteſt, *d. l. in ſumma §. quod ob rem.*

Hæc condictio datur duplici ex cauſa, videlicet propter cauſam non ſequutam, & ex pœnitentia: licet enim ei qui dedit, re integra

pœnitere *l.* 5. *hoc tit.* Nec intereſt cauſa ſequuta non fuerit caſu fortuito, an verò culpa eius qui accepit, ſemper enim condictioni locus eſt, *l. vlt. hoc tit.*

Nec obſtat *lex penultima, Cod. eodem*, quæ videtur innuere, cauſa caſu fortuito non ſequuta, condictionem ceſſare. Reſpondendum enim in illa lege agi de pecunia data in anteceſſum, ad remunerandam alicuius induſtriam, vt in pecunia quæ datur aduocato ad agendam cauſam, quo caſu ceſſat repetitio, ſi non ſteterit per eum quominus cauſam ageret, *l. vlt. euſdem tit. l.* 1. §. *diuus, D. de variis & extraordinariis cognitionibus.*

Ad hæc notandum, ex hoc negotio, id eſt, in dato ob cauſam, duplici remedio ſuccurri ei qui dedit, videlicet per condictionem, ſeu repetitionem rei datæ, vel per actionem præſcriptis verbis, quæ oritur ex contractu innominato, *l.*

Digitized by Google

hæreditatem 28. D. de donationibus.

TITVLVS V.

De Condictione ob turpem, vel iniuſtam cauſam.

Condictio ob turpem vel iniuſtam cauſam eſt actio in perſonam, qua id quod datum eſt ob turpem cauſam, repetitur: quæ Condictio ita demum locum habet, ſi turpis cauſa ſit ex parte accipientis tantum. Exempla petenda ſunt ex *l. 2. hoc tit.* Vbi autem & dantis & accipientis turpitudo verſatur, repetitio ceſſat, *l. 3. hoc tit.* Ratio eſt, quia in pari cauſa turpitudinis aut delicti, melior eſt conditio poſſeſſoris, *l. 2. Cod. eod.*

TITVLVS

TITVLVS VI.

De condictione indebiti.

CONdictio indebiti eſt actio in perſonam, qua indebitum per errorem facti ſolutum repeti poteſt. Dixi per errorem facti, ſolutum, quia error iuris nemini prodeſt, nec cuiquam parit condictionem, *l. Regula 9. §. ſi quis D. de Iuris & facti ignorantia*, & ideo ſolutum indebitum, per errorem Iuris non repetitur, *l. error 9. Cod. ad l. Falcid.*

Indebitum autem eſt vel quod omnino non debetur, vel quod alij debetur quam cui ſolutum eſt, aut quod non debetur ab eo qui ſoluit: Eo enim caſu, ſi quaſi debitor quis ſoluat creditori non ſuo, repetitio datur: *l. in ſumma, §. vlt. hoc tit.*

Aliud eſt ſi is qui non debet,

nomine debitoris ſoluerit, tunc enim locum habet regula *l.* 44. *hoc tit.* videlicet, Repetitio nulla eſt ab eo qui ſuum recepit, tametſi ab alio quam vero debitore, ſolutum eſt.

Item, indebitum eſt quod beneficio exceptionis perpetuæ debitori competentis, iure non poteſt exigi, maximè ſi exceptio illa in fauorem debitoris introducta ſit, non in odium creditoris, *l. qui exceptionem* 40. *hoc tit.*

Indebitum autem non eſt quod vel ſaltem naturaliter debetur, naturalis enim obligatio impedit condictionem, *l. Naturaliter* 13. *cum ſeq. hoc tit.*

Indebitum præterea eſt quod debetur ſub conditione, vel die incerto ante conditionis euentum. Aliud eſt ſi debitum quid ſit in diem certum, vel ſub conditione certa quæ omnino extitura ſit, *l. ſub conditione* 16. *cum ſeqq. hoc tit.*

Digitized by Google

Ceſſat hæc Condictio in omnibus cauſis, in quibus lis per inficiationem creſcit, *l. Ea quæ, Cod. hoc tit.* Cauſæ autem quæ per inficiationem creſcerunt, hæ ſunt, Iudicati, depoſiti neceſſarij, l. Aquiliæ, olim legati per damnationem relicti, legati pij, ex conſtitutione Iuſtiniani, *Paulus lib. 1. Sentent. tit. 19. & §. vlt. Inſtit. de obligationibus ex quaſi contractu.*

TITVLVS VII.

De condictione ſine cauſa.

Condictio ſine cauſa, eſt actio in perſonam, quâ rem quæ ad aliquem ſine cauſa peruenit, repetimus, ſiue ab initio cauſa nulla fuerit, ſiue finita, vel nō ſequuta ſit.

Notandum has tres condictiones, *ob cauſam dati, ſine cauſa, & indebiti*, ſæpiſſimè concurrere, & ex eodem negotio dari: Nam quod

indebitum ſolutum eſt, ſine cauſa, penes aliquem eſt, & datum ob cauſam etiam cauſa non ſequuta, *l. 1. & 4. hoc tit.*

Item notandum, non tantum dati & ſoluti dari repetitionem, ſeu condictionem, ſed etiam promiſſi, *l. 1. hoc tit. l. 1. Cod. de Condictione ob turpem cauſam.*

LIBER XIII.

TITVLVS I.

De Condictione furtiua.

CONdictio furtiua eſt actio in perſonam rei perſecutoria, qua rem furto nobis ablatam repetimus, quæ actio longè differt ab actione furti, quæ pœnam legitimam perſequitur.

Eſt autem introducta hæc actio odio furum, quo pluribus actionibus tenerentur, idque contra regulas Iuris: res enim noſtras regulariter non condicimus, §. *ſic itaque diſcretis, Inſt. de act.* Licet itaque is cui furtum factum eſt, habeat actionem furti, rei vindicationem & actionem ad exhibendum, in eum

Digitized by Google

tamen qui furtum fecit introducta eſt ſupradicta condictio, cuius hæc præcipua eſt vtilitas, vt etiamſi res non extet, poſſit nihilominus condici, quæ tamen vindicari non poſſet: *l. 7. & 8. hoc tit.*

Competit hæc actio ſoli domino, *l. 1. hoc tit.* aduerſus furem & eius hæredem in ſolidum, licet ex delicto deſcendat, *l. 5. & l. 9. hoc tit.*

TITVLVS II.

De condictione ex lege.

CONdictio ex lege eſt actio in perſonam, quæ datur ex obligatione, lege noua introducta, cùm cautũ non eſt, quo genere actionis agendum ſit. Exempla ſunt in §. *Triplici, & §. item ex lege, Inſtit. de action.* Item in lege *ſi vero, & l. ſequenti, D. ſoluto Matrimonio.* Alia pleraque tradit Cujacius in Paratitlis Codicis ad hunc titulum, &

Digitized by Google

Gloſſa ad legem vnicam hoc titulo.

Titvlvs III.

De condictione Triticaria.

Condictio Triticaria eſt actio in perſonam, quâ res omnes tam certæ quàm incertæ, excepta pecunia numerata; ex quacumque cauſa debitæ petuntur, æſtimandæ arbitrio judicis, *l.* 3. *&* 4. *hoc tit.*

Ideo forte ſic appellata, vt quidam putant, quia qui primus hanc actionem à Prætore impetrauit, de tritico controuerſiam faciebat, vel etiam quod frequentius de tritico, quam de quacumque alia re competat: nihil enim eſt de quo æſtimando tam frequenter agatur, quàm de tritico, cuius pretium continuò variat.

Commune hoc habet cum con-

dictione certi, quod vtraque generaliter competit ex omni cauſa, ex qua quid debetur; ſed ab ea differt, quod condictione certi pecunia numerata petitur, quæ non petitur condictione Triticaria, *l. 1. hoc tit.*

Ratio eſt, quia condictio triticaria datur ad rem æſtimandam, pecunia autem numerata non æſtimatur, ſed cæteræ res omnes per eam æſtimantur: Ideo hæc condictio arbitraria eſt: illa verò ſtricti juris.

TITVLVS IV.

De eo quod certo loco dari oportet.

CONdictioni Triticariæ, quæ arbitraria eſt, ſubiungitur actio quæ ſimpliciter arbitraria dicitur, de eo quod certo loco dari oportet. Cui actioni locus eſt quotieſcunque aliquid alicui debetur

Digitized by Google

certo loco, ſi alio loco petere velit. Quamuis enim iure ciuili non poſſit quis alio loco petere, quam promiſſum ſit, quoniam qui plus petit, cauſa cadit, & plus loco etiam petitur; §. *Si quis agens, Inſtit. de Actionibus.* Prætor tamen animaduertens, inutilem ſæpe fore obligationem, quâ quid certo loco debetur, ſi alio petere non liceret, vtpote actore debitorem nunquam eo loco reperiente; ideo Prætor hanc actionem introduxit, quâ etiam alio loco peti poſſet, facta tamen commemoratione loci, & habita ratione vtilitatis actoris, vel rei, prout per actorem vel reum ſteterit, quo minus pecunia ſuo loco ſoluatur, *l.* 1. *&* 2. *hoc tit.*

Ex quibus apparet, actionem de eo quod certo loco, ſic definiri poſſe, Actio in perſonam arbitraria, qua id quod certo loco debe-

tur, alio petitur, facta commemoratione loci.

Dixi, quod debetur, generaliter, neque enim huic actioni tantum locus eſt in ſtipulatione, ſed generaliter in omnibus cauſis, in quibus aliquid certo loco debetur, ſiue ex teſtamento, ſiue ex contractu, *l. 5. & 6. hoc tit.*

Excipienda ſunt Iudicia bonæ fidei; in iis ſiquidem cùm ex æquo & bono agatur, non eſt neceſſaria arbitraria actio, quamuis certo loco quid promiſſum ſit, *l. in bonæ fid. hoc tit.*

An autem adjectione temporis perinde fiat actio arbitraria, quemadmodum adiectione loci, videndus Cuiacius ad *l. Centum Capuæ, hoc tit. Tract. 3. ad Africanum.*

*****

***

*

Digitized by Google

TITVLVS V.

De pecunia conſtituta.

QVoniam ſuperiori titulo, de eo quod certo loco promiſſum eſt, tractatur & per conſtitutum, ſæpe dies & locus prioris obligationis mutatur, ideo hic agit de Conſtituto.

Eſt autem Conſtitutum, conuentio nuda, qua quis quod ipſe vel alius debet, ſe ſoluturum promittit: Ex qua conuentione nuda, licet jure ciuili nulla oriatur actio, jure tamen Prætorio, quod maxime naturalem æquitatem tuetur, *l. 1. hic.* datur actio de conſtituta pecunia.

Pecuniæ verbum in hac actione jure veteri ſignificabat tantum ea, quæ pondere, numero & menſura conſtant, non corpora certa: hodie ex conſtitutione Iuſtiniani omnes res complectitur, *l. pen. Cod. eod.*

Ad hoc vt Conſtitutum valeat, requiritur vt præcedat debitum: Debitum verò intelligitur quod ex quacumque cauſa debetur, ſiue jure ciuili, ſiue honorario, vel etiam naturali, *l.* 1. §. *An poteſt*, §. *debitum*, *hoc tit.*

Conſtitutum obligationem præcedentem non nouat. Fuit olim huic actioni ſimilis actio receptitia, quæ erat actio in perſonam ciuilis, quâ conueniebatur Argentarius qui quid ſoluturum receperat. Differebat autem ab actione de conſtituta, quia Receptitia ciuilis erat, alia Prætoria. Receptitiâ conueniebantur tantum Argentarij, Actione de conſtitutâ omnes. In Receptitiam veniebant res omnes: In Conſtitutum tantum res quæ pondere, numero & menſura conſtant. Sed Iuſtinianus ſuſtulit actionem Receptitiam, & quæ in ea obtinebant, voluit vt in actione de conſtituta pecunia locum habe-

rent, *l. 2. Cod. de Conſtit. pecun. §. In perſonam Inſtit. de actionibus.*

TITVLVS VI.

Commodati vel contra.

SEcundus Contractus qui re perficitur, eſt Commodatum, quod definiri poteſt, Contractus quo res aliqua gratis vtenda conceditur ad certum tempus, finem modumve, ſub fide reſtituendi. In qua definitione, rei nomen generaliter accipitur pro re omni quæ vſu non conſumitur; ſiue ea mobilis ſit ſiue immobilis, *l. 1. hoc tit.* In iis verò quæ vſu conſumuntur; vt eſt pecunia numerata & omnia quæ in mutuum cadunt. Commodatum non conſiſtit niſi fortè ad oſtentationem & pompā res commodentur, *l. 3. §. vlt. l. 4. hoc tit.* Ratio eſt, quia earum nullus eſt vſus ſine conſumptione dominij,

Digitized by Google

& in Commodato, neque proprietas, neque poſſeſſio rei in accipientem tranſit, *l. 8. & 9. hoc tit.*

Ex quibus euidens Mutui & Commodati differentia colligitur, cui addendum eſt *ex §. 2. Inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio*, In mutuo periculum rei, eſſe debitoris accipientis, in Commodato contra, niſi res æſtimata data ſit, *l. 3. §. etſi forte, hoc tit.*

Differt Commodatum à Precario, quia Commodatum habet certum tempus, ante quod reuocari non poteſt; Precarium reuocatur quandocumque concedenti placet, *l. 12. D. de Precario.*

Ex hoc autem Contractu duplex oritur actio: Directa ſcilicet, quæ competit Commodanti ad rem repetendam, nec intereſt propriam an alienam dederit, *l. 15. & 16. hoc tit.* In quam quoniam Commodatum gratia accipientis tantum fit, venit dolus, lata, leuis, & leuiſſi-

Digitized by Google

ma culpa, id eſt, exactiſſima diligentia, *l.* 5. §. *Nunc videndum*, *l. in rebus*, *hoc tit.* Et contraria, quæ competit Commodatario ad impenſas ſi quas fecit in re commodata repetendas, *l.* 17. §. 1. *l.* 18. §. *poſſunt*, *cum ſequentibus hoc tit.*

TITVLVS VII.

De Pigneratitia actione.

TErtius contractus qui re perficitur, eſt Pignus, quod duobus modis contrahitur, videlicet nuda conuentione, & propriè dicitur hypotheca: & traditione, & propriè dicitur pignus: *l.* 1. *hoc tit.* §. *inter*, *Inſtit. de Action.*

Ex pignore nuda conuentione contracto, nulla oritur iure ciuili actio, quia ex nudo pacto non datur, ſed iure Prætorio datur actio hypothecaria, quæ dicitur quaſi Seruiana & vtilis Seruiana, §. *item*

Digitized by Google

Seruiana, Inſtit. de action. Et aliquamdo etiam Pigneratitia, *vt in l. rem alienam, hoc tit.* Competitque illa actio creditori aduerſus quemcumque poſſeſſorem rei pignori oblatæ. De ea tractabitur initio quartæ partis, lib. 20.

Ex Pignore traditione contracto, duplex oritur actio: Prætoria vna, videlicet ſupradicta hypothecaria, de qua hic non agitur; Alia, Ciuilis & in perſonam, quæ dicitur propriè Pigneratitia, quæ duplex eſt; Directa ſcilicet & contraria; Directa competit debitori, ſoluto integro debito: quia quamdiu vel minima pars pecuniæ debitæ ſoluenda reſtat, non eſt locus pigneratitiæ actioni, & res tota remanet in ſolidum obligata; vnde ſi vnus ex pluribus hæredibus debitoris, portionem ſuam hæreditariam ſoluerit, remanet nihilominus tota res obligata: Et hoc eſt quod dicitur, indiuiduam eſſe pignoris cau-

Digitized by Google

ſam, *l. rem, 65. de euict. l. 8. §. ſi vnus, l. 11. §. Si in ſortem, cum ſeqq. hoc tit. l. 2. Cod. de luitione pignoris.*

Quod autem dixi de ſolutione, producendum eſt etiam ad acceptilationem, nouationem, & alios modos quibus obligatio tollitur ipſo iure, vel beneficio exceptionis, *l. Solutum, §. 1. & 2. hoc tit.*

In hanc porro actionem non tantum res ipſa venit, ſed & fructus omnes, niſi de Anticriſi conuenerit. Item omnis cauſa & emolumentum rei; id enim omne quod creditor occaſione rei percepit, vel imputat in creditum, vel reſtituit, *l. 1. & 2. Cod. hoc tit. l. ſi pignore, hoc tit.* Venit denique dolus & culpa exacta diligentia quam diligens paterfamilias in ſuis rebus præſtare ſolet, *l. 13. §. vlt. l. 14. hoc tit.*

LIBER XIV.

TITVLVS I.

De exercitoria actione.

ORDO in principio huius tertiæ partis à nobis notatus, poſtulare videretur, vt de vltima ſpecie contractuum, qui re perficiuntur, nempè de Depoſito ageretur, ſed quoniam ſæpiſſimè non tantum ex contractibus nobiſcum initis, actio aduerſus nos datur, ſed etiam aliquando ex contractibus aliorum, iure Prætorio tenemur; ideo antequam de aliis contractibus agat, de omnibus actionibus, quæ ex aliorum contractu aduerſus nos dantur, agit.

Digitized by Google

Sunt autem eæ actiones ſex: videlicet *Exercitoria, Inſtitoria, Tributoria, de in rem verſo, de Peculio, &* *quod iuſſu*: Quæ quidem actiones, non ſunt propriè ſpecies actionum ab actionibus ex contractibus ſeparatæ, ſed ſunt tantum qualitates actionum; Verbi gratia, qui ſeruo vel filiofamilias vendidit, aduerſus dominum vel patrem, agit actione venditi, de Peculio, ſeu Peculio tenus. Item qui cum Magiſtro nauis contraxit, mutuum dedit, locauit, aduerſus exercitorem agit condictione certi, ex mutuo exercitoria, vel actione locati exercitoria: Et ſic de aliis.

Exercitoria eſt actio in perſonam quæ datur in exercitorem ex contractu Magiſtri, quem exercitor præpoſuit. Exercitor eſt is, ad quem quotidianus quæſtus nauis pertinet, §. *Eadem, Inſtit. quod cum eo.* Magiſter eſt cui Exercitor totius nauis curam mandauit, *l. 1. §. 1. h. t.*

Digitized by Google

Nec intereſt cuius conditionis ſit, liber an ſeruus, proprius an alienus; Minor an Maior; ſemper enim ex contractu cum eo inito, eius negotiationis cauſa, cui præpoſitus eſt, aduerſus præponentem agi poteſt; & ſibi imputare debet qui præpoſuit, ſi malè ipſe rem geſſerit, *d. l.* 1. §. *Cuius.*

TITVLVS II.

De lege Rhodia de iactu.

INſtitutus de Nautis ſermo in ſuperiori titulo, traxit Tractatum de lege Rhodia, quâ cauetur, vt ſi leuandæ nauis gratia, iactus mercium factus ſit, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt, *l.* 1. *hoc tit.* Quod fit inſtituta actione à dominis amiſſarum mercium, aduerſus Magiſtrum nauis, qui deinde cum reliquis quorum merces ſaluæ ſunt,

Digitized by Google

actione ex conducto inſtituta conſequitur, vt detrimentum pro portione communicetur, *l. 2. in princ. hoc tit.*

Quæ actiones tunc præcipuè habent locum, cùm vitandi periculi cauſa, merces deiectæ ſunt in mare: Nam ſi prædones eas abſtulerint, eius ſolius eſt damnum, cuius merces ablatæ ſunt, nec vlla contributio fit, niſi forte nauis à Piratis redempta ſit, *l. 2. §. Si nauis, hoc tit.*

Item amiſſæ nauis damnum collationis conſortio non ſarcitur: Contributio enim tunc tantum locum habet, cùm iactûs remedio cæteris in communi periculo, ſaluâ naui conſultum eſt, *l. 5. hoc tit.*

Fuit autem recepta & confirmata legis Rhodiæ authoritas, primum ab Auguſto, deinde ab Antonino, *l. 9. hoc tit.*

TITVLVS III.

De Inſtitoria actione.

INſtitoria actio, eſt quæ ex contractu Inſtitoris, datur in eum qui eum præpoſuit. Eſt autem Inſtitor qui cuilibet negotio gerendo inſtat, & ab alio præpoſitus eſt: Nec refert tabernæ, an cuilibet alij negotiationi, *l. 3. cum ſeq. hoc tit.*

Habet hæc actio Inſtitoria multa communia, cum actione Exercitoria.

Primò vt vtraque actio tantùm competat, cùm eius rei gratia, cui præpoſitus quis fuit, contractum eſt; *l. 1. §. non autem, de Exercitoria, l. 5. §. non tamen, hoc tit.*

Secundò, In vtraque actione hoc obſeruatur, vt ſi libera perſona præpoſita ſit, habeat is qui contraxit, actionem tam aduerſus præponentem Prætoriam, quàm aduer-

ſus ipſum præpoſitum, cuilem: Sed ſi cum alterutro eorum actum ſit, cum altero agi non poteſt, *l.* 1. §. *vltimo.*

Tertiò, Vtriuſque quoque commune eſt; quod licet ex contractu Præpoſitorum, hoc eſt, Magiſtri & Inſtitoris, qui in poteſtate præponentis non ſunt, poſſint conueniri Iure Prætorio ij qui præpoſuerint, non tamen ex eorum contractibus acquiritur præponentibus actio in eos qui cum præpoſitis contraxerunt, niſi vno tantum caſu: Videlicet ſi ipſi Præpoſiti ſoluendo non ſint, & ſuum ab iis ſeruare non poſſint ij, qui eos præpoſuerunt; *l.* 1. *&* 2. *de Inſtitoria actione.*

Differunt autem hæ actiones, quod Exercitoria à Præponente nomen habet; Inſtitoria à Præpoſito; Exercitoria in maritima negotiatione tantum, Inſtitoria in terreſtri: Item Magiſter nauis ſubmagiſtrum præponere poteſt, & ex contractu Submagiſtri datur

actio in Exercitorem, *l.* 1. §. *Magiſtrum, de Exercit.* Inſtitor alium præponere non poteſt, ex cuius contractu dominus conueniri poſſit.

TITVLVS IV.

De Tributoria actione.

SI ſeruus vel filiusfamilias non fuerint negotiationi præpoſiti, vt in ſuperioribus actionibus, ſed patre aut domino ſcientibus, in merce peculiari negotiati fuerint, & quis cùm eis contraxerit, eius rei nomine, permittitur, patri vel domino, omnibus creditoribus, abſque vllo priuilegio deductionis, diſtribuere peculiarem mercem, aut eius pretium, in qua diſtributione ſi quis doloſè verſatus ſit, tenetur actione tributoria, quæ nihil aliud eſt, quàm correctio iniquę diſtributionis mercis peculiaris à patre, vel domino factæ, *l. vlt. h. t.*

Ex quibus apparet, duo ad Tributoriam actionem dandam requiri. Primum eſt ſcientia domini: ſecundum eſt iniqua diſtributio, *l.* 3. §. *vlt.* & *l.* 3. *hoc tit.*

Sunt autem tres differentiæ inter actionem de peculio & tributoriam.

Prima eſt, In actione de Peculio, pater & dominus deducunt quod ſibi debetur, *l.* 11. §. *denique, de peculio*, in tributoria ſecus.

Secunda differentia, In actione de peculio, vniuerſum peculium ſpectatur, *l. ſi creditor*, §. *pen. de peculio*. In Tributoria tantum merx peculiaris, & quod ex ea redactum eſt, *l. pen. hoc tit.*

Tertia, In actione de peculio melior eſt conditio creditoris occupantis agere, *l.* 9. §. *vlt.* & *l.* 10. *hoc tit.* In Tributoria omnium eſt æqualis conditio.

TITVLVS V.

Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur.

ANtequam ad reliquas actiones, videlicet de peculio, de in rem verſo, & quod iuſſu, tranſeamus, quæ competunt ex contractibus filiorum vel ſeruorum, notanda eſt differentia inter filiosfamilias & ſeruos; Serui enim ex ſuis contractibus, neque pendente ſeruitute, neque liberi effecti, conueniri poſſunt, *Tit. Cod. An ſeruus pro ſuo facto poſt manumiſſionem teneatur.* Filii autem familias ex omni contractu, proprio nomine conueniri poſſunt, ſiue adhuc in poteſtate exiſtant, ſiue ſui iuris effecti ſint: idque directa actione, ſi ſine capitis minutione ſui iuris effecti ſint, vel vtili reſtitutoria ex Edicto Prætoris, ſi cum capitis minutione, vt

diximus ſupra, *in titulo de capite minutis.*

Sed quoniam ſæpe emancipabantur non conceſſo peculio, vel etiam ſui iuris effecti, morte patris, nihil ex eius bonis conſequebantur, puta exhæredati, vel propter æs alienum ab hæreditate patris abſtinentes. Ideo Prætor nimis durum exiſtimans, iis caſibus eos in ſolidum conueniri, pollicitus eſt in Edicto ſuo, ſe cauſa cognita, actionem in eos daturum, in id tantùm quod facere poſſent. *l. 2. cum ſequentibus. h. t.*

TITVLVS VI.

De Senatuſconſulto Macedoniano.

QVod diximus filiumfamilias, ex omni cõtractu obligari, ita intelligendum, vt excipiatur cauſa mutui, ex qua filiifamilias nõ obligantur propter Senatuſconſultum Macedonianum; quo cautum eſt

ne ex cauſa mutui vel in patrem, vel in filium, ſiue adhuc in poteſtate exiſtentem, ſiue ſui iuris effectum, vlla daretur actio, ſed repelleretur creditor exceptione Senatuſconſulti Macedoniani, *l.1. hoc tit.* Quæ exceptio non tantum ipſi filio, ſed & patri & hæredi filii, eiuſque fideiuſſori competit, *l. 9. §. Quamquam, l.19. hoc tit.*

Item non tantum proponi poteſt ante ſententiam definitiuam, ſed etiam poſt: quamquam condictionem indebiti non pariat, quia ſcilicet in pœnam creditorum illa exceptio introducta eſt, non in fauorem filiorum familias, *l. 9. §. vlt. cum legib. ſeqq. hoc tit. l. qui exceptionem, D. de condict. indeb.*

Ceſſat autem Senatuſconſultum, ſi filiusfamilias caſtrenſe peculium habeat, *l.1. §. vlt. l.2. hoc tit.* ſi creditor ignorauerit eſſe filiumfam. *l.3. in princ. l. pen.* ſi ſtudiorum cauſa credita eſt, *l.7. §. quod dicitur:* Si

Digitized by Google

in rem patris verſa ſit pecunia, *l.7. §. proinde.* ſi paterfamil. factus ratum habuerit, vel pater eius ſoluere cœperit, *d.l.7.§.pen.& vlt.*

LIBER XV.

TITVLVS I.

De peculio.

PEculium eſt quod ſeruus vel filius permiſſu domini vel patris, ſeparatum habet à rationibus paternis vel dominicis, deducto inde ſi quid domino vel patri debetur, *l.5.§. vlt. hoc tit. & l. 39.*

Ex qua definitione apparet, peculii appellatione omnia contineri, quæ permiſſu patris vel domini, ſeruus vel dominus ſeparata habet, ac proinde non tantum cor-

pora, ſed & actiones & iura omnia: atque ita peculium eſt vniuerſitas Iuris, quæ augeri, minui, naſci & mori poteſt, *l. Peculium* 40. *hoc tit.*

In ſeruis quidẽ nulla eſt diſtinctio pecul ij: quodcumque enim ſeruus acquirit, domino pleno iure acquiritur, §. *item vobis acquiritur* 3. *Inſtit. Per quas perſonas cuique acquiritur*. In filiis autẽ peculium eſt triplex: Paganum, Caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe: *l. vlt. Cod. de inofficioſo teſtamento*. Caſtrenſe aut quaſi caſtrenſe eſt quod occaſione militiæ armatæ, aut togatæ filius acquiſiuit, in quo pater nihil iuris habet. De eo tractabitur infra *lib.* 49. Paganũ, ſeu non caſtrenſe, eſt id omne quod extra cauſam militiæ quocumque modo à filiofamil. acquiſitum eſt, quod iure veteri abſque vlla diſtinctione pleno iure erat patris. Hodie diſtinguendũ eſt inter profectitia, quæ ſunt pleno iure patris, & aduẽtitia, quę vſusfructus

Digitized by Google

tantum iure ad patrem pertinent; proprietas vero filiorum eſt. Videndus *tit. Inſtit. per quas perſonas, &c. lib. 2. Titulus Cod. de bonis maternis & materni generis, & l. Cùm oportet; Cod. de bonis quæ liberis.*

Licet igitur peculium dicatur eſſe proprium patrimonium filiorum & ſeruorum, non tamen verè eorum eſt, ſed patris & domini; & ideo nec res peculiares alienare, nec peculiarem obligationem nouare, vel pacto remittere poſſunt, niſi forte liberam habeant peculii adminiſtrationem; quo caſu hæc omnia agere poſſunt, dummodò tamen non donationis cauſa, *l. 10. Cod. quod cum eo qui in, &c. l. Contra, 28. §. vlt. D. de Pactis.*

Quamquam autem quicquid filiifamilias vel ſerui acquirunt, patri acquiratur, non tamen ex eorum contractibus iure ciuili, patres vel domini obligantur, ſed tantum iure prætorio: æquũ enim viſũ eſt

Digitized by Google

Prætori, peculio tenus tantum actionem dare, §. *Actiones, Inſtit. de action.*

Notandum primo, actionem de Peculio non dari niſi ex contractu vel quaſi contractu filiorum vel ſeruorum. Ex delictis autem non datur actio de Peculio, niſi quatenus locupletius factum eſt peculium, *l.* 3. §. *vlt. hoc tit.*

Secundo hanc actionem non tantum in dominum dari, ſed & in fructuarium & poſſeſſorem ſerui, *l.*1.§. *vlt. & l.*2 *hoc tit.*

Tertiò notandum eſſe differentiam inter ſeruum & filiumfamilias. Nam quatuor caſibus ſeruus non obligatur, nec actio de peculio in dominum datur, videlicet ſi expromiſerit, §. *Præterea, verſic. Non idem: Inſtit. quibus modis tollitur obligatio.*

Item ſi fideiuſſerit pro alio extra cauſam peculiarem, ſi compromiſerit, denique ſi iuſiurandum de-

Digitized by Google

tulerit : Quibus tamen caſibus filiusfam. iure obligatur, & in patrem actio de Peculio datur, ex ſententia Sabinianorum quæ obtinuit, *l.3.§.ſi filiusfam. & §. ſed ſi filius, cum ſeq. l.5.§.ſi filiusfam. hoc tit.*

Nec obſtat *lex quidam, D.de iureiurando*, in qua refertur à Paulo ſententia Proculeianorum, quæ non probatur.

Item ſi cum communi ſeruo contractum ſit, in ſingulos dominos datur actio in ſolidum, ne ſcilicet is qui cum vno tantum contraxit, in plures aduerſarios diſtringatur, *l. & ancillarum* 27. §. *vlt.hoc tit.*

Item cum agitur actione de peculio, non inſpicitur an aliquid ſit in peculio tempore litis conteſtatæ, ſed rei iudicatæ, *l.quæſitum* 30. *hoc tit.*

TITVLVS II.

Quando de peculio actio annalis ſit.

DEnique notandum actionem de peculio eſſe perpetuam, quamdiu peculium durat, ſed extincto peculio eſſe annalem.

Extinguitur autem peculium morte ſerui vel filii, emancipatione, manumiſſione & alienatione ſerui, *l.1.§.1.& 4.hoc tit.*

Item extinguitur ademptione peculii ſine dolo malo facta, *l.1.§.1.de in rem verſo, l.Peculium 40.in fine, D.de peculio.*

Quibus omnibus caſibus Prætor pollicitus eſt, ſe intra annum vtilem tantum, à die quo experiendi poteſtas fuerit, computandum, actionem daturum, *l.1.hoc tit.* Quæ actio in vſufructuarium etiam datur, extincto vſufructu intra annum, *l.1.§.vſufructu,hoc tit.*

TITVLVS III.

De in rem verſo.

PRæter actionem de peculio ex contractu ſerui, vel filii, datur etiam actio de in rem verſo, quâ ſcilicet is qui cum filio contraxit, in patrem agit, quatenus in rem eius verſum eſt: quæ actio, licet inſit actioni de peculio, quod enim in rem patris vel domini verſum eſt, peculium auget, non tamen omninò inutilis eſt: quia actio de peculio tunc tantum locum habet, cum eſt conceſſum peculium: Actio de in rem verſo ſemper locum habet, ſiue peculium ſeruus habeat, ſiue non. Item actio de in rem verſo perpetua eſt ſemper, nec vllo caſu annua, vt actio de peculio. Denique pluribus ſimul de peculio agentibus melior eſt conditio

eius qui agit de in rem verſo. Vide *l.1. hoc tit.*

TITVLVS IV.

Quod iuſſu.

DEnique ex contractibus eorum qui in noſtra poteſtate ſunt, datur actio quod iuſſu, ſi quis noſtro iuſſu cũ iis contraxerit: quæ actio in ſolidum eſt, & perinde tenetur pater ac dominus qui iuſſit, ac ſi cum ipſo principaliter contractum eſſet, §. *vlt. Inſtit. quod cum eo.*

LIBER DECIMVS-SEXTVS.

TITVLVS I.

Ad Senatuſconſultum Veilleianum.

SENATVSCONSVLTI Macedoniani explicatio, videtur Veilleiani Senatuſconſulti quod de interceſſionibus mulierum factum eſt, explicationem traxiſſe.

Sic autem de interceſſionibus mulierum ſe res habet, vt primò temporibus D. Auguſti, & edictis Claudij interdictum fuerat, ne fœminæ pro viris ſuis intercederent, ſed poſtea Senatuſconſulto Veilleiano, cuius verba referuntur in *l.* 2. §. 1. *hoc tit.* generaliter cautum eſt vt mulieres veterẽ vel nouam obligationẽ pro aliis ſuſcipientes,

& generaliter pro aliis intercedentes, non tenerentur, ſed creditores expellere poſſent exceptione Veilleiani, *l. 2. hoc tit.* Veterem autem obligationẽ ſuſcipiunt fidejubendo, conſtituendo, alterius defenſionem ſuſcipiendo; quibus caſibus, quia debitor principalis ipſo iure manet obligatus, in eum creditori ſalua manet actio, conſtituta, irrita obligatione mulieris, beneficio exceptionis.

Veterem quoque obligationem ſuſcipiunt, expromittendo, quo caſu quia expromiſſio nouatio eſt, ipſo quidem iure liberatur prior debitor, ſed irrita facta obligatione mulieris, beneficio exceptionis Veilleiani, in veterem debitorem reſtituitur actio, quæ ſæpe in hoc titulo vocatur actio vtilis reſtitutoria.

Nouam obligationem mulieres ſuſcipiunt, mutuam pecuniam pro aliis accipiendo, quo caſu ipſo

iure nulla datur actio in eum pro quo mutuam pecuniam acceperunt; ſed ex edicto Prætoris reſtituuntur, ſeu inſtituitur noua actio aduerſus eum.

Cæterum exceptio Veilleiani, non tantum mulieri, ſed & eius fideiuſſoribus & hæredibus datur, eaque opponi poteſt ſeu ante ſententiam, ſeu poſt ſententiam: quin imò & poſt ſolutionem condictio indebiti datur, in quo Veilleianum differt à Macedoniano, *l. qui exceptionem, D. de condictione indebiti.*

Ceſſat Veilleianum ſi creditor ignorauerit mulierem intercedere, *l. 4. hoc tit. & l. vir vxori, l. 17. hoc tit.* Si in rem ſuam intercedat, *l. aliquando 13. hoc tit.* Si callidè & animo decipiendi interceſſerit, *l. 2. §. ſed ita demum, hoc tit.* Si pretium interceſſionis acceperit, *l. 23. Cod. hoc tit.* Si pro libertate. l. pen. *Cod. hoc tit.* Si pro dote, *l.*

12. *& vlt. Cod.* Si poſt biennium interceſſionem iterato actu confirmauerit, *l.* 22. *Cod.* Quod intelligendum eſt, ſi pro alio, quàm pro marito interceſſerit, quia cùm pro marito intercedit, nulla eſt ipſo jure interceſſio.

TITVLVS II.

De Compenſationibus.

EXceptioni Veilleiani ſubiicitur exceptio Compenſationis, quæ nihil aliud eſt, quàm debiti & crediti inter ſe contributio: debiti, inquam, ſiue ciuilis, ſiue naturalis; dummodò puri & liquidi, non in diem, & ſub conditione. *l.* 6. *&* 7. *hoc tit.* Nec intereſt debitum ſit ex contractu, an ex delicto: in delictis enim etiam compenſatio locum habet, ſi ciuiliter, id eſt, pecuniariè agatur, *l. ſi ambo,* §. *quoties, hoc tit. l. viro atque vxore,*

Digitized by Google

D. ſoluto matrimonio : ſecus ſi criminaliter, *l.* 2. §. *huiuſmodi* & *l. ſi vxor*, §. *judex*, *D. ad legem Iuliam de adulteriis.*

Nil etiam intereſt, priuatum an publicum ſit debitum: nam & in fiſcalibus & publicis debitis, etiam aduerſus fiſcũ & Remp. compenſatio locum habet; exceptis caſibus enumeratis in *l.* 1. & 3. *Cod. hoc tit.* & in *l. aufertur* 46. §. *qui compenſationem*, *D. de iure fiſci.*

Compenſatio autem olim in bonæ fidei judiciis, ipſo iure fiebat, vel minuebat actionem; in ſtrictis verò iudiciis antiquitus nullo modo locum habebat, ſed reſcripto D. Marci cautum eſt, vt beneficio exceptionis doli locum haberet in ſtrictis iudiciis, tandem conſtitutione Iuſtiniani cautũ eſt, vt compenſatio ipſo iure locum habeat in omnibus actionibus, ſiue bonæ fidei, ſiue ſtrictis, ſiue in rem, ſiue in perſonam: §. *In bonæ fidei,*

Inſtit. de actionibus, l. vlt. Cod. hoc tit.

Quod intelligendum eſt maximè, cùm de rebus agitur quæ in quantitate conſiſtunt; in corporibus enim certis vix fieri poteſt, vt compenſationi locus ſit, niſi beneficio æſtimationis.

Ceſſat compenſatio in actione depoſiti, & in cauſa momenti, *d. l. vlt. Cod. hoc titulo*. Ceſſat etiam & in commodato, *l. vlt. Cod. de commodato*; niſi velis in ea legere, *commendato*, & eam accipere, de depoſito.

TITVLVS III.

Depoſiti, vel contrà.

DEpoſitum eſt contractus, qui re perficitur, quo quis rem alienam cuſtodiendam gratis ſuſcipit. Ex quo oritur duplex actio; directa ſcilicet, quæ competit deponenti, ad rem repetendam: nec intereſt an dominus ſit qui depoſuit, an poſſeſſor bonæ vel malæ

Digitized by Google

fidei: Prædoni enim & furi deponentibus competit, *l.* 1. §. 45. *ſi prædo, hoc tit.* quæ actio regulariter in ſimplum eſt, ſi ex ſimplici & voluntario depoſito agatur: ſed ſi ex depoſito quod ruinæ, tumultus, naufragij, & incendij cauſa factum eſt, competit in duplum in ipſum depoſitarium, in hęredem eius ex defuncti dolo in ſimplum, *l.* 1. §. 1. *hoc tit.*

In hanc actionem non tantum res ipſa depoſita venit, ſed etiam fructus & omnis cauſa, *l.* 1. §. *Et ideo.* Venit dolus & culpa lata tantum, non leuis, *l. Contractus, de regulis iuris.* §. *pen. Inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio.* Huius actionis ſingularia hæc ſunt. Primùm vt ei compenſatio non opponatur. 2. Vt eius ſit præcipua cauſa, etiam ante priuilegia, ſiquidem præfęrtur omnibus creditoribus, etiam priuilegium habentibus. *l.* 7. §. *quoties, hoc tit.* maximè

ſi res extet, nam ſi non extet, poſt priuilegia tantum locum habet: *l. ventri, §. In bonis, D. de rebus authoritate judicum poſsidendis.* Et licet hæc actio perpetua ſit, & in hæredes detur pro parte hæreditaria, ſi ex facto defuncti conueniantur; in ſolidum tamen in hæredem tantum, qui dolum admiſit, datur, non in cohæredes: *l. 9. & 10. hoc tit.*

Contraria actio competit depoſitario aduerſus deponentem, ad recipiendas impenſas & damnum, quod occaſione rei depoſitæ ſenſit.

Vtraque eſt bonæ fidei; Illa autem famoſa eſt, hæc non item: quia non de fide rupta in ea agitur, ſed de indemnitate: *l. 5. hoc tit.*

Et hæc de *Contractibus* qui re perficiuntur, ſequitur iam vt de Contractibus qui ſolo conſenſu perficiuntur, agatur: quorum quatuor ſunt ſpecies: Mandatum, Societas, Emptio, Locatio.

Digitized by Google

LIBER XVII.

TITVLVS I.

Mandati, vel contra.

MANDATVM eſt conuentio, quâ quis negotia alterius gratis gerenda ſuſcipit.

Dixi gratis, quia ſi merces interuenerit, locatio eſt. *l.* 1. §. *vlt. hoc tit.* Aliud eſt, ſi remunerationis cauſa & ſalarij nomine quid promiſſum ſit: tunc enim non deſinit eſſe mandatum: & hic eſt ſenſus *l.* 6. *in princ. hoc tit.* non qui vulgo colligitur, ſcilicet ſalarium peti poſſe actione mandati. Conſtat enim ſalarium, non per actionem, ſed extra ordinem cognitione Magiſtratûs peti. *l.* 7. *hoc tit. l.* 1. *Cod. eod.*

Digitized by Google

Ex hoc contractu duplex oritur actio: Directa ſcilicet, quæ Mandatori competit ad exigendas rationes à Mandatario, quæ actio bonæ fidei eſt & famoſa: & in eam venit dolus, lata & leuiſſima culpa. *l.* 13. *Cod. hoc tit.* Contraria quæ competit Mandatario ad repetendos ſumptus, quos Mandatarius fecit in rem alienam, quæ actio bonæ fidei eſt, ſed non famoſa:

Videndus titulus Inſtit. de Mandato, & huc referenda etiam quæ diximus i*n tit. de Procuratoribus.* Procurator enim conſtituitur per Mandatum, & omnis Procurator Mandatarius eſt, non contra.

TITVLVS II.

Pro Socio.

SOcietas eſt conuentio inter duos, pluresve facta, de communicando lucro & damno ali-

Digitized by Google

cuius negotiationis, vel omnium bonorum.

In ſocietate omnium bonorum, ſtatim res omnes ſociorum communicantur, *l. 1. §. 1. & l. 3. §. 1. hoc tit.*

Contrahitur autem Societas, vel re, id eſt, tacito conſenſu, rebus ſcilicet in commune relatis, vel Verbis, expreſſo ſcilicet conſenſu, & tractatu habito inter præſentes, aut per nuntium, aut per Epiſtolam. Idque vel ad tempus, vel ad perpetuum; id eſt dum viuunt contrahentes, *l. 1. hoc tit.* Neque enim vlla ſocietas ita contrahi poteſt, vt etiam tranſeat in hæredes, & vt ſuccedant ſocietati, maximè in priuatis ſocietatibus.

Aliud eſt in ſocietate vectigalium, quæ etiam manet poſt mortem. *l. Adeo 59. hoc tit.* Quod non ita accipiendum, quaſi hæres ſocij ſocius ſit, nunquam enim hæres ſocij ſocius eſt niſi à ſuperſtitibus

adſcitus ſit. Et hac in re nulla eſt differentia inter priuatas ſocietates, & publicas, ſiue vectigalium, ſed in eo eſt diſparitas, quod in priuatis ſocietatibus, morte vnius ſoluitur omnis ſocietas, etiam ratione ſuperſtitum, niſi aliud nominatim conuenerit: Et ſi poſt mortem vnius, eius hęredem adſciſcant ſuperſtites, noua contrahitur ſocietas: In publicis autem, ſeu vectigalium, morte vnius ſocij non ſoluitur ſocietas, ſed remanet & durat ſemper inter ſuperſtites, ſi hæres defuncti à ſuperſtitibus ſociis adſcitus fuerit, & eadem manet ſocietas, nec cenſetur noua, ſeu alia contracta. Hæres quidem ſocij eſt ſucceſſor emolumenti & damni ex ſocietate contingentis, pro parte quam habebat defunctus in ſocietate, eique rei communis nomine, & in eum actio *pro ſocio* datur, ſed ſocius non eſt niſi adſcitus: vide dictam *l. 59. l.*

l. verum 63. §. In hæredem, l. Actione 65. §. morte, D. hoc. tit.

Eſt quidem inter hæredem ſocij, & ſocios ſuperſtites, rerum communio, & ita quædam ſocietas, ſed non voluntaria: vt innuit Iuriſconſultus Vlpianus in *d. §. In hæredem*, cuius veram interpretationem vide ſi lubet apud *Cujacium, lib. 10. Obſeruat. cap. 25.*

Diſſoluitur ſocietas renuntiatione, morte, capitis minutione, maxima & media, & egeſtate, cùm ſcilicet vnus ex ſociis bonis cedit, *l. 4. §. 1. l. verum 63. §. vlt. & l. actione 65. §. publicatione, hoc tit.*

Ex hoc contractu oritur actio pro ſocio, quæ vtrinque directa eſt & bonæ fidei, cuius hoc ſingulare eſt, vt non in ſolidum detur, ſed tantum quatenus ſocij facere poſſunt, ſiue vniuerſorum bonorum ſit inita, ſiue vnius rei, *l. verum 63. D. pro ſocio, & l. 12. §. vltimo, D. de re iudicata.* Vide tit. Inſtit. de Societate.

LIBER XVIII.

TITVLVS I.

De contrahenda Emptione.

EMPTIO eſt conuentio rei alicuius tradendæ pro certo pretio, ad quam tria requiruntur, videlicet, res, pretium, conſenſus.

Quod ad primum attinet, Res omnes quæ in commercio ſunt, vendi poſſunt, quin imo & liberi hominis, loci ſacri & religioſi emptio intelligitur, ſi ab ignorante ematur, non quidem ad hoc vt dominium transferri poſſit: illud enim fieri non poteſt, ſed vt emptori ignoranti detur actio ex empto aduerſus venditorem, in id quod intereſt.

Cæterum, ſi ſciens quis emerit,

Digitized by Google

nullam habet actionem, *l. 4. 5. & 6. hoc tit.* niſi modica loca ſacra vnà cum vniuerſo prædio vendita ſint: tunc enim emptio ſcientibus facta, valet, quia licet locus ſacer & religioſus, ſpecialiter vendi non poſſit, venditioni tamen maioris partis recte accedit: *l. hanc legem 22. & 23. hoc tit.*

Nec tantum res propria vendi poteſt, ſed etiam aliena, *l. Rem alienam 28. hoc tit.* Ratio eſt, quia is qui vendidit, neceſſe non habet rem emptoris facere, ſed tenetur tantum poſſeſſionem tradere, & cauere de euictione. *l. Si ita, §. 1. hoc tit. l. 1. de Rer. permutat.* Rei autem propriæ emptio non valet, ſiue quis ſciens, ſiue ignorans emerit, *l. Suæ rei, 16.* niſi ſcilicet poſſeſſio ſit aliena, *l. Si in emptione, §. Rei ſuæ.*

Quod ad pretium attinet, debet eſſe certum, & conſiſtere in pecunia numerata: alioqui permu-

tatio eſſet, *l.* 1. *hoc tit.* poteſtque cōferri in tertij alicuius arbitrium: quo caſu conditionalis venditio eſt, inſuperhabita veterum diſtinctione, an arbitrium certi viri, an verò arbitrium boni viri electum ſit, *l. vlt. Cod. hoc tit.* §. *Et certum. Inſtit. eodem.*

In Ementis autem & vendentis arbitrium pretij definitio conferri non poteſt, quia nulla eſt obligatio quæ neceſſitate non adſtringit, *l. In vendentis, Cod. hoc tit.*

Quod ad conſenſum attinet, debet interuenire circa rem & pretium: alioquin ſi de alia re venditor, de alia emptor ſenſerit, nulla eſt obligatio: quod ita intelligendum eſt, ſi de corpore ipſo diſſenſerint, vel etiam ſi de materia, corporis qualitate & ſubſtantia, (hæc enim tria pro eodem à Iuriſconſultis in hac quæſtione videntur accepta.)

Diſſenſus autem in nomine, non

Digitized by Google

impedit contractum, *l. 9. cum ſ. ſeqq. hoc tit.* Nec obſtat *lex ſi ſterilis*, §. *quamuis*, de actionibus empti, in qua dicitur errorem in qualitate, emptionem non impedire: quamquam enim negationem non addas, vt vult Cujacius, facile eſt reſpondere, §. illum intelligi debere, non de qualitate interna, quam Iuriſconſulti materiam & ſubſtantiam vocant, vt ſuprà diximus, ſed de externa, quæ diuerſitatem ſpeciei non conſtituit, veluti, Si quis corruptam pro virgine emerit.

Vtrum autem error in pretio contractum impediat, Accurſius exiſtimat diſtinguendũ eſſe exemplo locationis, & ſi venditor minoris putet ſe vendere, emptor pluris emere, valeat quidem contractus in minori ſumma, in eo quod voluit venditor non contra. *l. ſi decem 52. D. locati.*

Ex eo porro quod conſenſus in

ẽmptione deſideratur, ſequitur, eos omnes qui conſentire non poſſunt, venditionem contrahere non poſſe, vt ſunt pupilli, Infantes, furioſi, *l.* 2. *Cod. hoc tit.*

TITVLVS II.

De in diem addictione.

VEnditionibus ſolent pleraque pacta à contrahentibus addi, quorum frequentiora ſunt, Addictio in diem, & lex Commiſſoria.

Addictio in diem eſt conuentio, quâ res vendita penes emptorem collocatur, ea lege, vt ſi quis intra certum tempus meliorem conditionem adferat, res ſit inempta: quod duobus modis fit, vno vt pura venditio ſit, quæ reſoluatur ſub conditione: altero, quo conditionalis emptio eſt.

Primo caſu rei dominium in

Digitized by Google

emptorem interim tranſit, ſi venditor ſit dominus; aut poſſeſſio, aut vſucapiendi conditio, ſi non ſit dominus: meliore autem allata conditione, ipſo iure reuertitur ad venditorem, *l. 2. & 3. hoc tit. l. ſi quis 41. D. de rei vindicat.*

Secundo caſu non tranſit dominium, nec eſt perfecta venditio, niſi poſt diei lapſum.

Cæterum notandum, hæc tria verba, *Addicere, adiicere, & abiicere*, quæ in hoc titulo frequenter occurrunt, maximè inter ſe differre: Addicere enim, eſt rem collocare penes emptorem, vulgo *Eſtrouſſer*: adijcere eſt meliorem conditionem adferre, vulgo, *encherir*; abijcere, eſt meliorem conditionem allatam repudiare.

qua venditor ſtipulanti emptori promittit, ſe reſtituturum omnia quæ ex hæreditate defuncti ad eum peruenerint, & contra emptor ſtipulanti venditori, ſe omnia onera hæreditaria ſuſcepturum, efficitur vt nomine hæredis penes venditorem remanente, effectus hæreditatis ad emptorem tranſeat, cui tamen emptori ex ſola hæreditatis vel nominis venditione actiones non competunt, niſi eas venditor ceſſerit, quamquam vtiles etiam ſine ceſſione dentur ex reſcripto Diui Pij, *l. Si cum Emptore 16. D. de Pactis.*

Notandum eſt poſt venditionem hæreditatis, nihilominus à creditoribus hæreditariis, conueniri poſſe hæredem, quia venditio hæreditatis eum non liberat, ſed id quod præſtitit creditoribus, ab emptore conſequitur actione ex ſtipulatu: quod intelligendum eſt de priuato, qui vendit hæredita-

Digitized by Google

tem : fiſco enim vendente, ſolus emptor conuenitur. *l.* 1. *&* 2. *Cod. hoc tit.*

TITVLVS V.

De reſcindenda venditione, & quando liceat ab emptione diſcedere.

VEnditio jure perfecta, variis ex cauſis reſcindi poteſt: contrario enim conſenſu contrahentium, ſi res adhuc integra ſit, vel re non integra, omnibus in contrarium actis, & reſtitutis, reſoluitur. *l.* 2. *&* 3. *hic. l.* 1. *&* 2. *Cod. quando liceat ab emptione diſcedere.*

Secundò, ſi dolo vnius ex contrahentibus, vel vi, aut metu illato, Emptio contracta ſit: *l.* 1. 5. *&* 10. *Cod. hoc tit.*

Tertiò, ſi læſus ſit venditor vltra dimidiam iuſti pretij, quæ cauſa in venditore tantum locum habet, non in emptore, *l.* 2. *&* 8. *Cod. de reſcindenda venditione.*

Digitized by Google

TITVLVS III.

De lege Commiſſoria.

LEx Commiſſoria eſt conuentio quæ venditioni adiicitur, vt ſi intra certum tempus pretium non fuerit numeratũ, res ſit inempta: *l. 2. & 4. hoc tit.* Cuius conuentionis hæc vis eſt, vt ad diem non ſoluto pretio, reſoluatur omnino emptio, niſi malit venditor contractui ſtare: In eius enim arbitrio ſitum eſt, legem Commiſſoriam exercere, ſi velit, aut ei renuntiare: Hæc enim pactio in fauorem venditoris ſolius adijcitur. *l. 2. 3. & 7. hoc tit.* Quod & in addictione in diem locum habet, *l. Sabinus, de in diem addict.*

Quoniam autem in his duobus pactis id agitur, vt reſoluatur emptionis contractus, dubitatum fuit à veteribus, an ex ijs daretur actio

Digitized by Google

ex vendito, an verò actio præſcriptis verbis, ſiue in factum, tanquam ex contractu innominato, qua in quæſtione diſſentiebant Sabiniani à Proculeianis, ſed ex conſtitutionibus Seueri & Antonini obtinuit, vt vtraque actione experiri liceret, *l.* 4. *in princ. hoc tit. l. Si conuenit, infrà de reſcind. Vend. l.* 2. *Cod. de pactis inter emptorem & Vendit.*

TITVLVS IV.

De Hæreditate, vel actione vendita.

NOn tantum corpora & res certæ vendi poſſunt, ſed & res incorporales, puta nomina, actiones, & hæreditates: quamquam enim hæc regula juris ſit certiſſima, *qui ſemel eſt hæres, numquam deſinit eſſe hæres*, ac proinde videatur hæreditatem vendi non poſſe, beneficio tamen ſtipulationis, emptæ & venditæ hæreditatis,

TITVLVS III.

De lege Commiſſoria.

LEx Commiſſoria eſt conuentio quæ venditioni adiicitur, vt ſi intra certum tempus pretium non fuerit numeratū, res ſit inempta: *l. 2. & 4. hoc tit.* Cuius conuentionis hæc vis eſt, vt ad diem non ſoluto pretio, reſoluatur omnino emptio, niſi malit venditor contractui ſtare: In eius enim arbitrio ſitum eſt, legem Commiſſoriam exercere, ſi velit, aut ei renuntiare: Hæc enim pactio in fauorem venditoris ſolius adijcitur. *l. 2. 3. & 7. hoc tit.* Quod & in addictione in diem locum habet, *l. Sabinus, de in diem addict.*

Quoniam autem in his duobus pactis id agitur, vt reſoluatur emptionis contractus, dubitatum fuit à veteribus, an ex ijs daretur actio

ex vendito, an verò actio præſcriptis verbis, ſiue in factum, tanquam ex contractu innominato, qua in quæſtione diſſentiebant Sabiniani à Proculeianis, ſed ex conſtitutionibus Seueri & Antonini obtinuit, vt vtraque actione experiri liceret, *l. 4. in princ. hoc tit. l. Si conuenit, infrà de reſcind. Vend. l. 2. Cod. de pactis inter emptorem & Vendit.*

TITVLVS IV.

De Hæreditate, vel actione vendita.

NOn tantum corpora & res certæ vendi poſſunt, ſed & res incorporales, puta nomina, actiones, & hæreditates: quamquam enim hæc regula juris ſit certiſſima, *qui ſemel eſt hæres, numquam deſinit eſſe hæres*, ac proinde videatur hæreditatem vendi non poſſe, beneficio tamen ſtipulationis, emptæ & venditæ hæreditatis,

TITVLVS III.

De lege Commiſſoria.

LEx Commiſſoria eſt conuentio quæ venditioni adiicitur, vt ſi intra certum tempus pretium non fuerit numeratū, res ſit inempta: *l. 2. & 4. hoc tit.* Cuius conuentionis hæc vis eſt, vt ad diem non ſoluto pretio, reſoluatur omnino emptio, niſi malit venditor contractui ſtare: In eius enim arbitrio ſitum eſt, legem Commiſſoriam exercere, ſi velit, aut ei renuntiare: Hæc enim pactio in fauorem venditoris ſolius adijcitur. *l. 2. 3. & 7. hoc tit.* Quod & in addictione in diem locum habet, *l. Sabinus, de in diem addict.*

Quoniam autem in his duobus pactis id agitur, vt reſoluatur emptionis contractus, dubitatum fuit à veteribus, an ex ijs daretur actio

ex vendito, an verò actio præſcriptis verbis, ſiue in factum, tanquam ex contractu innominato, qua in quæſtione diſſentiebant Sabiniani à Proculeianis, ſed ex conſtitutionibus Seueri & Antonini obtinuit, vt vtraque actione experiri liceret, *l. 4. in princ. hoc tit. l. Si conuenit, infrà de reſcind. Vend. l. 2. Cod. de pactis inter emptorem & Vendit.*

TITVLVS IV.

De Hæreditate, vel actione vendita.

NOn tantum corpora & res certæ vendi poſſunt, ſed & res incorporales, puta nomina, actiones, & hæreditates: quamquam enim hæc regula juris ſit certiſſima, *qui ſemel eſt hæres, numquam deſinit eſſe hæres*, ac proinde videatur hæreditatem vendi non poſſe, beneficio tamen ſtipulationis, emptæ & venditæ hæreditatis,

Digitized by Google

TITVLVS III.

De lege Commiſſoria.

LEx Commiſſoria eſt conuentio quæ venditioni adiicitur, vt ſi intra certum tempus pretium non fuerit numeratũ, res ſit inempta: *l. 2. & 4. hoc tit.* Cuius conuentionis hæc vis eſt, vt ad diem non ſoluto pretio, reſoluatur omnino emptio, niſi malit venditor contractui ſtare: In eius enim arbitrio ſitum eſt, legem Commiſſoriam exercere, ſi velit, aut ei renuntiare: Hæc enim pactio in fauorem venditoris ſolius adijcitur. *l. 2. 3. & 7. hoc tit.* Quod & in addictione in diem locum habet, *l. Sabinus, de in diem addict.*

Quoniam autem in his duobus pactis id agitur, vt reſoluatur emptionis contractus, dubitatum fuit à veteribus, an ex ijs daretur actio

ex vendito, an verò actio præſcriptis verbis, ſiue in factum, tanquam ex contractu innominato, qua in quæſtione diſſentiebant Sabiniani à Proculeianis, ſed ex conſtitutionibus Seueri & Antonini obtinuit, vt vtraque actione experiri liceret, *l.* 4. *in princ. hoc tit. l. Si conuenit, infrà de reſcind. Vend. l.* 2. *Cod. de pactis inter emptorem & Vendit.*

TITVLVS IV.

De Hæreditate, vel actione vendita.

NOn tantum corpora & res certæ vendi poſſunt, ſed & res incorporales, puta nomina, actiones, & hæreditates: quamquam enim hæc regula juris ſit certiſſima, *qui ſemel eſt hæres, numquam deſinit eſſe hæres*, ac proinde videatur hæreditatem vendi non poſſe, beneficio tamen ſtipulationis, emptæ & venditæ hæreditatis,

Digitized by Google

qua venditor ſtipulanti emptori promittit, ſe reſtituturum omnia quæ ex hæreditate defuncti ad eum peruenerint, & contra emptor ſtipulanti venditori, ſe omnia onera hæreditaria ſuſcepturum, efficitur vt nomine hæredis penes venditorem remanente, effectus hæreditatis ad emptorem tranſeat, cui tamen emptori ex ſola hæreditatis vel nominis venditione actiones non competunt, niſi eas venditor ceſſerit, quamquam vtiles etiam ſine ceſſione dentur ex reſcripto Diui Pij, *l. Si cum Emptore 16. D. de Pactis.*

Notandum eſt poſt venditionem hæreditatis, nihilominus à creditoribus hæreditariis, conueniri poſſe hæredem, quia venditio hæreditatis eum non liberat, ſed id quod præſtitit creditoribus, ab emptore conſequitur actione ex ſtipulatu: quod intelligendum eſt de priuato, qui vendit hæredita-

Digitized by Google

tem: fiſco enim vendente, ſolus emptor conuenitur. *l.* 1. *&* 2. *Cod. hoc tit.*

Titvlvs V.

De reſcindenda venditione, & quando liceat ab emptione diſcedere.

VEnditio jure perfecta, variis ex cauſis reſcindi poteſt: contrario enim conſenſu contrahentium, ſi res adhuc integra ſit, vel re non integra, omnibus in contrarium actis, & reſtitutis, reſoluitur. *l.* 2. *&* 3. *hic. l.* 1. *&* 2. *Cod. quando liceat ab emptione diſcedere.*

Secundò, ſi dolo vnius ex contrahentibus, vel vi, aut metu illato, Emptio contracta ſit: *l.* 1. 5. *&* 10. *Cod. hoc tit.*

Tertiò, ſi læſus ſit venditor vltra dimidiam iuſti pretij, quæ cauſa in venditore tantum locum habet, non in emptore, *l.* 2. *&* 8. *Cod. de reſcindenda venditione.*

Sunt & aliæ cauſæ, quæ continentur in tribus vltimis legibus Codicis, quarum quia moribus noſtris nullus vſus, ſufficiet eas indicaſſe.

TITVLVS VI.

De periculo & commodo rei venditæ.

PErfecta ſemel venditione, periculum & commodũ rei venditæ, emptorem ſpectat, non venditorem; niſi aliud conuenerit: §. 3. *Inſtit. de emptione & venditione.* Quoniam autem vulgò dici ſolet venditionẽ ſolo conſenſu perfici, & ideo ſimul atque de re & pretio conuenit, periculum pertinere ad emptorem, quod tamen ita generaliter enunciatum, non eſt perpetuò verum: Vt ſciatur quando periculũ pertineat ad emptorem, & quando perfecta ſit emptio, ſic

Digitized by Google

eſt diſtinguendum. Aut venditio eſt conditionalis, aut pura. Si conditionalis, non eſt perfecta, niſi poſt conditionis euentum: Et ideo ſi res perierit ante conditionis euentum, perit venditori. Aliud eſt, ſi deterior tantùm facta ſit. *l. neceſſario* 8. *hoc tit.*

Si pura ſit venditio, diſtinguendum eſt inter corpora certa, & res, quæ pondere, numero, & menſura conſtant: nam in corporibus certis ſtatim perficitur venditio ſolo conſenſu, & periculum ad ſolum emptorem pertinet, licet res tradita non ſit: *dicto* §. *Inſtit.*

In rebus autem, quæ pondere, numero, & menſura conſtant, diſtinguendum eſt: aut enim vænierunt auerſione, quo caſu ſolo conſenſu perficitur venditio, etiam quoad periculum; vel venditæ ſunt ad menſuram, quo caſu non priùs cenſetur perfecta venditio,

quàm res adpenſæ, admenſæ, adnumeratæue fuerint, *l. quod ſæpe*, 35. §. *In his*, *D. de contrahenda emptione*, *l.* 1. *hoc tit.* Quarum diſtinctionũ rationes, ne longius quam par eſt, hic Tractatus excurrat, ſtudioſis relinquimus eruendas ex textibus ſuprà citatis.

Longè autem à communi ſententia recedit Cujacius, exiſtimatque rei venditæ periculum ad venditorem pertinere ante traditionem: *In explicatione l. ſi fundus*, 33. *D. Locati*, *Tract.* 8. *ad Afric.*

TITVLVS VII.

De Seruis exportandis, vel ſi ita mancipium vænierit, vt manumittatur, vel contra.

QVoniam pacta, quæ adhibentur venditionibus mancipiorum, quædam ſpecialia habent, Ideo ſeparatus proponitur

Digitized by Google

titulus, *de Seruis exportandis*. Et hoc in primis ſpeciale habent, vt perſonis ſeruorum inhæreat, eaſque ita afficiant, vt contra huiuſmodi pacta, quæ fiunt, nullius momenti ſint; puta ſi venditus ſit ſeruus ne manumittatur, nunquam manumitti poteſt, quamuis ad diuerſos dominos peruenerit, *l. pen. & vlt. Cod. ſi Mancipium fuerit ita alien. vt manumit. vel contra.*

Item, Seruus venditus ea lege, vt manumittatur, liber fit ipſo iure poſt moram emptoris, ex conſtitutione diuorum Marci & Commodi, ad Aufidium Victorinum, *l. 2. Cod. ſi Mancipium ita fuerit alienatum.* Quæ conſtitutio primùm habuit tantum locum in venditionibus, ſed poſtea interpretatione prudentum, ad ſeruos etiam donatos, & omnes contractus, pertracta eſt: *l. Paulus 38. D. de liberali cauſa.*

Item, ſi ſeruus exportandus,

venditus ſit, vel non exportandus, & emptor contra legem fecerit, venditor manus injectionem habet, ſi ita conuenerit, aut ea omiſſa ſeruus efficitur fiſci, pœnam petente venditore, ſi quam ſtipulatus ſit, *l. 2. Cod. Si ſeruus exportatus væneat.*

LIBER XIX.

TITVLVS I.

De actionibus Empti & Venditi.

EX contractu emptionis duplex oritur actio: Empti ſcilicet & venditi. Vtraque bonæ fidei.

Actio Empti competit Emptori aduerſus venditorem, eaque cogitur venditor rem ipſam tradere,

Digitized by Google

ſi habeat, itemque omnes fructus & rei acceſſiones, à tempore emptionis perfectæ. *l.* 3. *l. Ex empto,* 11. *hoc tit.* Vel ſi rem non tradiderit venditor, præſtare debet emptori, quod eius intereſt, id eſt vtilitatem omnẽ quam habuiſſet, ſi ei tradita fuiſſet: Vtilitatem inquam, quæ circa rẽ ſit, vt loquitur *l. ſi ſterilis*, §. *cum venditorem, hoc tit.* Nam quæ extra rem eſt, numquam præſtatur, niſi propter dolum venditoris: tunc enim extrarij lucri ratio habetur. Id vero quod intereſt, aliquando pluris, aliquando minoris, quam pretium; aliquando idem, *l.* 1. *hic in princip.* taxaturque vel jureiurando in litem, vel arbitrio judicis.

Actio venditi competit venditori aduerſus emptorem, in eamque veniunt pretium, itemque vſuræ pretij, ex conuentione, vel ex mora, quæ maximè contrahitur per interpellationem factam poſt rei

traditionem, *l. Iulianus*, *§. Ex vendito cum ſequentibus h. titul. l. 5. Cod. de pactis inter emptorem & venditorem.*

Titvlvs II.

Locati Conducti.

EMptioni ſimilis eſt locatio conductio, quæ nihil aliud eſt quàm conuentio, quâ quid datur vtendum fruendum, vel faciendum ſub certa mercede.

Qui dat vtendum fruendum, vel faciendum loator eſt, eique locati competit actio: qui ſuſcipit, conductor, eique Conducti.

In eo præcipuè differt locatio ab Emptione, quod Emptionis cauſa perpetua eſt, locationis temporaria, & vt plurimum in quinquennium tantū, non vero vltra. Deinde Conductor quibuſdam caſibus à locatore expelli, poteſt, qui enu-

merantur *in l. Æde, Cod. hoc tit.* Emptor autem qui ſemel rem na-ctus eſt, à venditore expelli non poteſt, etiamſi pretium non ſol-uat; *l. 1. Cod. de Act. Empti, toto tit. D. de except. rei vend. & trad.*

Conductio alia eſt expreſſa, alia tacita. Tacita eſt, cum Conductor impleto locationis tempore, re-manſit in conductione, voluntate locatoris, *l. Item quæritur, §. Qui impleto, hoc tit.*

TITVLVS III.

De Æſtimatoria. IV. De rerum per-mutatione. V. De præſcriptis ver-bis & in factum actionibus.

SVperioribus actionibus nomi-natis ſimiles ſunt actiones in factum & præſcriptis verbis, qua-rum introducendarum rationem & vſum vt quilibet intelligere poſ-ſit, Sciendum eſt, iuris ſui perſe-

quendi in judicio, actioniſque ordinandæ modum non fuiſſe apud Romanos incertum, nec ex arbitrio litigantium pependiſſe, ſed ſolemnem & certum: vniuſcuiuſque enim actionis, ſiue ex contractu, ſiue ex delicto deſcendentis, erat certa & ordinaria formula, iure ciuili introducta, quâ quiſque experiri deberet, eratque certus & definitus actionum numerus.

Sed quoniam fieri non poterat, vt omnium negotiorũ propria formula conſtitueretur, plura enim ſunt negotia, quam nomina, vt loquitur Iuriſconſultus in *lege*. 4. *D. de præſcriptis verbis*.

Et quædam ſunt, vt ita dicam, ambigua, & ex diuerſorum contractuum natura participantia, vt de nomine contractûs dubitetur, eiuſque proprium nomen inueniri nõ poſſ t. Ideo vtilitate & æquitate exigente receptum eſt interpretatione prudentum, vt ceſſantibus

Digitized by Google

vulgaribus & proditis actionibus darentur actiones in factũ & præſcriptis verbis, quarum non eſſet ſemper vna aut certa formula, ſed quæ rei geſtæ narrationem contineret, & in factum conciperetur, aut ex præſcriptis conuentionis inter contrahentes initæ verbis: *l.* 1. *D. de æſtimatoria. lib.* 2. *&* 11. *D. de præſcriptis verbis.*

Actio igitur in factum, eſt actio vtilis, quæ ex contractu innominato, ſimilitudinem cum nominato habente, datur, quibus apparet omnem actionẽ præſcriptis verbis eſſe actionem in factum, non contra, quia actio in factum, etiam locum habet in delictis. Contractus autẽ innominati, licet innumeri ſint, & multò plures quàm nominati, omnes tamen ad quatuor genera rediguntur, videlicet, *do vt des, do vt facias, facio vt facias, facio vt des, l.* 5. *hoc tit.*

ficiente : dicta *l.* 5. §. *quod ſi faciam,* & *l. ſolent, hoc tit.*

Omnium igitur actionum, quibus homines inter ſe agunt, hic ordo eſt, vt primum inſpiciatur, an competat actio ciuilis directa, Id eſt, expreſſis verbis, lege introducta: Ea deficiente, datur vtilis ciuilis in factum, vel præſcriptis verbis, in caſibus ſimilibus: Et hac quoque deficiente, vt in omnibus caſibus diſſimilibus, hoc eſt, nullam ſimilitudinem cum nominatis habentibus, inſpicitur an aliqua ſit actio ex edicto Prætoris introducta, quæ & in factum actio appellatur, eiuſque innumera exempla ſunt, vt actio de dejectis & effuſis: Et his deficientibus, ſubſidiaria actio de dolo datur: Eaque denique deficiente, vel propter qualitatem perſonarum, vel quia re-uera dolus non interuenit, datur actio in factum prætoria decretalis, quæ cum cauſæ cognitione datur,

tur, & eſt vltimum rei ſuæ perſequendæ remedium.

Actionum præſcriptis verbis duæ ſunt bonæ fidei, quæ proprios & ſpeciales habent titulos, videlicet æſtimatoria, & ea quæ ex permutatione datur, §. *Actionum, Inſtit. de Actionibus*: Cæteræ omnes ſunt ſtricti juris, & vocantur vt plurimum actiones incertæ, ſeu incerti, ſiue quod earum incerta ſit formula & innominata actio, ſiue quia ferè ſemper agitur in id quod intereſt, quod eſt ſemper incertum, vtpote in facto conſiſtens. *l. Quatenus* 24. *D. de reg. Iuſt.*

Do ut des eſt conuentio, qua res aliqua pro re datur: quæ conuentio ſpecialiter permutatio appellatur, quamuis permutationis verbum generale ſit & ad omnes contractus pertineat.

Similis eſt emptioni venditioni, ideoque ex ea datur actio in factum, ad ſimilitudinem Empti & venditi: Ab ea autem differt primum, quia in hac vtrinque res datur, in venditione ſecus.

Secundò venditio ſolo conſenſu perficitur, permutatio nonniſi re ſequuta, quod commune habet cum omnibus contractibus innominatis.

Tertio, In venditione non eſt neceſſarium vt venditor rei dominium transferat, ſed ſufficit poſſeſſionem tradere: Et ideo rei alienæ venditio valet, in permutatione vtrinque dominium transferri debet, & ideo, ſi res aliena detur, non perficitur permutatio, ſed ei

qui rem ſuam dedit datur vel rei ſuæ condictio. Vel actio præſcriptis verbis, vt conſequatur quod ſua intereſt. Videnda *l.* 1. *Cod. D. de rerum permutatione, l.* 1. *Cod. eod. l.* 5. *naturalis*, §. *Etſi quidem, hoc tit.*

Do vt facias eſt conuentio quâ res datur vt aliquid fiat, quæ conuentio ſimilis eſt locationi, ideoque datur actio præſcriptis verbis. Quemadmodum ab ea differat, videndum *in l. naturalis*, §. *Cum do.*

Facio vt facias eſt conuentio, quâ aliquid fit, vt aliquid fiat: quæ ſimilis eſt mandato: *d. l.* 5. §. *ſed ſi facio.*

Facio vt des eſt contractus, ſeu conuentio, quâ quid fit, vt aliquid detur, quæ nulli nominato contractui ſimilis eſt, Ideoque non datur actio ciuilis in factum, vel præſcriptis verbis, ſed actio ſubſidiaria de dolo datur, aut in factum prætoria decretalis, quaſi omni alia de-

Do vt des eſt conuentio, qua res aliqua pro re datur: quæ conuentio ſpecialiter permutatio appellatur, quamuis permutationis verbum generale ſit & ad omnes contractus pertineat.

Similis eſt emptioni venditioni, ideoque ex ea datur actio in factum, ad ſimilitudinem Empti & venditi: Ab ea autem differt primum, quia in hac vtrinque res datur, in venditione ſecus.

Secundò venditio ſolo conſenſu perficitur, permutatio nonniſi re ſequuta, quod commune habet cum omnibus contractibus innominatis.

Tertio, In venditione non eſt neceſſarium vt venditor rei dominium transferat, ſed ſufficit poſſeſſionem tradere: Et ideo rei alienæ venditio valet, in permutatione vtrinque dominium transferri debet, & ideo, ſi res aliena detur, non perficitur permutatio, ſed ei

qui rem ſuam dedit datur vel rei ſuæ condictio. Vel actio præſcriptis verbis, vt conſequatur quod ſua intereſt. Videnda *l. 1. Cod. D. de rerum permutatione, l. 1. Cod. eod. l. 5. naturalis, §. Etſi quidem, hoc tit.*

Do vt facias eſt conuentio quâ res datur vt aliquid fiat, quæ conuentio ſimilis eſt locationi, ideoque datur actio præſcriptis verbis. Quemadmodum ab ea differat, videndum *in l. naturalis, §. Cum do.*

Facio vt facias eſt conuentio, quâ aliquid fit, vt aliquid fiat: quæ ſimilis eſt mandato: *d. l. 5. §. ſed ſi facio.*

Facio vt des eſt contractus, ſeu conuentio, quâ quid fit, vt aliquid detur, quæ nulli nominato contractui ſimilis eſt, Ideoque non datur actio ciuilis in factum, vel præſcriptis verbis, ſed actio ſubſidiaria de dolo datur, aut in factum prætoria decretalis, quaſi omni alia de-

Do ut des eſt conuentio, qua res aliqua pro re datur: quæ conuentio ſpecialiter permutatio appellatur, quamuis permutationis verbum generale ſit & ad omnes contractus pertineat.

Similis eſt emptioni venditioni, ideoque ex ea datur actio in factum, ad ſimilitudinem Empti & venditi: Ab ea autem differt primum, quia in hac vtrinque res datur, in venditione ſecus.

Secundò venditio ſolo conſenſu perficitur, permutatio nonniſi re ſequuta, quod commune habet cum omnibus contractibus innominatis.

Tertio, In venditione non eſt neceſſarium vt venditor rei dominium transferat, ſed ſufficit poſſeſſionem tradere: Et ideo rei alienæ venditio valet, in permutatione vtrinque dominium transferri debet, & ideo, ſi res aliena detur, non perficitur permutatio, ſed ei

qui rem ſuam dedit datur vel rei ſuæ condictio. Vel actio præſcriptis verbis, vt conſequatur quod ſua intereſt. Videnda *l.* 1. *Cod. D. de rerum permutatione*, *l.* 1. *Cod. eod. l.* 5. *naturalis*, §. *Etſi quidem*, *hoc tit.*

Do vt facias eſt conuentio quâ res datur vt aliquid fiat, quæ conuentio ſimilis eſt locationi, ideoque datur actio præſcriptis verbis. Quemadmodum ab ea differat, videndum *in l. naturalis*, §. *Cum do.*

Facio vt facias eſt conuentio, quâ aliquid fit, vt aliquid fiat: quæ ſimilis eſt mandato: *d. l.* 5. §. *ſed ſi facio.*

Facio vt des eſt contractus, ſeu conuentio, quâ quid fit, vt aliquid detur, quæ nulli nominato contractui ſimilis eſt, Ideoque non datur actio ciuilis in factum, vel præſcriptis verbis, ſed actio ſubſidiaria de dolo datur, aut in factum prætoria decretalis, quaſi omni alia de-

Do ut des eſt conuentio, qua res aliqua pro re datur: quæ conuentio ſpecialiter permutatio appellatur, quamuis permutationis verbum generale ſit & ad omnes contractus pertineat.

Similis eſt emptioni venditioni, ideoque ex ea datur actio in factum, ad ſimilitudinem Empti & venditi: Ab ea autem differt primum, quia in hac vtrinque res datur, in venditione ſecus.

Secundò venditio ſolo conſenſu perficitur, permutatio nonniſi re ſequuta, quod commune habet cum omnibus contractibus innominatis.

Tertio, In venditione non eſt neceſſarium vt venditor rei dominium transferat, ſed ſufficit poſſeſſionem tradere: Et ideo rei alienæ venditio valet, in permutatione vtrinque dominium transferri debet, & ideo, ſi res aliena detur, non perficitur permutatio, ſed ei

qui rem ſuam dedit datur vel rei ſuæ condictio. Vel actio præſcriptis verbis, vt conſequatur quod ſua intereſt. Videnda *l.* 1. *Cod. D. de rerum permutatione, l.* 1. *Cod. eod. l.* 5. *naturalis*, §. *Etſi quidem, hoc tit.*

Do vt facias eſt conuentio quâ res datur vt aliquid fiat, quæ conuentio ſimilis eſt locationi, ideoque datur actio præſcriptis verbis. Quemadmodum ab ea differat, videndum *in l. naturalis*, §. *Cum do.*

Facio vt facias eſt conuentio, quâ aliquid fit, vt aliquid fiat: quæ ſimilis eſt mandato: *d. l.* 5. §. *ſed ſi facio.*

Facio vt des eſt contractus, ſeu conuentio, quâ quid fit, vt aliquid detur, quæ nulli nominato contractui ſimilis eſt, Ideoque non datur actio ciuilis in factum, vel præſcriptis verbis, ſed actio ſubſidiaria de dolo datur, aut in factum prætoria decretalis, quaſi omni alia de-

ficiente : dicta *l. 5. §. quod ſi faciam, & l. ſolent, hoc tit.*

Omnium igitur actionum, quibus homines inter ſe agunt, hic ordo eſt, vt primum inſpiciatur, an competat actio ciuilis directa, Id eſt, expreſſis verbis, lege introducta : Ea deficiente, datur vtilis ciuilis in factum, vel præſcriptis verbis, in caſibus ſimilibus : Et hac quoque deficiente, vt in omnibus caſibus diſſimilibus, hoc eſt, nullam ſimilitudinem cum nominatis habentibus, inſpicitur an aliqua ſit actio ex edicto Prætoris introducta, quæ & in factum actio appellatur, eiuſque innumera exempla ſunt, vt actio de dejectis & effuſis: Et his deficientibus, ſubſidiaria actio de dolo datur : Eaque denique deficiente, vel propter qualitatem perſonarum, vel quia reuera dolus non interuenit, datur actio in factum prætoria decretalis, quæ cum cauſæ cognitione datur,

Digitized by Google

tur, & eſt vltimum rei ſuæ perſequendæ remedium.

Actionum præſcriptis verbis duæ ſunt bonæ fidei, quæ proprios & ſpeciales habent titulos, videlicet æſtimatoria, & ea quæ ex permutatione datur, §. *Actionum, Inſtit. de Actionibus:* Cæteræ omnes ſunt ſtricti juris, & vocantur vt plurimum actiones incertæ, ſeu incerti, ſiue quod earum incerta ſit formula & innominata actio, ſiue quia ferè ſemper agitur in id quod intereſt, quod eſt ſemper incertum, vtpote in facto conſiſtens. *l. Quatenus* 24. *D. de reg. Iuſt.*

QVARTA PARS PANDECTARVM.

LIBER XX.

TITVLVS I.

De Pignoribus & hypothecis, qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum.

SECVNDVM ordinem initio tertiæ partis propoſitũ, in qua de actionibus in perſonam agi cœptum eſt, ſuperioribus obligationum ſpeciebus, quæ ſolo conſenſu contrahuntur, ſubiungi deberet Tractatus de Nuptiis, quæ & ipſæ conſenſu perficiuntur, vt eo abſoluto, ad reliquas actiones perſonales, ex quaſi contractibus deſcendẽtes, tranſitus fieret: Sed quoniam quædam ſunt omnium fere negotiorũ commu-

Digitized by Google

nia, vel acceſſoria, quæ commodiſſimè proinde ad calcem totius operis reijci poterant, vt quondam fuere in Edicto perpetuo, & hodie extant in Codice Iuſtinianeo, quæ tamen maiorem cum præcedentibus connexionem habere, videntur, Ideo Iuſtinianus ea in initio huius quartæ partis, tanquam in vmbilico totius operis, tribus ſingularibus diſtincta libris aptius collocata exiſtimauit, *l. 2. §. quartus, Cod. de veteri jure enucleando*. Sunt autem hæc tria.

1. Tractatus de pignoribus & hypothecis ſeu de actione hypothecaria quæ maximam affinitatem imo connexionem quaſi neceſſariam habet cum pigneratitia actione iam ſupra expoſita.

2. Tractatus de Ædilitiis actionibus & ſtipulatione duplæ euictionis nomine quæ contractum emptionis & venditionis maxime reſpiciunt.

3. Tractatus de probationibus omnibus inſeruiens.

Quod attinet ad actionem hypothecariam, de qua eſt totus liber 20. definiri poteſt, Actio in rem prætoria arbitraria, quâ creditor, rei ſibi pigneratæ poſſeſſionem à quocumque poſſeſſore auocat, vt ex eius diſtractione conſequi poſſit quod ſibi debetur: quæ actio vtilis Seruiana & quaſi Seruiana appellatur, quia ad exemplum Seruianæ actionis introducta eſt: cùm enim ad pignus perſequendum, nulla creditori aduerſus extraneum, pigneratæ rei poſſeſſorem, iure antiquo actio competeret, Seruius Prætor primus introduxit, vt domino prædij, cui colonus, res inductas & illatas in Prædium, pignori obligaſſet, actio in rem competeret in quemcũque poſſeſſorem, quod ſequentes Prætores imitati, animaduertentes eandem eſſe concedendæ actionis ra-

Digitized by Google

tionem cuilibet creditori, ad quodlibet genus pignoris perſequendũ, introduxerunt generaliter, vt creditori cuilibet, ad perſequenda pignora hypothecaſue, competeret actio in rem, quæ quia ad exemplum Seruianæ introducta eſt, vtilis Seruiana appellatur: §. *Item Seruiana, Inſtit. de actionibus.*

Vocatur etiam hæc actio aliquando Pigneratitia, vt *in l. Si Titio, hoc tit. & in l. Rem alienam: D. de pigneratitia actione.* Quamquam multum à pigneratitia propriè ſumpta, differat: Pigneratitia enim eſt in perſonam, ciuilis, bonæ fidei: Hypothecaria eſt in rem, Prætoria, arbitraria. Pigneratitia numquam competit, niſi ſoluto debito, *l. 4. §. omnis, D. de pigneratitia act.* Hypothecaria tantum competit debito non ſoluto, eoque oblato euaneſcit.

Quoniam autem non aliter hæc actio competit, quam ſi iure pi-

gnus contractum fuerit, ideo initio huius libri, ſtatim proponitur titulus *de Pignoribus & Hypothecis, & qualiter ea contrahantur.*

Quod vt intelligatur, ſciendum eſt, Pignus aliud eſſe Prætorium, aliud Iudiciale, aliud Conuentionale.

Prætorium pignus conſtituitur per miſſionem in poſſeſſionem; quâ de re infra dicetur titulo, *Ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur.*

Iudiciale eſt quod in executione rei iudicatæ ab apparitoribus & executoribus litium capitur, de quo infrà, titulo *de re Iudicata.*

Conuentionale eſt, quod conuentione partium conſtituitur, idque vel conuentione nuda, & propriè Hypotheca dicitur, aut traditione, & propriè dicitur pignus: *dicto* §. *Item Seruiana, Inſtit. de actionibus, & l. 1. D. de Pignerat. act.*

Item Conuentio de pignore, alia eſt expreſſa, quæ dicitur manife-

ſtarium Pignus; alia tacita, de qua in titulo ſequenti.

Item Conuentio alia eſt generalis, quâ omnia bona, tam præſentia, quam futura, aliquis obligat: alia ſpecialis, qua rem ſpecialem obligat: inter quas omnes pignoris ſpecies, licet differentiæ multæ exiſtant, maximè ſi de contrahenda pignoris obligatione agatur, quantum tamen ad actionem Hypothecariam, nulla eſt differentia, quia de ijs omnibus pignorum generibus competere poteſt.

Vltima pars huius Rubricæ eſt de pactis Pignorum, quorum duo ſunt frequentiſſima, videlicet pactum Antichriſeos, & fiduciæ.

Antichriſis nihil aliud eſt, quàm pignus ea lege datum, vt fructus cedant lucro creditoris in vicem vſurarum, quæ conuentio iure ciuili permiſſa eſt. *l.* 11. §. 1. *hoc tit.* Iure canonico prohibita: *cap.* 1. *Extra, de Pign.* Eſtque ex ſententia

Cujacij duplex, expreſſa ſcilicet & tacita.

In Expreſſa, omnes fructus rei pertinent ad creditorem, etiamſi excedant legitimum vſurarũ modum. In Tacita autem ad modum legitimum vſurarum, tantum creditor fructus retinere poteſt: *l. Cùm debitor.* 8. *inf. In quibus cauſis pignus.*

Fiducia eſt pactum vel conuentio, quâ pignus penes creditorem ea lege conſtituitur, vt ſi intra certum tempus debitor pecuniam ſoluerit, cogatur creditor rem reſtituere debitori, ſi non ſoluerit, perpetuò remaneat res penes creditorem, in qua conuentione rei dominium in creditorem interim tranſibat.

Vocatur hæc pactio etiam lex Commiſſoria, eaque jure veteri obtinuit etiam in pignoribus, ſed conſtitutione Conſtantini prohibita eſt: *l. vlt. Cod. de pact. pign.*

Digitized by Google

TITVLVS II.

In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.

NOn tantũ pignoris obligatio expreſsâ conuentione contrahitur, ſed etiam tacitâ multis caſibus.

Primum fiſcus habet tacitã hypothecam in omnibus bonis eorum cum quibus contrahitur: *l. 1. & 2. Cod. hoc tit.*

Secundò, In locationibus vrbanorum prædiorum, omnia inuecta & illata in prædium, pignori cenſentur obligata pro penſionibus. In Ruſticis autem requiritur expreſſa conuentio, quamuis fructus prædij ſunt quoque tacitè pignori obligati, *l. 5. Certi juris, Codice de locato. l. de jure, & l. In prædiis ruſticis, hoc tit. & l. vlt. Cod. eod.*

Tertiò qui pecuniam credit ad

refectionem ædificij, Ius pignoris habet in eo, licet nihil conuenerit.

Sunt & alij plerique caſus: veluti Pupilli habent jus tacitæ hypothecæ in bonis tutorum: Mulier quoque habet tacitam hypothecam ex conſtit. Iuſtin. *l. vnica, Cod. de rei vxoriæ actione.*

Hoc genus pignoris quidam vocant legitimum, quia in omnibus ferè caſibus, quibus competit jus taciti pignoris, id ſpeciali lege indultum reperitur.

TITVLVS III.

Quæ res pignori, vel hypothecæ datæ, obligari non poſſint.

REgulariter quæcumque venditionem recipiunt, & pignerationem quoque, *l. 9. §. 1. ſupra de pignoribus & hypothecis:* Hoc eſt, res omnes quæ noſtræ

Digitized by Google

ſunt, & in commercio ſunt, pignorari poſſunt: Et contra quoque, quarum rerum prohibita eſt alienatio, earumdē & prohibita pigneratio. Exempla ſunt in fundo dotali & prædiis minorum; *l. vlt. Cod. de rebus alienis non alienandis.*

Dixi *Regulariter* quia aliquando contra obtinet, vt patet in fundo dotali, cuius conſentiente muliere, olim permiſſa erat alienatio, non tamen pigneratio. *Tit. Inſtit. Quibus alienare licet vel non, in principio.*

Notandum, ſpem præmiorum pignori obligari non poſſe, *l. 5. Cod. hoc tit.*

Item notandum, boues aratores, & inſtrumentū omne aratorium, quidquid denique ad agriculturam pertinet, pignori capi non poſſe ab executoribus litium. *l. Executores cum ſeq. & authentica, Agricultores. Cod. hoc tit.*

Denique notandum multa eſſe, quæ ſpecialiter pignori obligari

Digitized by Google

poſſunt, quæ tamen ſub generali hypotheca non continentur, vt ſunt ea omnia, quæ ad vſum quotidianum alicui neceſſaria ſunt, & quæ veriſimile non eſt quemquam ſpecialiter obligaturum fuiſſe, veluti ſuppellex, veſtis, Concubina, Alumni &c. *l.* 1. *C. quæ res pignori. obl.*

TITVLVS IV.

Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, & de his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.

POteſt res eadẽ duobus vel pluribus in ſolidum iure ac licite obligari, maximè ſi ſecundus quoq; creditor ſciat alij iam eſſe obligatã, vel debitor ignoret: ſi enim ſciens debitor ignoranti creditori ſecundo obligauerit, tenetur crimine ſtellionatus: licet enim jus pignoris creditori ſit acquiſitum, quia tamen deceptus eſt à debitore, hu-

Digitized by Google

ius deceptionis ratione eum perſequitur, vel actione pigneratitia ordinaria, vel extraordinaria, perſecutione criminis ſtellionatus: *l. Tutor* §. 1. *D. de Pigneratitia Actione.* Qua in re differt pigneratio à venditione, quia qui vendidit rem eandem duobus in ſolidum diuerſis contractibus, pœna falſi coercetur ex conſtitutione Adriani, *l. qui duobus* 21. *D. ad legem Corn. de falſis.*

Eſt & alia notanda differentia. Nam ſi quis duobus rem eandem vendiderit, in proprietatis quæſtione potior eſt is emptor, non qui prior emit, ſed is cui priori res tradita eſt, *l. quoties*, *Cod. de rei vindic. l. ſi duobus, D. de diuerſ. & temp. præſcript.*

In pignore autem is creditor potior eſt, cum quo de hypotheca prius conuenit, licet alteri res tradita poſtea fuerit.

Ratio differentiæ eſt, quia do-

minium non ſola conuentione, ſed traditione demum acquiritur: vulgata *l. Traditionibus C. de pactis*; nec emptio quidquam iuris in re emptori acquirit, ſed venditoris perſonam tantum obligat: At vero ſola conuentio pignoris, ius in re acquirit creditori, & ideo non inſpicitur, quis creditor prior rem nactus fuerit, ſed tantũ quis prior rem ſibi pignori eſſe pactus fuerit: quod tamen ita intelligendum eſt, vt neceſſe ſit, principalem obligationem jure præcedere, & perfectã eſſe, cui pignus accedat. Quamuis enim conuentio pignoris præcedat principalem obligationem, vt & fidejuſſor poteſt, non tamen res priùs cenſetur obligata, quàm perfecta jure obligatione principali; vnde qui pro pecunia quam crediturus erat, pignus accepit, vel de eo conuenit, non habet ius pignoris in re, niſi ex die quo numerata eſt pecunia: Et ideo, ſi alius

prius crediderit ſub eodem pignore, priori præfertur: & erat in poteſtate debitoris, pecuniam à priori non accipere. *l. potior* 11. *hoc tit.*

Aliud eſt in obligationibus, quæ ſolo conſenſu contrahuntur, quia in ijs non inſpicitur tempus, quo debitor aliquid debeat, & ab eo exigi poſſit, ſed tantum inſpicitur tempus conuentionis, *l.* 1. *l.* 9. *&* *dicta l.* 11. *hoc tit.*

Ex quibus conſtat quemadmodum accipi debeat vulgata illa regula juris: *Qui prior tempore eſt, potior eſt jure.* A qua Regula excipiendi ſunt quidam caſus.

Primus eſt in *l.* 7. *Cod. hoc tit.* Vbi qui credidit pecuniam ad rem comparandam, ſub conuentione pignoris eiuſdem rei, præfertur antiquiori, omnium bonorum hypothecam habenti.

Secundus eſt: qui pecuniam credidit ad rem pigneratam conſeruandam, præfertur antiquiori: *l.* 5. *&* 6. *hoc tit.*

Item dominus horreorum, & qui credidit pro mercedibus & vecturis mercium, potentior eſt antiquiori, *d. l. 6. §. penult. & vlt. hoc tit.*

Item vxor in repetenda dote, antiquioribus etiam creditoribus præfertur ex conſtitutione Iuſtiniani, *l. Aſsiduis, Cod. hoc tit.*

TITVLVS V.

De diſtractione Pignoris, vel hypothecæ.

EA eſt lex & natura pignoris, vt debitore non ſoluente, liceat creditori pignus diſtrahere, crediti conſequendi cauſa, quod adeo verum eſt, vt nequidem valeat pactio, ne creditori liceat diſtrahere: *l. 4. D. de pign. act.*

Diſtractio autem pignoris, ſi de eo diſtrahendo conuenerit, ſecundum id quod conuenit, facienda

Digitized by Google

eſt; ſi non conuenerit, debet creditor, ter denuntiare debitori, vt luat. *D. l. 4. de pignerat. act. & l. vlt. C. de jure donn. imp.*

Solebat item fieri pignorum proſcriptio progrãmate propoſito in locis publicis: *l. 6. Cod. de remiſſione pignoris*, vt ſcilicet pluris licitanti addiceretur, & nullo emptore reperto, creditor jus dominij à principe impetrabat. In quibus quædam innouauit Iuſtinianus. Videnda *lex vlt. Codicis de jure domin. impetr.*

Notandum eſt diſtrahente antiquiore creditore, & in extraneum rem pigneratam jure venditionis transferente, jus pignoris omnino extingui, nec poſterioribus creditoribus licere, oblato pretio rem ab emptore auocare. Aliud eſſet, ſi debitor ipſe diſtraheret, vel etiam creditor prior ſecundo creditori: *l. 3. hoc tit. & l. 1. Cod. Si antiquior creditor.*

TITVLVS VI.

Quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur.

QVoniam pignus alterius obligationis acceſſio eſt, nulla dubitatio eſt, quin ſublata principali obligatione, jus pignoris quoque ſoluatur, ſiue ipſo jure ſublata ſit obligatio, veluti ſolutione, acceptilatione, ſiue beneficio exceptionis, *l. 5. l. 6. hoc tit.*

Notandum tamen eſt, in Nouatione principalis obligationis, etiam priora pignora retineri poſſe, ſi ſpecialiter conuenerit, alioquin, ſi nihil conuenerit, tollitur jus pignoris, *l. Nouatione, D. de Nouationibus, l. Solutum, §. 1. D. de pigneratit. actione.* Quod accipiendum eſt de Nouatione voluntaria; neceſſaria enim pignora non liberantur, *l. vnica, Cod. Etiam ob*

Digitized by Google

Chirographariam pecuniam, l. Aliam, D. de Nouationibus.

Tollitur denique pignus Remiſſione, quæ vel expreſſa eſt, vel tacita, puta creditore conſentiente alienationi pignoris: *l. 4. §. 1. & l. 8. §. 1. hoc tit. toto titulo Codicis de remiſſione pignoris.* Denique extinguiitur pignus interitu rei, *l. ſicut, hoc tit.*

LIBER XXI.

TITVLVS I.

De Ædilitio Edicto, & redhibitione & quanti Minoris.

ÆDILITIVM Edictum, & Tractatus de Euictionibus, & Duplæ ſtipulatione, quæ totum hunc 21. Pandectarum librum occupant, ad Tra-

Digitized by Google

ctatum de Emptione & venditione, propriè pertinere, nemo eſt qui non videat.

Edicti Ædilitij auctores fuere Ædiles, de quorum Inſtitutione & numero, videndus Pomponius in *l. 2. §. Itemque 21. §. Denique cùm placuiſſet 26. & §. denique Gajus, D. de origine juris.*

Hi autẽ Ædiles præter omnium ædificiorum curam, etiam rerũ omnium vænalium ſollicitudinem habuiſſe videntur, proſpiciebantque ne qua fraus rerum venditionibus adhiberetur, & ea de re Edictum propoſuerunt, cuius tres ſunt partes.

Prima eſt de venditionibus Mancipiorum, vt ſi quis morboſum, aut vitioſum mancipium vendiderit ignoranti emptori, intra ſex menſes cogatur actione redhibitoria pretium reſtituere cum vſuris, & mancipium recipere: vel intra annum, actione æſtimatoria

præſtare emptori quanti minoris emiſſet, ſi vitium non ignoraſſet. (Morbus autem eſt habitus corporis contra naturam, qui vſum eius facit deteriorē: vitium eſt defectus citra morbum, qui miniſterium & vſum hominis impedit.)

Emptori igitur qui mancipium morboſum vel vitioſum emit ignorans, in venditorem dantur actiones ſupradictæ, ſcilicet Redhibitoria, & Æſtimatoria, ſiue quanti minoris, ex tribus potiſſimum de cauſis, videlicet ex reticentia, ſi ſcilicet venditor ſciuerit vitium, nec notum fecerit emptori, niſi tale ſit vitium, vel morbus, quod omnibus poſſit apparere, *l.* 14. §. *vlt. hoc tit.* Quod tamē locum non habet in his, quæ ad laudem ſerui pertinent, & commendandi gratia dicuntur, *l. ſciendum* 19. *hoc tit.*

Denique dantur hæ actiones ob id quod Emptori non repromittat venditor, ea quæ in rebus vænali-

Digitized by Google

bus repromitti, edictum Ædilium jubet, veluti fugitiuum, furem, erronem non eſſe, hodie eſſe, bibere rectè: de quibus omnibus, ſi non repromittat, cogitur re recepta, reſtituere pretium.

Notandum autem his actionibus locum tantum eſſe propter vitia corporis, non propter vitia animi, & ideo in Edicto expreſsè comprehenſum fuerat, venditorem cauere, furem non eſſe, fugitiuum non eſſe, *l.* 1. §. *vlt. cum tribus legibus ſequentibus*, *l.* 4. *In ſumma.*

Secunda pars Edicti eſt de Iumentis & pecoribus venditis, quæ ſi vitioſa aut morboſa vendita ſint, eadem obtinent quæ ſuprà diximus de mancipiis, eo præterea addito, etiam ornamentorum detractorum ratione, locum eſſe actioni redhibitoriæ intra duos menſes, vide *l. Ædiles* 38. *hoc tit.*

Quamquam autem ſi verba Edicti ſpectes, relata in *l.* 1. §. 1. *&*

Digitized by Google

in l. 38. Ædilium Edictum videatur tantum pertinere ad venditionem mancipiorum, & animalium, certum tamen eſt ad res omnes pertinere, etiam inanimatas, tam mobiles, quam immobiles: *l.* 1. *& l. etiam* 49. *hoc tit.* Nec tantum in venditione proprietatis, ſed etiam in venditione vſusfructus, *l. ſi tamen*, §. *non ſolum*, *hoc tit.*

Non eſt omittendum, actiones Ædilitias eſſe arbitrarias, & niſi paritum fuerit,in duplum condemnationem fieri, *l.* 45. *hoc tit.* Denique eſſe temporales, & tempore excluſum à redhibitoria,non excludi ab æſtimatoria, quia diuturnior eſt, *l. ſi tamen*, §. *non nocebit*, *hoc tit.* Aliud eſt, ſi alia ratione excluſus ſit, *l. Si is qui hæres*, §. 1. *D. de exceptione rei iudicatæ.*

Tertia parte Edicti cauebatur, vt ſi quis feram habuiſſet in eo loco, quo vulgo iter fieri ſolebat, & nocitum fuiſſet libero homini, te-

Digitized by Google

neretur quanti æquum videretur judici: ſi liber homo occiſus fuiſſet, ducentos præſtaret ſolidos, cæterarum rerum datione, quanti damnum datum factumue eſſet, in duplum teneretur. Vide *legem vt enim 40. cum ſeq. hoc tit.*

Si quæras, cur actiones Ædilitiæ introductæ fuerint, cum etiam competerent actiones ex empto ex ijſdem cauſis: rationem reddit Cujacius *hic in Paratitl.*

TITVLVS II.

De Euictionibus, & duplæ ſtipulatione.

CAutum quoque fuerat Edicto Ædilium, vt ſtipulatio duplæ euictionis nomine, venditionibus insereretur, hoc eſt, vt venditor caueret emptori rem habere licere, aut duplum pretij, non quidem fidejuſſoribus datis, niſi id expreſsè

expreſsè conueniſſet, ſed nuda ſtipulatione, de qua videnda *l. 3. & l. ſtipulatio iſta 38. D. de verborum obligationibus, & l. 305. l. Emptori 37. hoc tit.*

Tenebatur autem venditor actione ex hac ſtipulatione, ſeu committebatur hæc ſtipulatio, cum res Emptori jure dominij, vel hypothecæ, aut vſusfructus, euicta fuiſſet, hoc eſt, authoritate judicis, Emptori ablata; Eſt enim euincere, rem auferre: nec ſufficit ſententiam de re auferenda latam fuiſſe, *l. habere, hoc tit.*

Cæterum aut in ipſo contractu ſtipulatione interpoſita, conueniebat inter contrahentes, quid venditor re euicta Emptori præſtaret, quo caſu ſiue de ſimplo, duplo, triplo, vel quadruplo conueniſſet, ita peti poterat, *l. ſi dictum, 56. hoc tit.* aut nihil omnino conuenerat: quo caſu diſtinguendum eſt: vel enim data opera & cõſulto omiſſa

fuerat ſtipulatio duplæ, & eo caſu dabatur tantum actio Emptori in ſimplum, euictionis nomine, & ex natura actionis ex empto, in id quod intereſt, *l. ſi in venditione*, 60. *hoc tit.* vel omiſſa fuerat ſtipulatio non data opera, & tunc re euicta competebat actio emptori in duplum: *l.* 2. 6. 18. 19. *hic.*

Ratio eſt, quia regulariter interponi ſolebat ſtipulatio duplæ, & ea quæ moris ſunt, etiamſi omiſſa fuerint, habentur pro expreſſis, *l. quod ſi nolit*, §. *quia aſsidua eſt*, *ſuprà de Ædilitio Edicto.*

Duplex eſt ſtipulatio duplæ: vna quæ in omnibus rebus venditis locum habere poterat in caſum euictionis rei venditæ, quâ ſcilicet venditor promittit emptori habere licere, cuius formula erat, neque per ſe, neque per hæredem ſuum fieri, quominus emptori hæredi ne eius habere liceat & hæc non cenſebatur interpoſita, niſi id actũ eſ-

ſet, vt interponeretur: *l. Si in venditione* 60. *D. de Euictionibus*. Alia erat quæ habebat tantum locum in venditione mancipiorum, qua venditor cauebat ſeruum furtis, negotiiſque ſolutum; & de hac intelligi debet *l. quod ſi nolit*, §. *quia aſsidua*.

Notandum eſt multum intereſſe vtrum de euictione agatur actione ex ſtipulatu, an actione ex empto: ſi enim ex ſtipulatu, ſpectatur æſtimatio rei tẽpore initi contractus, *l. Ex Mille* 64. *hoc tit.* Si verò ex empto, ſpectatur tempus euictionis, *l. Si cum venditor* 66. §. *vlt. l. Euicta* 70. *hoc tit.*

Denique notandum, emptorem non aliter de euictione teneri, quam ſi ei denuntiandum ſit, vt cauſæ agendæ adſit. *l.* 1. *Cod. de per. & comm. rei venditæ.*

TITVLVS III.

De exceptione rei venditæ & traditæ.

IN Tractatu de Euictionibus frequenter occurrit hæc regula; quem de euictione tenet actio, eundem rei vindicatione agentem repellit exceptio: quæ regula maximè obtinet in venditore, qui rem quam vendidit, vindicare conatur; Repellitur enim exceptione rei venditæ, quamuis eo tempore quo vendidit, rei dominus non eſſet, ſed poſtea dominium ex aliqua cauſa acquiſierit. *l.* 1. & 2. *hoc tit.*

*****

***

*

Digitized by Google

LIBER XXII.

TITVLVS I.

De vſuris & fructibus, & cauſis & omnibus acceſſionibus, & Mora.

IN actionibus in rem, & in actionibus in perſonam, frequenter occurrit quæſtio de vſuris, fructibus, cauſis, acceſſionibus & mora: Ideoque rectè hic, vbi pleraque ad varia actionum genera pertinentia tractantur, diſſeritur de ijs.

Vſura eſt reditus pecuniæ debitæ ex tempore moræ, vel contractus initi in eum diem, quo pecunia ſoluatur, vel is reditus ſortem æquauerit. Vel vſura eſt id quod pro vſu

pecuniæ præſtatur, quaſi fœtus ipſius.. Licet enim nummus nummum non pariat, neque ex nummorum corpore quidquam proueniat, jure tamen vſura exigitur, *l. vſura pecuniæ, D. de verb. ſignification.*

De vſuris autem quæſtio proponitur, aut in actionibus in rem, aut in actionibus in perſonã. In actionibus in rem, vſuræ, quamuis à malæ fidei poſſeſſore, non aliter exiguntur, quam ſi perceperit: qua in re differunt vſuræ à fructibus, quos etiam non perceptos prædones præſtant, *l ſi nauis, D. de rei vindicat.*

In actionibus in perſonam diſtinguendum eſt: aut enim eſt actio bonæ fidei, aut ſtricti juris: In ſtrictis, vſuræ non aliter exiguntur, quam ſi in ſtipulationem deductæ fuerint, *l. 3. hoc tit. l. Titius, D. de præſcriptis verbis.*

Excipienda eſt actio ex teſtamẽto

quæ licet ſit ſtricta ex conſtitutionibus, tamen quod attinet ad vſuras, judiciis bonæ fidei comparatur, *l. 3. hoc tit.*

Item excipiendæ ſunt actiones quæ dantur ex mutuo frugum, ex trajectitia pecunia, & pecunia Reipublicæ: in quibus etiam ex nudo pacto debentur vſuræ, *l. etiam, hoc tit. l. frumenti, Cod. eod.*

In actionibus bonæ fidei vſuræ veniunt à die contractus, ex conuentione nuda contractui adhibita, vel ex tempore moræ officio judicis, eæque ex more regionis, *l. 1. l. mora 32. §. 2. hoc tit.*

Fructus eſt quod ex re aliqua naſci & renaſci ſolet, *l. 7. D. ſoluto matrim.* quorum vulgo tres faciunt ſpecies; Naturales, Induſtriales & Ciuiles, cuiuſmodi ſunt penſiones ædium locatarum, quę propriè fructus non ſunt, nec ita vnquam appellantur à Iuriſconſultis, ſed dicuntur tantum fructuum inſtar ob-

tinere, & pro fructibus accipi; *lege prædiorum* 26. *hoc tit.* De quibus fructibus præſtandis agitur, vel in actionibus in rem, vel in actionibus in perſonam.

De actionibus in rem ſupra dictum eſt lib. 6. In actionibus in perſonam diſtinguendum eſt: aut enim ſunt bonæ fidei, aut ſtricti juris. In bonæ fidei actionibus, fructus etiam præſtandi ſunt ante moram: *l. videamus*, §. *ex cauſa, cum ſequent.* & §. *In cæteris, hoc tit.* Qua in re etiam differunt fructus ab vſuris.

In ſtrictis actionibus iterum diſtinguendum eſt: aut enim agimus ad id conſequendum quod noſtrum eſt, vel fuit, quo caſu debent etiam fructus reſtitui, quamquam ante litem conteſtatam percepti fuerint. Petenda ſunt exempla ex *l. videamus*, §. 1. & *ſeq. h. t.* Vel agimus ad id conſequendum quod noſtrũ nunquam fuit, quo caſu fructus tantum deben-

Digitized by Google

tur poſt litem conteſtatam, *d. l. videamus*, *§. ſi actionem*, *hoc tit.*

Cauſæ nomine continetur id omne quod habiturus eſſet actor, ſi rem ei poſſidere licuiſſet; veluti partus & vtilitas omnis, quæ circa rem, etiam vltra fructus, & quæ loco fructuum ſunt. Vide *legem præterea* 20. *D. de rei vindicatione*; quod non tantum locum habet in actionibus in rem de quibus dicta l. 20. ſed in omnibus perſonalibus actionibus etiam ſtrictis poſt litem conteſtatam, ex ſententia Sabini, *d. §. ſi actionem, & l. 2. l. 3. §. 1. hoc tit.*

Mora eſt debiti ſoluendi, vel accipiendi improba delatio, quæ definitio poterit etiam actionibus in rem accommodari, ſi debiti nomen latè & generaliter accipias, vt in definitione actionis regulariter mora per interpellationem fit. *l. Mora*, *hoc tit.* Sufficitque vnica interpellatio. Nec obſtat *lex qui Romæ* 122.

O v

§. *cohæredes*, *&* *lex Amplius D. de Minoribus*. Ex quibus quidam probare tentant, plures eſſe neceſſarias interpellationes, quod enim illis locis & aliis ſimilibus, plurium interpellationũ mentio fit, non ideo factum eſt, quòd neceſſariæ ſint, ſed quia ita de facto contigerat, Iuriſconſulti ita expreſſerunt.

Sunt autem quidam caſus, in quibus mora in re fit; hoc eſt, citra interpellationem ex ſolo tempore tardæ ſolutionis, vt in perſona Minorum: *l. 3. Cod. quibus cauſ. in integr. reſtit. l. 17. §. fiſcus*, *hoc tit.* Denique cum dies appoſitus eſt contractui, *l. Magnam, Cod. de Cont. & comm. ſtipul.* ex qua id vulgo colligunt, dies interpellat pro homine, quod verum quidem eſt, quantum ad committendam ſtipulationem pœnalem, non autem quoad vſuras & reliquos moræ effectus.

Præcipui Moræ effectus ſunt,

vt perpetuet obligationem & periculum rei in moroſum transferat, *l. ſi ex legati cauſa, de Verb. obligationibus.*

Secundo, vt ex tempore moræ, vſuræ & fructus debeantur, ſecundum diſtinctiones ſuperiùs allatas. Purgari poteſt Mora oblatione & conſignatione rei debitæ, *l. 6. & 19. Cod. hoc tit.*

Item nouatione obligationis, quamuis inutili, *l. quoties 14. D. de Nouationibus, l. Parui, D. de condictione furtiua.*

Notandum eſt vſurarum modum duplicem fuiſſe; Primus eſt, vt non liceat ſtipulari vſurarũ nomine vltra centeſimam partem ſortis in ſingulos menſes, & hæc eſt vſura quæ centeſima & legitima appellatur, *l. ſi pro mutua, 8. Cod. ſi certum petatur.* Eſtque vſura centeſima, as vſurarum, & ad eam referendæ ſunt omnes appellationes, quæ in iure reperiuntur: Ita vt

triens, quadrans, & ſemis vſuræ, nihil aliud ſit quam triens, quadrans & ſemis centeſimæ. Hunc modum immutauit Iuſtinianus *in l. eos, Cod. hoc tit.*

Secundus modus vſurarum fuit, vt non poſſet earum nomine plus exigi vna exactione, quàm eſſet in ſorte principali, hoc eſt, vt creditor numquam vltra duplum exigere poſſet, *l. vſuræ* 10. *Cod. hoc tit. l. pecuniæ* 9. *hoc tit.*

TITVLVS II.

De nautico fænore.

DVo illi modi vſurarum in nautica pecunia locum non habuerunt: licuit enim in ea vltra legitimum modum vſuras ſtipulari, quoniam ſcilicet periculum pecuniæ creditorem ſpectat, *l.* 3. *de nautico fænore.* Vnde & in pecunia terreſtri, quæ periculo creditoris

datur, idem quoque obtinet quod in nautica, l. 5. Et in pecunia nautica quæ non datur periculo creditoris, non licet vltra modum ſtipulari, *l. nihil intereſt*, 4. *hoc tit.*

TITVLVS III.

De probationibus, & præſumptionibus.

OMnium quoque actionum communia ſunt ea, quæ ad probationes ſpectant.

Eſt autem probatio, intentionis ſuæ legitima fides, quam facit judici actor aut reus, vel vterque; neque enim tantum actori onus incumbit, ſed & reo, ſi aliquid afferat, vel exceptione aliqua vtatur: *l.* 9. *&* 19. *hoc tit. & l.* 1. *D. de except.* Et regulariter ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat: quod ita intelligendum niſi præſumptio in alium onus pro-

[illegible] conſiſtere, ut in *l.* 15. *hoc tit.* [illegible] *& paſſim.* Et hic eſt effectus [illegible] præſumptionis.

TITVLVS IV.

De fide inſtrumentorum, & amiſſione eorum.

Probationum duæ ſunt ſpecies: Inſtrumenta & teſtes.

Inſtrumentorum appellatione continentur ea omnia, quibus lis inſtruitur. Specialiter autem inſtrumenta ſunt ſcripturæ, quæ rei geſtæ memoriam continent, & ad eius faciliorem probationem conficiuntur, quia ſcripturæ de natura & eſſentia contractuum non ſunt. *l.* 4. *D. de pignoribus & l.* 4. *hoc tit.* Niſi ab initio conuentum, ut in ſcriptis fieret contractus. *l. Contractus,* 17. *Cod. de fide inſtrument.* Et ideo inſtrumentorum amiſſio obligationem non extinguit. *l.* 1. *Cod. de fide inſtrum.*

TITVLVS V.

De Teſtibus.

TEſtes pleriſque etiam negotiis adhiberi ſolent, teſtimoniorumque vſus, frequens ac neceſſarius eſt, eorumque numerus varius pro varietate negotij, prout legibus ſcilicet definitum eſt: Et vbi lex nihil definiuit, duo ſufficiunt, *l. vbi hoc tit.*

Notandum eſt lege 12. tabularum, vnumquemque cogi inuitum dicere teſtimonium eius rei, quam nouit: alioquin infamis fiebat: ſed lege Iulia, quibuſdam perſonis conceſſum eſt, ne inuiti cogerentur teſtimonium dicere, quæ enumerantur in *l.* 4. 5. 8. 19. *hoc tit.*

Digitized by Google

bandi transferat, *vt in l. 15. hoc tit. l. 25. & paſſim.* Et hic eſt effectus ſolus præſumptionis.

Titvlvs IV.

De fide inſtrumentorum, & amiſſione eorum.

PRobationum duæ ſunt ſpecies: Inſtrumenta & teſtes.

Inſtrumentorum appellatione continentur ea omnia, quibus lis inſtruitur. Specialiter autem inſtrumenta ſunt ſcripturæ, quæ rei geſtæ narrationem continent, & ad eius faciliorem probationem conficiuntur, quæ ſcripturæ de natura & eſſentia contractuum non ſunt, *l. 4. D. de pignoribus & l. 4. hoc tit.* Niſi ab initio conuenerit, vt in ſcriptis fieret contractus: *l. Contractus, 17. Cod. de fide inſtrument.* Et ideo inſtrumentorum amiſſio obligationem non extinguit, *l. 1. Cod. de fide inſtrum.*

TITVLVS V.

De Teſtibus.

TEſtes pleriſque etiam negotiis adhiberi ſolent, teſtimoniorumque vſus, frequens ac neceſſarius eſt, eorumque numerus varius pro varietate negotij, prout legibus ſcilicet definitum eſt: Et vbi lex nihil definiuit, duo ſufficiunt, *l. vbi hoc tit.*

Notandum eſt lege 12. tabularum, vnumquemque cogi inuitum dicere teſtimonium eius rei, quam nouit: alioquin infamis fiebat: ſed lege Iulia, quibuſdam perſonis conceſſum eſt, ne inuiti cogerentur teſtiimonium dicere, quæ enumerantur in *l.* 4. 5. 8. 19. *hoc tit.*

bandi transferat, *vt in l. 15. hoc tit. l. 25. & paſſim.* Et hic eſt effectus ſolus præſumptionis.

Titvlvs IV.

De fide inſtrumentorum, & amiſſione eorum.

PRobationum duæ ſunt ſpecies: Inſtrumenta & teſtes.

Inſtrumentorum appellatione continentur ea omnia, quibus lis inſtruitur. Specialiter autem inſtrumenta ſunt ſcripturæ, quæ rei geſtæ narrationem continent, & ad eius faciliorem probationem conficiuntur, quæ ſcripturæ de natura & eſſentia contractuum non ſunt, *l. 4. D. de pignoribus & l. 4. hoc tit.* Niſi ab initio conuenerit, vt in ſcriptis fieret contractus: *l. Contractus, 17. Cod. de fide inſtrument.* Et ideo inſtrumentorum amiſſio obligationem non extinguit, *l. 1. Cod. de fide inſtrum.*

TITVLVS V.

De Teſtibus.

TEſtes pleriſque etiam negotiis adhiberi ſolent, teſtimoniorumque vſus, frequens ac neceſſarius eſt, eorumque numerus varius pro varietate negotij, prout legibus ſcilicet definitum eſt: Et vbi lex nihil definiuit, duo ſufficiunt, *l. vbi hoc tit.*

Notandum eſt lege 12. tabularum, vnumquemque cogi inuitum dicere teſtimonium eius rei, quam nouit: alioquin infamis fiebat: ſed lege Iulia, quibuſdam perſonis conceſſum eſt, ne inuiti cogerentur teſtimonium dicere, quæ enumerantur in *l.* 4. 5. 8. 19. *hoc tit.*

Digitized by Google

bandi transferat, *vt in l. 15. hoc tit. l. 25. & paſsim.* Et hic eſt effectus ſolus præſumptionis.

Titvlvs IV.

De fide inſtrumentorum, & amiſſione eorum.

Probationum duæ ſunt ſpecies: Inſtrumenta & teſtes.

Inſtrumentorum appellatione continentur ea omnia, quibus lis inſtruitur. Specialiter autem inſtrumenta ſunt ſcripturæ, quæ rei geſtæ narrationem continent, & ad eius faciliorem probationem conficiuntur, quæ ſcripturæ de natura & eſſentia contractuum non ſunt, *l. 4. D. de pignoribus & l. 4. hoc tit.* Niſi ab initio conuenerit, vt in ſcriptis fieret contractus: *l. Contractus, 17. Cod. de fide inſtrument.* Et ideo inſtrumentorum amiſſio obligationem non extinguit, *l. 1. Cod. de fide inſtrum.*

TITVLVS V.

De Teſtibus.

TEſtes pleriſque etiam negotiis adhiberi ſolent, teſtimoniorumque vſus, frequens ac neceſſarius eſt, eorumque numerus varius pro varietate negotij, prout legibus ſcilicet definitum eſt: Et vbi lex nihil definiuit, duo ſufficiunt, *l. vbi hoc tit.*

Notandum eſt lege 12. tabularum, vnumquemque cogi inuitum dicere teſtimonium eius rei, quam nouit: alioquin infamis fiebat: ſed lege Iulia, quibuſdam perſonis conceſſum eſt, ne inuiti cogerentur teſtimonium dicere, quæ enumerantur in *l.* 4. 5. 8. 19. *hoc tit.*

bandi transferat, *vt in l. 15. hoc tit. l. 25. & paſſim.* Et hic eſt effectus ſolus præſumptionis.

TITVLVS IV.

De fide inſtrumentorum, & amiſſione eorum.

PRobationum duæ ſunt ſpecies: Inſtrumenta & teſtes.

Inſtrumentorum appellatione continentur ea omnia, quibus lis inſtruitur. Specialiter autem inſtrumenta ſunt ſcripturæ, quæ rei geſtæ narrationem continent, & ad eius faciliorem probationem conficiuntur, quæ ſcripturæ de natura & eſſentia contractuum non ſunt, *l. 4. D. de pignoribus & l. 4. hoc tit.* Niſi ab initio conuenerit, vt in ſcriptis fieret contractus: *l. Contractus, 17. Cod. de fide inſtrument.* Et ideo inſtrumentorum amiſſio obligationem non extinguit, *l. 1. Cod. de fide inſtrum.*

TITVLVS V.

De Teſtibus.

TEſtes pleriſque etiam negotiis adhiberi ſolent, teſtimoniorumque vſus, frequens ac neceſſarius eſt, eorumque numerus varius pro varietate negotij, prout legibus ſcilicet definitum eſt: Et vbi lex nihil definiuit, duo ſufficiunt, *l. vbi hoc tit.*

Notandum eſt lege 12. tabularum, vnumquemque cogi inuitum dicere teſtimonium eius rei, quam nouit: alioquin infamis fiebat: ſed lege Iulia, quibuſdam perſonis conceſſum eſt, ne inuiti cogerentur teſtimonium dicere, quæ enumerantur in *l.* 4. 5. 8. 19. *hoc tit.*

TITVLVS VI.

De juris & facti ignorantia.

QVæſtio de juris & facti ignorantia, an & quatenus, quibusue perſonis, aut caſibus, prodeſſe, aut nocere poſſit, vel debeat, adeo per varios juris tractatus diffunditur, vt mirum videri non debeat, cùm nulli tractatui præcisè cohæreat, ſi in hoc Pandectarum vmbilico, cum aliis omnium actionum, ſiue negotiorum communibus, collocetur.

Videntur autem juris authores eam quæſtionem hac breui regula definiuiſſe: ignorantia facti nemini nocet, ſed prodeſt tam in damnis quam in lucris: juris verò ignorantia nocet in lucris, hoc eſt, adquirere volentibus; in damnis autem, ſiue ſuum petentibus, ſiue perſequentibus, non nocet.

Digitized by Google

Ratio diuerſitatis, cur juris error nocet, non facti, hæc eſt, quia cum jus certum & finitũ ſit, eius notitiam quiſque, vel à ſe, vel ab alio habere poteſt: facta verò incerta ſunt, & plerumque prudentiſſimos fallunt, *l.* 2. *l.* 7. *&* 8. *hoc tit.*

Exempla autem, quæ non ita obuia ſunt cuilibet, Primæ huius partis, quâ diximus, ignorantiam facti non nocere in damnis, petenda ſunt ex *l.* 4. *l.* 5. *l.* 9. *non idcirco, Cod. hoc tit. l. Cum bonis* 87. *de acquirenda hæreditate, l. Iulianus de doli exceptione.*

Secundæ partis, nempe ignorantiam facti non nocere in lucris, ex *l.* 1. *hic*: quæ tamen ſic accipienda ſunt, vt non recipiatur ſupina & intolerabilis ignorantia facti. *l.* 6. *hoc tit.*

Tertiæ partis, qua dictum eſt, juris ignorantiam in lucris & compendiis non prodeſſe, ſed nocere,

Digitized by Google

TITVLVS VI.

De juris & facti ignorantia.

QVæſtio de juris & facti ignorantia, an & quatenus, quibuſue perſonis, aut caſibus, prodeſſe, aut nocere poſſit, vel debeat, adeo per varios juris tractatus diffunditur, vt mirum videri non debeat, cùm nulli tractatui præcisè cohæreat, ſi in hoc Pandectarum vmbilico, cum aliis omnium actionum, ſiue negotiorum communibus, collocetur.

Videntur autem juris authores eam quæſtionem hac breui regula definiuiſſe: ignorantia facti nemini nocet, ſed prodeſt tam in damnis quam in lucris: juris verò ignorantia nocet in lucris, hoc eſt, adquirere volentibus; in damnis autem, ſiue ſuum petentibus, ſiue perſequentibus, non nocet.

Ratio diuerſitatis, cur juris error nocet, non facti, hæc eſt, quia cum jus certum & finitũ ſit, eius notitiam quiſque, vel à ſe, vel ab alio habere poteſt: facta verò incerta ſunt, & plerumque prudentiſſimos fallunt, *l.* 2. *l.* 7. *&* 8. *hoc tit.*

Exempla autem, quæ non ita obuia ſunt cuilibet, Primæ huius partis, quâ diximus, ignorantiam facti non nocere in damnis, petenda ſunt ex *l.* 4. *l.* 5. *l.* 9. *non idcirco, Cod. hoc tit. l. Cum bonis* 87. *de acquirenda hæreditate, l. Iulianus de doli exceptione.*

Secundæ partis, nempe ignorantiam facti non nocere in lucris, ex *l.* 1. *hic*: quæ tamen ſic accipienda ſunt, vt non recipiatur ſupina & intolerabilis ignorantia facti. *l.* 6. *hoc tit.*

Tertiæ partis, qua dictum eſt, juris ignorantiam in lucris & compendiis non prodeſſe, ſed nocere,

exempla ſunt, in *l.* 4. *hoc tit. l.* 3. *Cod. Theod. de donat.* & *l.* 1. *hoc tit. l. nunquam, de vſurpationibus.*

Quartæ partis, qua dictum eſt, juris ignorantiam in damnis amittendæ rei ſuæ, non nocere, hoc eſt, non obſtare ſuum perſequentibus, exempla petenda ſunt, ex *l. fideicommiſſa* 79. *de leg.* 2. *l.* 3. §. *Si quis ignarus, de Syllaniano Senatuſconſulto*, & *Nouella Verius* 110. & *Harmenopulo lib.* 4. *Epitomes, tit.* 16.

A ſuperiori regula excipiendi ſunt Minores 25. annis, quibus ignorantia juris remittitur, *l.* 2. & *leg. quamuis, Cod. hoc tit.* Milites, *l.* 9. §. *ſi filius hoc tit.* aliquando etiam Ruſtici.

Vbi ſcilicet Iuriſconſultorũ copia non competit, *l.* 9. §. *ſed juriſ.* Denique Mulieres etiam quibuſdam caſibus, *l. diuus.* §. *pen. ad l. Corneliam de falſis, l.* 2. §. *vlt. de jure fiſci.*

Leges naturæ, quæ omnibus notæ ſunt, nemini ignorare licet.

LIBER XXIII.

TITVLVS I.

De Sponſalibus.

CONTRACTIBVS, qui conſenſu perficiuntur, annumerari poſſunt Matrimonium ſiue Nuptię, quę ſolo conſenſu quoque perficiuntur, vt infra dicetur: ideoque de eo tractandum eſt, antequam de obligationibus ex quaſi contractu agatur.

Omnia autem quæ ad Matrimonium pertinent, ad tria capita referri poſſunt: vel enim ſunt de ijs, quæ præcedere nuptias ſolent, vel

Digitized by Google

de iis, quæ in ipſo contractu fiunt, aut denique de ijs, quæ reſoluto ſequuntur.

Præcedere debent ſponſalia, quæ nihil aliud ſunt quam mentio & repromiſſio futurarum nuptiarũ, *l.* 1. *hoc tit.* quæ iure veteri contrahebantur, per ſtipulationem & ſponſionem: vnde etiam ſponſaliorum appellatio, *l.* 2. & 3. *hoc tit.* De earum contrahendarum veteri ritu, vide Agellium *lib.* 4. *cap.* 4. Poſtea obtinuit vt ſolo conſenſu contraherentur, & ideo inter abſentes per procuratorem aut nuntium, *l.* 4. & *vlt. hoc tit.* Et in his contrahendis nulla ætas ſpecialiter legibus definita, & ideo obtinuit, vt omnes, qui quod agunt, intelligere poſſunt, contrahere poſſint, dummodò tamen non ſint minores ſeptem annis, *l.* 14. *hoc tit.* Neque ſolum contrahentium conſenſus ſufficit, ſed eorum præterea neceſſarius eſt, quorum in nuptiis deſi-

Digitized by Google

deratur, *l.* 7. §. 1. *hoc tit.* Regulariter enim quo caſu, & quas inter perſonas Nuptiæ prohibitæ ſunt, prohibentur quoque & ſponſalia, *l. Oratio hoc tit.*

Solebant quoque Nuptias præcedere arrhæ ſponſalitiæ, & donationes ante Nuptias, quas donationes Iuſtinus voluit, etiam iam contractis nuptiis fieri poſſe, ideoque Iuſtinianus eas propter nuptias appellari voluit. §. *Eſt & aliud, inſtit. de donationibus.*

TITVLVS II.

De ritu nuptiarum.

NVptiæ, ſiue Matrimonium, ſunt maris & fœminæ coniunctio, conſortium omnis vitæ, diuini & humani juris communicatio, *l.* 1. *hoc tit.* Quarum contrahendarum ritus varius & multiplex apud veteres fuit; Nam præ-

ter ſolemnem deductionem vxoris, ſiue ſponſæ in viri domum, de qua in iure frequens mentio fit, vt in *l. 5. & 6. hoc tit. l. 15. D. de condit. & demonſtr.* & adhibitionem ignis & aquæ, de qua in *l. pen. de donation.* inter virum & vxorem, aliquando Matrimonium contrahebatur per confarrationem, hoc eſt, ſolemni adhibito ſacrificio, certis verbis & teſtibus decem pręſentibus, in qua panis farreus adhibebatur: aliquando per coemptionem, hoc eſt, cum vir à patre nupturæ, eam vxorem ſibi emebat: quibus duobus modis vxor in manum viri conueniebat, vt patet ex Vlpiano, *lib. Regul. tit.* 11. Sed ijs modis contrahendi abrogatis, tandem obtinuit, vt Matrimonium ſolo conſenſu contraheretur, nec etiam neceſſaria eſſet deductio in domum, *l. penult. de donation. inter virum & vxorem, l. 15. de condit. & demonſtr. l. Nuptias, D. de regulis*

juris; quod tamen intelligendum ita eſt, ſi conſenſus ille legitimè interpoſitus fuerit, & inter eas perſonas, quæ connubium habent, hoc eſt inter ciues Romanos, qui non ſunt in gradu cognationis aut affinitatis prohibito, vt ſatis fusè Inſtitutiones docent.

Quibus addendum eſt, inter quoſdam etiam prohibitas eſſe nuptias, ratione dignitatis, nam inter eos qui Senatorij ordinis ſunt, & eos qui libertinæ conditionis ſunt, connubium non eſt, *l.* 16. 27. 44. *&* 47. *hoc tit.*

Item qui officium in aliqua Prouincia gerit, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem, vxorem ducere non poteſt, quamuis ſponſare non prohibeatur, *l. ſi quis* 28. *l. qui in prouincia eſt præfectus* 63. *hoc tit.*

Item Tutor pupillam ſuam, neque ſibi, neque filio, vel nepoti, nuptum collocare poteſt, *l. Sena-*

Digitized by Google

tuſconſulto , cum ſeq. & l. 66. hoc tit.

TITVLVS III.

De jure dotium.

IN contrahendis Nuptijs, dos vxori conſtitui ſolet, quæ nihil aliud eſt, quam pecunia, vel res quælibet, quæ datur marito ad ſuſtinenda onera matrimonij: eaque conſtituebatur jure veteri tribus modis, videlicet, per dationem, hoc eſt, traditionem rei, per promiſſionem, id eſt ſtipulationem, vel per dictionem, hoc eſt, per promiſſionem ſolemnibus verbis factam, ſine interrogatione: & dare & promittere poterant omnes, dicere autem ſola mulier, eius parentes virilis ſexus, & debitor mulieris; Vlpianus *lib. Regul. tit. 6.*

Hodie ſublata eſt dictio dotis, & conſtitui poteſt nudo pacto, *l. penult. Cod. de dotis promiſſ.* hoc eſt, dotis

Digitized by Google

dotis nudo pacto promiſſæ datur exactio : non enim ſola Conuentio , ſtipulatio, vel ſcriptura dotem facit , ſed numeratio , *l. 1. Cod. de dote cauta , non numerata.*

Rerum dotalium dominium tranſit jure ciuili in maritum , licet naturaliter vxoris remaneat , *l. in rebus , Cod. de jure dotium , l. quamuis hoc tit.*

Quod tamen vt planius intelligatur , ſic diſtinguendum eſt : aut enim in dotem dantur res numero , pondere , & menſura conſtantes , quo caſu nulla dubitatio eſt, quin dominium abſolutiſſimo iure tranſeat in maritum , vnde & earum rerum periculum mariti eſt , *l. Res 42. hoc tit.* Vel certa corpora, quo caſu iterum diſtinguendũ eſt : aut enim æſtimata data ſunt , quo caſu plenum dominium in maritum tranſit , quaſi emptionis iure, ſiue res ſit mobilis ſiue ſoli adeo vt alienare etiam poſſit , ideoque ſo-

luto Matrimonio, liberum eſt ei, vel res ipſas, vel æſtimationem reſtituere, niſi conuenerit ab initio, vt electio eſſet vxoris, *l. plerumque, §. vlt. hoc tit. l.* 11. *Cod. Soluto Matrimon. quemadmodum dos*, Aut inæſtimata data ſunt, quo caſu, dominium quidem tranſit in maritum, dicta *l. in rebus, Cod. de jure dotium*, & actiones, omnes, quæ ratione dominij competunt, marito dantur conſtante matrimonio, ſed ea alienare maritus non poteſt, ſi ſint immobilia, propter legem Iuliam, quæ alienationem fundi dotalis, inuita muliere, pignerationem, etiam ea conſentiente, prohibuit. Hodie ex conſtitutione Iuſtiniani, vtrumque, etiam conſentiente muliere, prohibitum eſt. *Titulo Inſtitution. Quibus alienare licet, & toto titulo digeſt. & Codice de fundo dotali.*

Si verò mobilia ſint, Maritus etiam alienare poteſt, tanquam

pleno jure dominus, vel etiam mancipia dotalia manumittere, dummodo ſoluendo ſit, quamquam earum rerum periculum ad maritum non ſpectet, niſi culpa, vel negligentia eius perierint, *l.* 17. *hoc tit.*

TITVLVS VI.

De pactis dotalibus.

VT in cæteris contractibus, præſertim bonæ fidei, ſolent plerumque adijci pacta, quibus contrahentes addunt aliquid naturæ contractus, & ideo dicuntur formare actionem ex ipſo contractu, *l. juriſgentium*, §. *quin imo*, *& l. ſi vnus* §. 2. *D. de pactis*: Sic & dationi dotis, quæ & ipſa contractus eſt bonæ fidei, *l. Contractus*, *D. de regulis juris*, §. *fuerat*, *inſtit. de actionibus*, ſolent plerumque pacta adijci, quibus contrahentes,

Digitized by Google

aliquid addere naturæ contractus, conantur, quorum quædam vtilia ſunt, quædam inutilia.

Vtilia ſunt, quæ fiunt inter eos, qui dotem repetere, & à quibus repeti poteſt, *l.* 1. §. 1.

Inutilia ſunt quæ ab alijs fiunt, vt & etiam illa omnia, quæ contra leges & conſtitutiones, contra fauorem dotium & vtilitatem merentium fiunt, licet ab ijs interponantur, qui jure paciſci poſſunt. Exempla petenda ſunt ex *l.* 5. 14. *cum tribus ſeq. hoc tit.*

Ex pactis inutilibus nulla datur actio, neque exceptio, ex vtilibus dationi dotis, interpoſitis, datur actio rei vxoriæ, ſi à patre mulieris, vel à muliere ipſa interpoſita fuerint; ſi ab extraneo, datur actio præſcriptis verbis, quaſi ex contractu innominato, do vt reddas, vel vt facias: Et hic eſt ſenſus ſatis difficilis *l. Auia, Cod. de jure dotium.*

Digitized by Google

Sunt quædam pacta jure nouo introducta, de Paraphernis, de æqualitate dotis & donationis propter nuptias, veteribus Iuriſconſultis incognita, de quibus tractatur in quatuor vltimis legibus, & duabus authenticis, Cod. de pactis conuentis tam ſuper dote, quam paraphernis.

LIBER XXIV.

TITVLVS I.

De donationibus inter virum & vxorem.

CONTRACTO ſemel Matrimonio, moribus receptum eſt, ne donationes inter virum & vxorem valerent, ne ſcilicet coniugũ concordia pretio

conciliari videretur, neue melior in paupertatem incideret, deterior autem ditior fieret, *l.* 1. 2. *&* 3. *hoc tit.*

Neque tantum inter virum & vxorem prohibitæ ſunt, ſed etiam inter eas perſonas quæ in mariti, vel vxoris poteſtate ſunt, vel in quorum poteſtate ipſe vir & vxor ſunt, denique inter omnes perſonas, quæ vinculo & ratione poteſtatis ijs coniunguntur. *l.* 3. §. *qui in eiuſdem cum ſeq. hoc tit.*

Sunt autem plerique caſus in quibus donationes inter virum & vxorem factæ valent. Primò quotieſcunque is qui donat, pauperior non fit, vel is qui accipit, non fit locupletior, donatio valet: Et ideo valet donatio ſepulturæ cauſa, *l.* 5. §. *conceſſæ.* manumiſſionis cauſa. *l.* 7. §. *vlt.* Præterea valet donatio mortis cauſa, *l.* 9. §. *vlt. cùm ll. ſequentibus.* Diuortij cauſa: *l.* 10. §. *vlt. &* *l.* 12. *hoc tit.* Ratio eſt,

Digitized by Google

quia conferuntur in id tempus, quo matrimonium non eſt.

Valet item donatio ad refectionem ædium conſumptarum, l. 14. denique fructus ex re donata percepti, licitam habent donationem, *l.* 17. *hoc tit.*

Notandum, non tantum expreſſas donationes eſſe prohibitas, ſed etiam eas, quæ quæſito alterius contractus colore, puta venditionis, aut locationis, clam fiunt, *l. ſi vir* §. 2. *hoc tit. l. ſi quis* 38. *de contrah. emptione.*

Denique notandum eſt, quod etiamſi donationes inter virum & vxorem factæ, non valeant ſtatim, morte tamẽ donatoris confirmantur, ſi eas non reuocauerit: Idque ex oratione Diuorum Seueri & Antonini, vel Senatuſconſulto, quod eam orationem ſubſequutum eſt: vide *l. cum hic ſtatus* 32. *hoc tit.* Poſt quod Senatuſconſultum donationes inter virũ & vxo-

rem factæ cœperunt vim habere donationum mortis cauſa, licet inter viuos factæ & ideo lex falcidia in ijs habet locum, quoniam ſcilicet fideicommiſſ. partibus funguntur, *l. in donationibus* 12. *Cod. ad legem falcidiam.*

TITVLVS II.

De diuortiis & repudiis.

EXplicatis ijs quæ Nuptias præcedunt, & quæ ijs durantibus fieri, aut non fieri poſſunt, ſequitur iam, vt de Nuptiarum diſſolutione, deque ijs quæ ſolutis Nuptijs ſequuntur, diſſeramus.

Soluitur autem Matrimonium morte, ſeruitute, captiuitate, deportatione alterutrius, & diuortio.

De morte & ſeruitute nulla dubitatio eſt: cùm enim ſerui pro mortuis habeantur, certum eſt perſona vna in ſeruitutem redacta,

Digitized by Google

puta damnatione in metallum, Matrimonium diſſolui. *l.* 1. *hoc tit. Nouella* 22. *cap.* 7.

Captiuitate quoque jure belli Matrimonium ſolutum fuiſſe conſtat, ex *l.* 1. *hoc tit. l. ſi quis* 56. *inf. ſoluto Matrimonio, l. in bello.* 12. §. *ſed captiui, D. de capt. & poſtlim. reuerſis.* Adeo vt poſtliminij jure Matrimonium non redintegraretur, niſi vtriuſque nouo conſenſu, quamquam reliqua omnia captiuus jure poſtliminij reciperet. *l. Non vt* 8. *l. Si cum duæ* 14. §. *vlt. D. de capt. & poſtl. reuerſ.* Hodie autem, quandiu certum eſt, captum ab hoſtibus viuere, coniux qui in ciuitate remanſit, nuptias contrahere non poteſt, ſi incertum ſit, poſt quinquennium poteſt, *Nouella* 22. *cap.* 6. Ex qua deſumpta eſt *l.* 6. *hoc tit.* quæ tota ferè Triboniani eſt, vt Cujacio viſum eſt ad d. Nouellam 22.

Deportatione quoque vnius

Matrimonium diſſolui conſtat, *l.* 56. *ſi quis*, *D. ſoluto Matrimonio.* Idque maximè jure ciuili, quia hoc modo adimitur ciuitas, & inter ciues tantum eſt Matrimonium: jure verò gentium non diſſoluitur, manente coniugali affectione: Et ita in Concordiam adduci debent pugnantes prima facie hac de re in jure textus, vt docuit Cujacius *d. Nouella* 22.

Diuortium eſt ſeparatio coniugum eo animo facta, vt numquam redintegretur Matrimonium. Primus diuortium fecit Sept. Carbilius Ruga anno vrbis 523. ante quod tempus nullæ fuere rei vxoriæ actiones. *Agell. lib.* 4. *cap.* 3.

Diuortium autem vel fiebat vtroque conſentiente, vel altero inuito. Vtroque conſentiente ſemper jure veteri permiſſum fuit: jure autem nouo, multum ea in re variatum. Iuſtinianus enim primò jus vetus ſequutus, diuortium permi-

ſit, vtroque conſentiente, *Nouella* 22. *cap*. 4. Poſtea idem Iuſtinianus prohibuit *Nouella* 117. *cap*. 10. in principio. Tandem Iuſtinus Iunior permiſit *Nouella* 140. Eſt enim nouella illa Iuſtini Iunioris non Iuſtiniani, & hoc modo dicebatur fieri diuortium bona gratia.

Altero quoque inuito licitum fuit diuortium jure ciuili tam vxori, quam viro, adeo vt pœnali ſtipulatione adſtringi non potuerint, *l*. 19. *l. Titia* 134. *D. de Verb. oblig. l* 2. *Cod. de Inutilibus, ſtipulationibus*, quamquam iniuſti diſſidij pœnæ à lege conſtitutæ eſſent: at jure nouo fuere prohibita eiuſmodi diuortia, quæ altero inuito fiunt, niſi ex certis cauſis, quæ enumerantur in *l*. 8. *&* *l. vlt. de Repudiis, d. Nouella* 117. *cap*. 10. *&* 12. Excipienda eſt liberta, patrono nupta, quæ inuito patrono diſcedere, ſeu diuertere non potuit, *l*. 10. *hoc tit*.

Titvlvs III.

Soluto Matrimonio, dos quemadmodum petatur.

SOluto Matrimonio, dos quæ penes maritum fuit, ad ſuſtinenda onera matrimonij, ab eo reſtitui debet, quod tamen, quia perpetuum non eſt, hæ diſtinctiones tenendæ ſunt.

Dos omnis aut eſt profectitia, aut aduentitia. Profectitia eſt quæ à patre vel auo paterno, à parente virilis ſexus, vt loquitur Vlpianus, profecta eſt: Aduentitia quæ à quocumque alio.

Si profectitia dos ſit, vel morte mulieris ſolutũ eſt matrimonium, quo caſu dos ad patrem ſuperſtitem reuertitur: patre non exiſtente, remanet penes maritum jure veteri. Vlpianus, *lib. Reg. tit.* 6. Hodie liberorum eſt.

Digitized by Google

Si vero morte mariti vel diuortio ſolutum ſit Matrimonium, & vxor ſui juris ſit, ſola exactionem habet: ſi in patris poteſtate ſit, communis eſt patri & filiæ exactio, hoc eſt, pater petere poteſt conſentiente filia. *l.* 2. *cum ſequentibus hoc tit.*

Si dos ſit aduentitia, aut morte vxoris ſolutũ erat matrimonium, quo caſu dos remanebat penes virum, niſi is qui dederat, eam ſibi reddi ſtipulatus, vel pactus fuiſſet: Vlpianus *dicto titulo*. Si vero morte mariti vel diuortio, ſolutum eſſet Matrimonium, vxori ſoli ſui juris exiſtenti, competit dotis exactio, niſi extraneus qui dedit eam, ſtipulatus ſit: ſi vxor in poteſtate patris exiſtit, jure veteri, vtrique, tam patri quam filiæ competebat: hodie filiæ propria eſt, quamquam voluntate patris, vt in aliis bonis filia agat. *l. vlt. Cod. de bonis quæ liberis.*

TITVLVS III.

Soluto Matrimonio, dos quemadmodum petatur.

SOluto Matrimonio, dos quæ penes maritum fuit, ad ſuſtinenda onera matrimonij, ab eo reſtitui debet, quod tamen, quia perpetuum non eſt, hæ diſtinctiones tenendæ ſunt.

Dos omnis aut eſt profectitia, aut aduentitia. Profectitia eſt quæ à patre vel auo paterno, à parente virilis ſexus, vt loquitur Vlpianus, profecta eſt: Aduentitia quæ à quocumque alio.

Si profectitia dos ſit, vel morte mulieris ſolutũ eſt matrimonium, quo caſu dos ad patrem ſuperſtitem reuertitur: patre non exiſtente, remanet penes maritum jure veteri. Vlpianus, *lib. Reg. tit.* 6. Hodie liberorum eſt.

Si vero morte mariti vel diuortio ſolutum ſit Matrimonium, & vxor ſui juris ſit, ſola exactionem habet: ſi in patris poteſtate ſit, communis eſt patri & filiæ exactio, hoc eſt, pater petere poteſt conſentiente filia. *l.* 2. *cum ſequentibus hoc tit.*

Si dos ſit aduentitia, aut morte vxoris ſolutũ erat matrimonium, quo caſu dos remanebat penes virum, niſi is qui dederat, eam ſibi reddi ſtipulatus, vel pactus fuiſſet: Vlpianus *dicto titulo.* Si vero morte mariti vel diuortio, ſolutum eſſet Matrimonium, vxori ſoli ſui juris exiſtenti, competit dotis exactio, niſi extraneus qui dedit eam, ſtipulatus ſit: ſi vxor in poteſtate patris exiſtit, jure veteri, vtrique, tam patri quam filiæ competebat: hodie filiæ propria eſt, quamquam voluntate patris, vt in aliis bonis filia agat. *l. vlt. Cod. de bonis quæ liberis.*

Notandum eſt triplicem de dote repetenda, actionem competere, videlicet rei vxoriæ; præſcriptis verbis, & ex ſtipulatu.

Actio rei vxoriæ ſoli parenti & vxori competebat: eratque bonæ fidei. Actio ex ſtipulatu cuilibet competere poterat, qui dotẽ dando, eam ſibi reddi ſtipulatus fuiſſet, ſiue extraneus eſſet, ſiue non. Actio præſcriptis verbis competebat extraneis, qui in ipſa dotis traditione, eam ſibi reddi pacti fuerant, nulla ſtipulatione interpoſita.

Dixi extraneis, quia ſi pater vel mulier pacti eſſent dotem reddi, repetebant actione rei vxoriæ. *l. auia, Cod. de jure dotium.*

Erant autem multæ differentiæ inter actionem rei vxoriæ, & ex ſtipulatu. Et quia vtilior erat actio ex ſtipulatu, actione rei vxoriæ, Iuſtinianus actionem rei vxoriæ ſuſtulit, & voluit vt ſemper actione ex ſtipulatu mulieres dotẽ

repetere poſſent, quamuis nulla interpoſita ſit ſtipulatio. *l. vnica, Cod. de rei vxoriæ actione, & §. fuerat, Inſtit. de action.*

LIBER XXV.

TITVLVS I.

De impenſis in res dotales factis.

IN reſtitutione dotis triplici ex cauſa jure veteri maritus retentionem habuit, videlicet ob impenſas, ob res amotas, & ob liberos.

Impenſarum autem aliæ ſunt neceſſariæ, aliæ vtiles, aliæ voluptuariæ.

Neceſſariæ ſunt, quibus non factis res fit deterior & hæ ipſo jure dotem minuunt, *l. 1. & l. 14. hoc tit.*

Vtiles ſunt, quibus factis, res mulieris melior fit, & hæ non minuunt ipſo jure dotem, ſed earum nomine datur retentio, vel exactio, maximè ſi voluntate mulieris factæ fuerint, *l.* 1. *§. vlt. &* *l.* 8. *hoc tit.*

Voluptuariarum nomine neque retentio, neque exactio datur, quamuis voluntate mulieris factæ fuerint, *l.* 9. *hoc tit.* Hodie ex conſtitutione Iuſtiniani nulla datur retentio, *l. vnica*, §. *ſileat*, *Cod. de rei vxoriæ actione*, ſed datur repetitio.

Notandum eſt impenſis non annumerari ea quæ ſtipendij, vel tributi nomine, maritus fiſco præſtitit: hæc enim onus fructuum ſunt: *l. neque* 13. *hoc tit.*

Digitized by Google

TITVLVS II.

De actione rerum amotarum.

RErum amotarũ nomine olim & retentio & exactio competebat: hodie ſublata retentio, *d.* §. *ſileat*: ſupereſtque tantum actio rerum amotarum, quæ nihil aliud eſt, quam condictio ſeu actio in perſonam prætoria, quâ res à conjuge conſilio diuortendi amotæ repeti poſſunt, quæ ideo à Prætore introducta eſt, quia etiamſi coniux res coniugis attrectando, furtum faciat, ac proinde actio furti competere videretur, non tamen placuit furti agi poſſe propter honorem matrimonij, *l.* 1. *&* 2. *hoc tit.* Æquum quippe viſum eſt, lenitate vocabuli turpitudinem rei mitigare. Idque veteri exemplo.

Nam quod recentiores aiunt, Athenienſes aſperitatem rerum,

benignis & blandis vocabulis contegentes, inuidia nominis vrbanè emollita Scorta appellare amicas, tributa deſcriptiones, præſidia ciuitatum ſtationes, carcerem cuſtodiam, id primum commentum fuit Solonis, qui æris alieni condonationem, nouas tabulas appellauit. vt ait Plutarchus in Solone.

Ita demum autem locus eſt huic actioni, ſi animo diuortendi res amota fuerit, & ſequutum fuerit diuortium: conſtante enim matrimonio, hæc actio non datur: quin immò etiamſi ſequuto poſt amotionem diuortio, nata ſit, ipſo jure extinguitur, matrimonio redintegrato: Ideoque judicium jam cœptum finitur, *l. 24. 25. hoc tit.* & conſtante matrimonio, datur condictio ſine cauſa.

Item ceſſat ſi non animo diuortij, ſed quod deſperaret de vita mariti, *l. 6. §. penult. & vlt. l. ſi mulier & l. ſi propter §. vltimo hoc tit.*

Digitized by Google

Hæc actio hæredi datur & etiam in hæredes, quatenus ad eos pertinent, *d. l.* 21. §. 5.

Non tantum autem marito in vxorem, ſed etiam vxori in virum datur.

Compenſatio in ea locum habet, *l.* 7. *hic.*

TITVLVS III.

De agnoſcendis & alendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis.

DEnique retentio quoque fit ob liberos, vt docet Vlpianus, *tit. de Dotib.*

Liberi autem aut jam editi ſunt, aut adhuc in vtero. Editos parentes agnoſcere, & pro modo facultatum exhibere tenentur, ſiue eos habeant in poteſtate, vt pater & auus paternus, ſiue non, vt mater, & parentes materni,

Digitized by Google

generis. Ita etiam emancipatos, *l. 5. hoc tit.* quamuis enim parentum inæqualis ſit poteſtas, æqualis tamen debet eſſe pietas, *l. 4. de Curat. furioſi.*

Ordo tamen hic ſeruatur, vt mater eos alere cogatur vſque ad triennium, poſt triennium autem pater, & eo non ſufficiente, reliqui parentes, *l. pen. Cod. de patria poteſtate.*

Tenentur item vice mutua liberi, qui in facultatibus ſunt, exhibere parentes, *d. l. 5. §. 2. cum ſeqq. hoc tit.*

De alimentis autem exhibendis, non eſt actio ordinaria; ſed Magiſtratus extra ordinem ſummatim cognoſcere debet, eaque cognitio veritati præiudicium non adfert, *d. l. 5. §. ſi vel parens, hoc tit.* Eadem dicenda ſunt de patronis & libertis, *dicta l. 5. §. ſolent.*

Si liberi adhuc in vtero ſint, aut vterque parens agnoſcit, quo caſu

nulla controuerſia eſt, ſi vero non agnoſcunt; Senatuſconſulto Planciano cautum eſt, vt mulier, quæ ſe poſt diuortium prægnantem putat, intra triginta dies marito denuntiet, vt cuſtodes mittat, vel ſi neglexerit, partum agnoſcere cogatur; Si verò mulier non denuntiauerit, vel cuſtodes miſſos non admiſerit, liberum eſt marito, partum non agnoſcere, *l.* 3. §. *Sed ſi maritus, hoc tit.*

Factum fuit aliud Senatuſconſultum, quo idem cautum eſt de liberis conſtante matrimonio editis, quod Planciano de editis poſt diuortium. *l.* 3. §. 1. *hoc tit.*

Titvlvs IV.

De inſpiciendo ventre, cuſtodiendoque partu.

SI verò mulier neget ſe prægnantem eſſe, & maritus aſſe-

rat, Senatuſconſulto quoque cautum fuit, vt poſſit maritus obſtetrices mittere, quæ ventrem inſpiciant, cuſtodiantque partum, *l.* 1. *tit.* 4. *hic.*

Denique Prætoris edicto cautum eſt, vt marito mortuo, ſi mulier ſe prægnantem dicat, intra triginta dies denuntiet his quorum interest vt cuſtodes mittant, *l.* 1. §. *de inſpiciendo, D. de inſpiciendo ventre.*

TITVLVS V.

Si ventris nomine, Muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſsio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicatur.

EOdem edicto Prætor pollicitus fuerat, actionem ijs, ad quos ea res pertinebat, aduerſus mulierem, quæ ventris nomine in poſſeſſionem miſſa, dolo malo effecerat, vt ad alium transferre-

-tur poſſeſſio, quâ damnaretur in id quod intereſt, fuitque illa actio perpetua. *l. 1. §. hæc actio, hoc tit.*

Titvlvs VI.

Si mulier ventris nomine, in poſſeſſione, calumniæ cauſa eſſe dicetur.

ALiam quoque actionem introduxit in mulierem, quæ cum ſciret ſe prægnantem non eſſe, per calumniam in poſſeſſionem miſſa fuerat, quæ actio annua eſt & quaſi pœnalis, licet ſit in id quod intereſt, agentis.

Titvlvs VII.

De Concubinis.

NVptijs ſeu matrimonio, ſimilis fuit Concubinatus, qui jure veteri permiſſus fuit: Con-

ſtitutione autem Conſtantini prohibitus omnimodo niſi vxorem non habentibus, *l. vnica, Cod. de Concubinis.*

LIBER XXVI.

TITVLVS I.

De actione Tutelæ.

POST actiones ex contractibus deſcendentes, ſequuntur actiones ex quaſi contractibus, cuiuſmodi eſt actio Tutelæ, §. 2. *Inſtit. de obligationibus quæ quaſi ex contractu.* Quamquam enim tutela annumeretur contractibus, *l. Contractus* 23. *de regulis juris*, propriè tamen contractus non eſt, quia nullum negotium inter tutorem & pupillum contrahitur, ſed pupillus in ipſum tutorem

Digitized by Google

tutorem incidit, vt loquitur Papinianus in *l. vlt. Rem pupilli ſaluam fore.*

Rectè igitur, Pandectarum compilator, poſt actiones ex contractibus, ſubiungit tutelam, quæ quaſi contractus eſt, & occaſione actionis tutelæ; omnia quæ ad tutelam pertinent, duobus libris hoc loco complexus eſt, in quibus hunc ordinem ſeruauit, vt primum de ipſis tutoribus conſtituendis, deinde de ijs quæ durante tutela fiunt, hoc eſt de officio tutorum, denique de ijs quæ ea finita quæruntur, differat.

Quod ad primum attinet, ſciendum eſt, prætermiſſa tutelæ definitione, quæ omnibus ſatis nota eſt ex inſtitutionibus, tutelam eſſe onus publicum & virile, ideoque omnibus, tam patribus, quàm filijs-familias, imponi poſſe, etiam inuitis, dummodò tales ſint qui adminiſtrationi ſufficere poſſint.

neque aliquo impedimento animi vel corporis impediantur, vt furioſi, Muti, Surdi, qui tutores eſſe non poſſunt, *l.* 1. §. *vlt. l. furioſus* 11. *&* *l. penult. hoc tit.*

Item mulieres ob infirmitatem ſexus, tutelam adminiſtrare non poſſunt, neque quidem propriorum liberorum, jure veteri, niſi ſpecialiter à principe tutelam poſtulaſſent, *l. tutela* 16. *l. vlt. hoc tit.* Poſtea conceſſum eſt matribus filiorum tutelã adminiſtrare, ſi jurarent ſe ad ſecunda vota non tranſituras: quod juſiurandum præſtitum cùm ferè nullæ obſeruarent, receptum eſt conſtitutione Iuſtiniani, vt mater & auia, filiorum & nepotum tutelam, etiam non præſtito jureiurando ſuſciperent, in eaque agnatis præferrentur, & eam retinerent, donec ad ſecunda vota tranſirent: quo jure hodie vtimur. Videndus *tit.* 35. *l.* 5. *Cod. quando mulier officio tutelæ fungi poteſt.*

Digitized by Google

Eæ autem perſonæ, quæ tutores conſtitui poſſunt, tripliciter tantum conſtituuntur, videlicet teſtamento, lege & à magiſtratu.

TITVLVS II.

De Teſtamentaria tutela.

TEſtamento permiſſum eſt lege 12. Tabularum parentibus tutores dare liberis impuberibus, quos in poteſtate habent, ſiue primi, ſiue vlterioris gradus, ſiue natis, ſiue naſcituris, idque vel purè, vel in diem, vel ſub conditione, vel ex certo tempore, vel ad certum tempus, dummodo tamen certa perſona detur. Vide *tit. Inſtit. de Tutelis, & qui teſtamento tutores dari poſſunt, l. 20. & 30. hoc tit.*

TITVLVS III.

De confirmando Tutore vel Curatore.

EXceptis parentibus qui liberos in poteſtate habent, nullus jure tutorem teſtamento dare poteſt : Et ideo ſiue pater liberis emancipatis, ſiue mater liberis, vel patronus libertis, aut quilibet extraneus, impuberibus tutores dederit, ipſo jure datio nullius momenti eſt; ſed opus eſt confirmatione Magiſtratus, qui vt plurimum teſtatoris judicium ſequi ſolet: cum hac tamen diſtinctione, vt judicium patris omnino ſequatur, etiam nulla inquiſitione habita, quamuis filium hæredem non inſtituerit: Matris vero vel cæterorum judicium nunquam ſequitur Magiſtratus, niſi pupillo hæredi inſtituto tutor datus ſit, quo etiam caſu inquiſitione opus eſt,

Digitized by Google

l. 4. ſup. tit. prox. & l. 1. 2. & paſſim hoc tit.

TITVLVS IV.

De legitimis Tutoribus.

LEge duodecim tabularum, deficiente teſtamētario Tutore, tutelæ onus ad eum ſpectat, ad quem ſucceſſionis emolumentum, dummodo & ipſe tutelæ capax ſit: Et ideo agnati proximi tutores ſunt, quorum numero continentur etiam fratres emancipati, qui jus agnationis retinent ex conſtitutione Anaſtaſij, *l. vlt. Cod. hoc tit.*

Item legitimi tutores ſunt patroni, & eorum exemplo, hodie quoque parentes qui jure veteri non poterant eſſe tutores, niſi fiduciarij, cùm ſcilicet pater nihil in perſona vel bonis liberorum emancipatorum retineret, niſi be-

Digitized by Google

neficio fiduciæ ; hodie ſoli liberi patris emancipatoris integri juris conſtituti ſunt fiduciarij tutores emancipatorum fratrum, aut filiorum ſuorum, ab auo ſcilicet emancipatorum. *l. 3. §. ult. & l. 4. hoc tit. Titulo Inſtitut. de fiduciaria tutela.*

TITVLVS V.

De Tutoribus & Curatoribus datis, ab his qui dandi jus habent : Et qui, & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt.

DEficientibus Teſtamẽtarijs & legitimis Tutoribus, Tutores dantur à Magiſtratibus, non quidem omnibus, ſed ijs demum, quibus ſpecialiter lege conceſſum eſt, Tutores dare. Tutoris enim datio, neque Imperij eſt, neque Iuriſdictionis, *l. 6. §. 1. Suprà de Tutelis.* Ideoque mandata juriſdictione, poteſtas dandi Tutorem non tranſit. *l. 8. hic.*

Digitized by Google

Conceſſum autē eſt Romæ Prætori & Præfecto vrbi ex *lege Attilia*; vnde Attiliani tutores dicuntur à Magiſtratu dati. In Prouincijs verò à Præſidibus earum, & qui vices eorum gerunt ex *lege Iulia & Titia*. Item legato Proconſulis ex conſtitutione Diui Marci. *l. 1. hic.*

Magiſtratibus quoque Municipalibus jure veteri etiam conceſſum eſt, *l. 3. hoc tit.* Sed Præſides jus illud ijs ademerant, ita vt non poſſent amplius dare tutorem niſi juſſu Præſidum.

Tandem Iuſtinianus voluit, vt ſine juſſu dare poſſent, ſi non magnæ eſſent pupilli facultates, id eſt, non excederent quingentos ſolidos. *Titulo Inſtitut. de Attiliano Tutore.*

Notandum quod etiamſi regulariter Tutor ad vniuerſum patrimonium dari ſoleat, aliquando ta-

men datur certæ rei: ad adeundam puta hæreditatem, ad dotem dicendam: *l.* 7. *&* 9. *hoc tit.*

Denique notandum eſt Tutorem poſſe dari inuitum & ignorantem, ignoranti & inuito. *l.* 5. *&* 6.

TITVLVS VI.

Qui petant Tutores vel Curatores.

SOlent Tutores vel Curatores ad alicuius poſtulationem dari: & Curatores quidem ſoli Minores poſtulare poſſunt, vel per ſe, vel per Procuratorem, *l.* 5. §. *pen. &* *vlt. hoc titulo.*

Tutores autem non ipſi pupilli poſtulant, ſed alij, & horum quidam ex neceſſitate, quidam autem ſponte Ex neceſſitate mater & liberti, nam ſi neglexerint, illa damnum hæreditatis patitur, hi verò puniuntur. *l.* 5. §. 1. *hoc tit.* Et cæteri omnes cognati, affines, &

Digitized by Google

familiares, ſponte & ex voluntate petunt.

Titvlvs VII.

De adminiſtratione & periculo Tutorum & Curatorum, qui geſſerint vel non, & de agentibus vel conueniendis vno vel pluribus.

ITa conſtituti Tutores & Curatores, gerere & adminiſtrare tutelam debent, alioquin ex eo tempore quo ſciunt ſe datos, periculo ſuo ceſſant: quin etiam extra ordinem cogi poſſunt adminiſtrare. *l.* 1. *hoc tit.* Et quoniam Tutor non tantum rebus, ſed etiam moribus pupilli præponitur, *l.* 12. §. *vlt. l.* 13. *hoc tit.* Ideo tutelaris adminiſtrationis duæ ſunt præcipuæ partes, vna ſcilicet quæ perſonam pupillorum ſpectat, altera quæ res & bona ipſorum.

Quod ad primam attinet, cu-

rare debet Prætor vt pro nobilitate natalium, & conditione perſonæ, decernantur alimenta pupillo, mercedes præceptoribus & alia ad educationem ipſius neceſſaria.

Itemque vt educetur pupillus apud eum, eoſque quos teſtator elegerit, *dicta l.* 12. §. *Cum tutor & C.* 13. *hic & toto titulo infra, vbi Pupillus educari vel morari debeat.*

Quod ad ſecundam partem attinet, nempe ad res, hoc in primis curare debet Tutor, vt repertorium, ſeu inuentarium omnium bonorum ad pupillum pertinentium, faciat, aut ſi neglexerit, tenetur in id quod intereſt pupilli, quod ex jureiurando in litem æſtimabitur, *l.* 7. *hoc tit.*

Confecto Inuentario, ita res ipſas adminiſtrare debet, vt neceſſarias pupillo conſeruet, non neceſſarias diſtrahat, pecuniamque vel fœnori occupet, vel ad

Digitized by Google

comparationem prædiorum deponat. *l.* 5. *in princip. l.* 7. §. 3. *l.* 12. §. *vlt. hoc tit.* teneturque fœnori occupare intra ſex menſes, *l.* 15. *hoc tit.*

Et jure quidem veteri duodecim tabularum, de diſtrahendis, vel non diſtrahendis rebus pupillaribus, nihil cautum fuerat, ſed arbitrio tutoris relictum, qui prout è re & vtilitate eſſe animaduertebat, res omnes ſine diſtinctione diſtrahere poterat, ſed poſtea oratione Seueri prohibita eſt ruſticorum prædiorum & ſuburbanorum alienatio: vrbanorum autem prædiorum & cæterarum rerum omnium, non tantum permiſſa, ſed imperata alienatio. Tandem Conſtantinus prohibuit alienationem etiam prædiorum vrbanorum, & cæterarum omnium rerum, licet mobilium, dummodò ſeruando ſeruari poſſent, conceſſitque tantum alienationem rerum, quæ ſer-

uando ſeruari non poſſent. Videndus *Titulus infrà de rebus eorum qui ſub tutela, vel cur. ſunt & l. lex quæ Tutores 22. Cod. de adminiſtr. Tutorum.*

Quod autem diximus prædia ruſtica non poſſe alienari, intelligendum eſt, nonniſi vrgente ære alieno, quo caſu, interpoſito decreto, & cauſa cognita, alienatio fieri poterat.

Sunt & quidam caſus, in quibus alienatio potuit fieri ſine decreto, qui enumerantur *l.* 1. ipſis orationis D. Seueri verbis, §. 2. *infrà de rebus eorum, in tit. Cod. quando decreto opus non eſt.*

Cæterum notandum eſt, aliquando non vnum tantum, ſed plures tutores dari, quo caſu, ſi quidem definitum fuerit à Magiſtratu, vel teſtatore, quis gerat; ſolus is adminiſtrat, agit & conuenitur: cæteri ſunt honorarij tutores, qui licet non adminiſtrent,

Digitized by Google

tenentur tamen, ſed diſcuſſis prius ijs qui geſſerunt. *l.*3. §. 1. *&* 2. *hic*.

Si verò non fuerint definitum, nec inter ſe conſentiant, omnes quidem adminiſtrant, ſed ſolet tamen permitti vni, actiones exercere, quamquam & omnes poſſint ſimul. *l.* 3. §. *apparet*, *l.* 24. §. 1.

Idque ſi non ſit tutela diuiſa; quæ aliquando vel in partes, vel in regiones diuiditur, quo caſu vnuſquiſque pro ſua parte agere, vel conueniri poteſt, *l.* 3. §. *vlt. l. litium* 47. §. *Tutores*, *l. ſi duo* 51. *hoc tit. Vide titulum de diuidenda tutela.*

TITVLVS VIII.

De authoritate & conſenſu Tutorum & Curatorum.

SI pupillus infans ſit, & fari non poſſit, vel abſens ſit, Tutor ipſe omnia gerere & admini-

Digitized by Google

ſtrare debet: ſi vero fari poſſit, & præſens ſit, vel per ſe non adhibito pupillo gerere, vel adhibito, ſiue ad agendum in judicio, ſiue ad contrahendum, authoritatem adhibere poteſt. Quod & idem in cauſis adultorum, *l.* 1. §. 2. *& vlt.* Quæ authoritas ſtatim in ipſo negotio adhiberi debet; poſt tempus enim per nuntium interpoſita nihil agit: *Tit. Inſtit. de authoritate Tutorum.*

Ideo autem eſt neceſſaria Tutoris authoritas, quia certiſſima eſt juris regula, pupillum ex nullo contractu obligari poſſe, ſiue Tutoris authoritate, niſi quatenus locupletior factus eſt: eatenus enim naturaliter obligatur, & ex ea naturali obligatione datur in ipſum pupillum actio, ex conſtitutione D. Pij, *l.* 5. *in pr. h. tit.*

Digitized by

TITVLVS IX.

Quando ex facto Tutoris vel Curatoris, Minores agere, vel conueniri poſſunt.

EX adminiſtratione Tutorum vel Curatorum, Minoribus non ſemper adquiritur actio, ſed certis tantum ex cauſis, quemadmodum & certis tantum caſibus ex facto Tutorum conueniri poſſunt.

Sunt autem illi caſus, ſi Tutor pecuniam illorum crediderit, & ſtipulatus ſit, *l.* 2. *Cod. quando ex facto Tutorum.*

Item, ſi locauit Tutor prædia Minorum, *l.* 4. *Cod. eodem.*

Item, ſi Tutor obtinuerit, vel condemnatus ſit, perinde in pupillum & pupillo actio datur, ac ſi ipſe judicio interfuiſſet, *l.* 5. *hoc tit.* & *l.* 1. *Cod. eod.*

Digitized by Google

Item, ſi mutuam pecuniam Tutor acceperit, & in rem pupilli verſa ſit, *l. 3. Cod. hoc tit.*

Cæterum nunquam dolus tutoris, pupillo nocere poteſt, *l. 1. & 5. hoc tit.*

Titvlvs X.

De ſuſpectis Tutoribus, & Curatoribus.

TVtores & Curatores, Minorum negotia ex fide bona & ſumma cum diligentia gerere debent: alioquin ſi negligenter, vel fraudulenter adminiſtrent, tanquam ſuſpecti remoueri poſſunt: Idque vel accuſante Contutore, vel quolibet alio: eſt enim publica accuſatio, adeo vt mulieres admittantur. *l. 1. § penult. l. 3. hoc tit.*

Quod lege duodecim Tabularum introductum eſt: eſt enim hæc ſuſpecti cognitio legis, & ei tantum

eius cognitio competit, cui lex ſpecialiter conceſſit, veluti Romæ, Prætori: in Prouincijs, Præſidibus, & legatis Proconſulum, ex conſtitutione Antonini, *l. 1. hoc tit.*

Tutor remotus ob dolum, famoſus eſt: ob negligentiam verò vel deſidiam, non æquè. Et ideo ſolet Prætor cauſam rejectionis exprimere, & ſi expreſſa non ſit, ſine infamia cenſetur remotus: *l. 3. §. vlt. & l. 4. hoc tit.*

LIBER XXVII.

TITVLVS I.

De excuſationibus Tutorum.

DIXIMVS ſupra, Tutelam eſſe munus publicum, vnde ſequitur, vnumquemque etiam inuitum, poſſe

cogi eam ſuſcipere, niſi aliquam excuſationem habeat.

Eſt autem excuſatio, allegatio immunitatis ex iuſta cauſa alicui competentis. Sunt autem cauſæ frequentiores, hæ: Paupertas Tutoris, imperitia literarũ; lis, quam de omnibus bonis, vel de parte cum pupillo habet; ætas 70. annorum; onus trium tutelarum, numerus trium liberorum Romæ, quatuor in Italia, quinque in Prouincijs, adminiſtratio rei fiſcalis, vel alicuius juriſdictionis, vel poteſtatis, de quibus omnibus Vide *Tit. Inſtit. de excuſationibus Tutorum*: In quo ſingulæ cauſæ ſingulis paragraphis breuiter exponuntur, & multò breuius in legibus ſub hoc titulo collocatis.

Sciendum autem eſt eum demum cogi ſe excuſare, qui jure datus ſit, qui enim non jure datus eſt, ipſo jure tutus eſt: *l. 13. §. vlt. hoc tit.*

Proponendæ autem excuſationis

in 50. *Lib. Pand. l.* 27. 379. olim non aliud remedium fuit, quàm per appellationem; hodie etiam ſine appellatione, apud eundem judicem, qui Tutorem dat, proponi etiam excuſatio debet, *d. l.* 13. *in princip.* ex conſtitutione Veri & Antonini: Idque intra quinquaginta dies numerandos, vt Modeſtinus fusè explicat *in dicta lege* 13. §. 1. *cum ſeq. hoc tit. & Iuſtinianus in* §. 16. *Inſtit. d. eodem.*

TITVLVS II.

Vbi pupillus educari, vel morari debeat, & de alimentis ei præſtandis.

DE ſecundo titulo huius libri diximus in Titulo *de adminiſtratione Tutorum.*

TITVLVS III.

De Tutela & rationibus diſtrahendis, & vtili Curationis cauſa actione.

FInita Tutelæ vel Curæ adminiſtratione, Tutor duplici actione conueniri poteſt, videlicet actione directa Tutelæ, & actione de rationibus diſtrahendis.

Actio Tutelæ eſt actio in perſonam rei perſecutoria, bonæ fidei, quâ pupillus rationes adminiſtrationis à Tutore exigit, & reliqua ſibi reſtitui poſtulat, in quam venit dolus, culpa, & exactiſſima diligentia, *l. 1. hoc tit.*

Actio de rationibus diſtrahendis, eſt actio in perſonam mixta, tam pœnæ, quam rei perſecutoria, quæ in Tutorem datur, qui rem ex bonis pupilli abſtulit, & à rationibus diſtraxit, hoc eſt, ſeduxit, ſeu rationibus non intulit. Diſtrahere

enim rationes, eſt conturbare, & ſecundum fidem non reddere; quæ actio in duplum eſt, & concurrit cum actione Tutelæ, ſed vna electa, alia perimitur: *l. 1. §. In tutela, cum ſequentibus, & l. 2. cum ſequentibus hoc tit.*

Curator nulla actione directa, id eſt, legibus ſpecialiter introducta, tenetur; ſed tantum in eum datur vtilis actio negotiorum geſtorum: Ideo autem vtili tantum, non directa tenetur, ſed tantum in eum datur actio negotiorum getorum: quia non ſponte ad gerenda negotia acceſſit, qui eſt caſus directæ ſed ſæpè inuitus.

Cæterum cùm Tutor omnia pupillaria, non tantum ex fide bona, ſed etiam cum ſumma diligentia gerere debeat, ac proinde quicquid dolo, culpa, vel negligentia eius, deperditum, diminutumue, actione tutelæ conuentus, præſtare cogatur, non immerito agitatur à

TITVLVS III.

De Tutela & rationibus diſtrahendis, & vtili Curationis cauſa actione.

FInita Tutelæ vel Curæ adminiſtratione, Tutor duplici actione conueniri poteſt, videlicet actione directa Tutelæ, & actione de rationibus diſtrahendis.

Actio Tutelæ eſt actio in perſonam rei perſecutoria, bonæ fidei, quâ pupillus rationes adminiſtrationis à Tutore exigit, & reliqua ſibi reſtitui poſtulat, in quam venit dolus, culpa, & exactiſſima diligentia, *l. 1. hoc tit.*

Actio de rationibus diſtrahendis, eſt actio in perſonam mixta, tam pœnæ, quam rei perſecutoria, quæ in Tutorem datur, qui rem ex bonis pupilli abſtulit, & à rationibus diſtraxit, hoc eſt, ſeduxit, ſeu rationibus non intulit. Diſtrahere

enim rationes, eſt conturbare, & ſecundum fidem non reddere; quæ actio in duplum eſt, & concurrit cum actione Tutelæ, ſed vna electa, alia perimitur: *l.* 1. *§. In tutela, cum ſequentibus, & l.* 2. *cum ſequentibus hoc tit.*

Curator nulla actione directa, id eſt, legibus ſpecialiter introducta, tenetur; ſed tantum in eum datur vtilis actio negotiorum geſtorum: Ideo autem vtili tantum, non directa tenetur, ſed tantum in eum datur actio negotiorum gestorum: quia non ſponte ad gerenda negotia acceſſit, qui eſt caſus directæ ſed ſæpè inuitus.

Cæterum cùm Tutor omnia pupillaria, non tantum ex fide bona, ſed etiam cum ſumma diligentia gerere debeat, ac proinde quicquid dolo, culpa, vel negligentia eius, deperditum, diminutumue, actione tutelæ conuentus, præſtare cogatur, non immerito agitatur à

Iuriſconſultis in hoc Titulo, hæc quæſtio, an pluribus exiſtentibus tutoribus, alterius dolus, culpa, vel negligentia noceat, & an quis de ſuo tantum dolo & culpa, an & de contutoris teneatur, cuius quæſtionis breuis definitio eſt, periculum Tutelæ & adminiſtrationis eſſe inter Tutores indiuiduum. Et ideo, ſi plures Tutores dati fuerint, tenentur omnes in ſolidum, non tantum pro ea parte quam adminiſtrant, *l. Tres Tutores, D. de adminiſtrat. & periculo Tutorum.* Quæ definitio, vt clariùs intelligatur, ſic diſtinguendum eſt.

Vel diuiſa eſt Tutela, vel indiuiſa. Si diuiſa ſit, (Diuiſam autem vocamus quæ à Teſtatore, vel Magiſtratu diuiſa eſt) vnuſquiſque tenetur tantum pro ſua parte, pro parte Contutoris nunquam tenetur, niſi eum ſuſpectum facere ſuperſederit per dolum vel culpam, *l. 2. Cod. de peric. Tutorum, l. 1. &*

Digitized by Google

2. Cod. de diuidenda Tutela, l. Lucius 46. §. penult. D. de adminiſtratione Tutorum.

Si indiuiſa ſit Tutela, (vocamus autem indiuiſam, etiamſi Tutores inter ſe diuiſerint, *d. lege Inter.*) Aut nulli geſſerunt, vel omnes geſſerunt, aut denique quidam geſſerunt, quidam non. Si nullus geſſerit, & omnes ceſſauerint, tenentur omnes in ſolidum ipſo jure: ſed ſi omnes ſoluendo ſint litis conteſtatæ tempore, & vnus in ſolidum conueniatur, habet beneficium diuiſionis: ſi quidam ſoluendo non ſint, cæteri onerantur, & qui ſolidum præſtitit, non poteſt poſtulare, vt ſibi cedantur actiones, in contutores ſuos, quia propriæ contumaciæ pœnam præſtitit, *l. ſi plures 38. D. de adminiſtrat. & periculo Tutorum.*

Si omnes ſimul geſſerint, tenentur quidem omnes in ſolidum ipſo jure, ſed ſi omnes ſoluendo ſint

litis conteſtatæ tempore, diuiditur actio inter eos, exemplo plurium fideiuſſorum, ex conſtitutione D. Pij: Et ſi cùm omnes ſoluendo eſſent, vnus ſolidum præſtiterit, poſtulare poteſt, vt ſibi cedantur actiones aduerſus contutores ſuos, vel ijs non ceſſis competunt vtiles ex reſcripto D. Pij, niſi fortè ex dolo communi condemnatus fuerit: eo enim caſu, neque ceduntur directæ, neque vtiles dantur. Vide §. *Nunc tractemus cum* 4. *ſeqq. l.* 1. *hoc tit.*

Si quidam adminiſtrauerint, quidam non, omnes, ipſo jure tenentur in ſolidum, ſed obtinuit vt priori loco conuenirentur qui geſſerũnt, deinde ijs diſcuſſis, alij, *l.* 3. §. *cæteri diuid.* 2. *ſup. de adminiſtratione & periculo Tutorum*, & *Tit. Cod. de Tutela.*

Ex quibus apparet, quomodo accipiendum ſit, quod vulgo dici ſolet, Tutelæ ſiue adminiſtrationis peri-

periculum, indiuiſum eſſe.

TITVLVS IV.

De contraria Tutelæ, & vtili actione.

NOn tantum Minoribus aduerſus Tutores & Curatores actio datur, vt ſuprà dictum eſt, ſed etiam Tutoribus & Curatoribus, in Minores, vt ſcilicet id quod impenderint, repetant: quæ actiones ideo introductæ ſunt, quia prouocandi fuerunt Tutores, vt promptius de ſuo aliquid pro pupillis impendant, dum ſciunt ſe recepturos id quod impenderint, *l.* 1. *hoc tit.*

Datur vero Tutori contraria Tutelæ, Curatori contraria negotiorum geſtorum vtilis, ſufficitque, vt eæ actiones competant, diligenter negotia geſta fuiſſe, etſi euentum aduersũ habuit quod geſtum eſt. *l. quid ergo*, §. *ſufficit hoc tit.*

Tutori itaque qui aliquid impendit, duobus medijs ſuccurritur. Videlicet per retentionem & compenſationem, ſi conueniatur, actione directa Tutelæ, vel per contrariam actionem: *l.* 1. §. *qui tamen, cum ſeqq. hoc tit.*

TITVLVS V.

De eo qui pro Tutore, proue Curatore, negotia geſsit.

SVperiores actiones competunt veris Tutoribus & Curatoribus, & in veros Tutores & Curatores: In eos autem, qui cùm Tutores non ſint, pro Tutore tamen negotia gerunt, propoſita eſt actio pro Tutelis, in quam eadem veniunt quæ in veram ratione tutelæ, eſtque, vt ſuperior, duplex, directa & contraria.

Digitized by Google

TITVLVS VI.

Quod falſo Tutore authore geſtum eſſe dicetur.

QVoniam ſæpe euenit, vt quis falſo Tutore authore, cum pupillo contrahat, & æquitas non patitur, vt contrahentes decipiantur: Ideo Prætor pollicitus eſt in ſuo edicto, ſe in integrum reſtitutionem, conceſſurum ijs qui ignoranter falſo tutore authore, cum pupillo contraxerint: Prætereaque in falſum tutorem in id quod intereſt, actionem conceſſurum: quæ actio hæredibus quidem competit, ſed in hæredem non datur, nec in ipſum falſum Tutorem poſt annum, quoniam ſcilicet in dolum concipitur & factum punit, *l. 9. hoc tit.*

TITVLVS VII.

De fidejuſſoribus & Nominatoribus, & hæredibus Tutorum & Curatorum.

PRæter ſuperiores actiones, quæ Minoribus aduerſus Tutores & Curatores cõpetunt, ſunt & aliæ, quæ aduerſus fidejuſſores & nominatores Tutorum dantur.

In fidejuſſores quidem, actio ex ſtipulatu, quoniam ſolent promittere rem pupilli ſaluam fore; eademque actione tenentur, etiamſi ſtipulatio non interuenerit, ſi præſentes fidejuſſores à Tutoribus nominati ſint, & nomina ſua referri paſſi ſint in acta, *l.* 4. §. *fidejuſſores hoc tit.*

Nominatores autem, hoc eſt ij ad quorum nominationem & poſtulationem dati fuerunt Tutores, & qui idoneos tutores eſſe affir-

Digitized by Google

manuerunt, vtili actione ex ſtipulatu tenentur, quia fidejuſſorum vicem ſuſtinent, *d. l.* 4. *in fine*.

In quibus actionibus eædem reputationes locum habent, quæ in actione tutelæ, licet actio Tutelæ, bonæ fidei ſit: ex ſtipulatu autem ſtricti juris; & ideo, vno ex pluribus Tutoribus in ſolidum conuento, non eſt locus beneficio diuiſionis, *l. vlt. D. Rem pupilli ſaluam fore*, quamquam plures fidejuſſores diuerſorum Tutorum, ex perſona eorum diuiſionem habeant, *l. 6. hoc tit.*

TITVLVS VIII.

De Magiſtratibus conueniendis.

DEnique Pupillis, qui rem à Tutoribus, eorumque fidejuſſoribus ſeruare non potuerunt, datur actio in factum ſubſidiaria aduerſus Magiſtratus minores &

municipales, qui non idoneos tutores dederunt, vel non idoneè caueri curauerunt, quæ actio in Magiſtratus Romanos locum non habet, §. *vlt. Inſtit. de Satiſdat. Tut.* & *l. 1. hoc tit.*

Nec etiam actio datur in ordinem, niſi ordo in ſe receperit periculum, *l. 1. in princip. hoc tit.*

Nec ante in Magiſtratus agi poteſt, quam diſcuſſis Tutoribus & Curatoribus, item fideiuſſoribus & nominatoribus omnibus, *l. aduerſus, Cod. hoc tit.* Cui valdè obſtat *l. 1. §. vſque adeo, ſup. de Tut. & ration. diſtrahendis*, niſi eam accipias de Tutela diuiſa.

Notandum huic actioni non eſſe locum, ſi tempore finitæ tutelæ tutores idonei fuerint, vel ſi ab initio idonei, poſtea fortuito caſu, lapſi ſint facultatibus, *l. 1. §. Si Magiſtratus, cum ſequentibus, hoc tit.*

*

Digitized by Google

TITVLVS IX.

De rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis, vel ſupponendis.

DE titulo Nono, qui eſt *de rebus eorum qui ſub tutela, vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis, vel ſupponendis*, diximus in Titulo *de adminiſtrat. Tutorum.*

TITVLVS X.

De Curatoribus, furioſo, & alijs extra Minores dandis.

SVpereſt tantum vt adnotemus, non tantum Minoribus Curatores dari poſſe, ſed etiam alijs: puta furioſis & prodigis, quibus ex lege duodecim tabularũ, Agnati proximi curatores ſunt, (& hic eſt ſolus curator legitimus,) ſed

hodie ſolent his perſonis Curatores conſtitui à Magiſtratibus, *l.* 1. *& l. ſæpe hoc tit.*

Item dantur Curatores Mutis, Surdis, & ijs qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, *l.* 2. *hoc tit.*

Item hæreditati jacenti, *l.* 3. ventri, *l.* 8. Bonis debitoris diſtrahendis, maximè cum Senatoris, vel ſimilis perſonæ bona venduntur. *l.* 5. *&* 6. *h. tit.*

Digitized by Google

QVINTA PARS PANDECTARVM.

LIBER XXVIII.

TITVLVS I.

Qui Teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum Teſtamenta fiant.

QVONIAM Hæredes, quemadmodum & Tutores quaſi ex contractu legatarijs tenentur, §. *Hæres Inſtit. de obligationibus quæ quaſi ex contractu*: Ideo Tractatui Tutelarum, rectè ſubijcitur Tractatus de Succeſſionibus, ſeu de Hæredibus, & ijs qui vicem hæredum obtinent.

Omnis autem ſucceſſio vel eſt ciuilis, vel prætoria.

Ciuilis, vocatur hæreditas, ea-

Digitized by Google

que dupliciter defertur, videlicet Teſtamento & ab inteſtato.

Prætoria vocatur bonorum poſſeſſio, eaque iterum duplex.

Quare omnium tractandarum hic ſeruatur ordo in Pandectis, vt primum de ciuili Teſtamentaria, deinde de Prætoria, & tandem de legitima Inteſtati ſucceſſione, tractetur.

Teſtamẽtaria hæreditas eſt, quæ ex Teſtamento defertur. Eſt autem Teſtamentum, voluntatis noſtræ juſta Sententia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri vult, *l.* 1. *hoc tit.* In cujus Teſtamentariæ ſucceſſionis tractatione, cùm ſcilicet de viribus Teſtamenti quæritur, hæc imprimis occurrit inſpectio, an is qui fecerit teſtamentum, habuerit Teſtamenti factionẽ: deinde, ſi habuerit, an ſecundum regulas juris teſtatus ſit.

Quod ad primum attinet, Teſtamenti factio, non priuati, ſed

publici juris eſt, hoc eſt, ijs tantùm competit, quibus lege permiſſum eſt, *l.* 3. *hoc tit.*

Fuit autem permiſſum lege duodecim tabularum, omnibus patribus familias, de ſuis rebus diſponere, *l. verba*, 120. *D. de verborum ſignificationibus.*

Licet autem generaliter omnibus patribus familias id permiſſum ſit, ſunt tamen quidam qui teſtamentum facere prohibentur: alij enim prohibentur propter judicij infirmitatem, vt pupilli, *l.* 5. *hoc tit.* furioſi, *l.* 9. *Cod. eodem.*

Alij prohibentur, quoniam ſolemnia teſtamentorũ implere non poſſunt, veluti ſurdus, Mutus, maximè, ſi ita nati: ſi vero ex accidenti, & ſcriptura voluntatem exprimere poſſunt, jure veteri quidem teſtamentum facere poterant, ſi à principe illud ſpecialiter impetraſſent: hodie etiam venia non impetrata, poſſunt, *l.* 6. §. 1. *l.* 7. *hoc*

tit. l. diſcretis, Cod. eodem.

Alij denique prohibentur teſtamentum facere, quia iuris ciuilis communionem non habent, vt ſunt peregrini, ſerui, & ij qui apud hoſtes ſunt, *l.* 8. *hoc tit.*

Quod ad ſecundam partem huius Rubricæ attinet, videlicet de modo teſtamentorum condendorum, fuſè ſatis Iuſtinianus in *Titulo Inſtitutionum, de ordinandis teſtam.*

TITVLVS II.

De liberis & poſtumis, hæredibus inſtituendis, & exhæredandis.

AD hoc vt valeat teſtamentum, requiritur, vt ſi teſtaſtor liberos in poteſtate habeat, eos vel hæredes, inſtituat, vel exhæredet; præteritio enim aut nullum facit teſtamentũ, aut rumpit.

Liberorum appellatio omnes deſcendentes cuiuſcumque ſexus &

Digitized by Google

gradus ſignificat, *l. liberorum* 220. *D. de verborum ſignificationibus.*

Hi autem aut jam nati ſunt, aut nondum nati. Iam nati, aut ſunt in poteſtate, aut emancipati; Si ſunt in poteſtate, neceſſario hæredes inſtitui debent, aut ex hæredari; alioquin jure ciuili, nullum eſt teſtamentum: qua in re tamen differentia jure veteri fuit inter filios & familias: filij enim nominatim debebant exhæredari: filiæ autem & nepotes poterant exhæredari inter cæteros: præteritio filij, nullum faciebat ipſo jure teſtamentum; præteritio autē filiæ aut nepotis, non faciebat nullum, ſed dabatur eis jus adcreſcendi in partem virilem, ſi ſcripti hæredes eſſent ex ſuis, extraneis autem inſtitutis in partem dimidiam, vt docet Vlpianus, *lib. Reg. tit.* 22. §. *Scriptis*, & Iuſtinianus in principio *tituli Inſtitutionum de exhæredatione liberorum*. Quæ differentia à Iuſtiniano

ſublata eſt in *l. Maximum*, *Cod. de liberis præteritis*, per quam omnium liberorum æqualis eſt conditio; debentque omnes vel inſtitui, vel nominatim exhæredari.

Emancipati, jure quidem ciuili pro extraneis habebantur, nec præteriti teſtamentum infirmabant, ſed ex edicto prætoris, non minus eſt neceſſe eos hæredes inſtituere vel exhæredare, quam in poteſtate exiſtentes; alioquin per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, teſtamentum reſcindunt; qua de re infra dicetur in Tractatu de *Bonorum poſſeſſoribus*.

Nondum nati, qui poſthumi dicuntur, præteriti, non faciunt quidem nullum ab initio teſtamentum, ſed naſcendo rumpunt, abſque diſtinctione gradus vel ſexus. Poſthumi autem propriè ſunt qui poſt mortem patris teſtatoris naſcuntur, ſed ex lege Iuſtinia Vellea pro poſthumis habentur, qui naſ-

Digitized by Google

cuntur viuo teſtatore, poſt conditum teſtamentum; & nepotes qui in filiorum locū ſuccedendo, quaſi agnaſcendo rumpunt teſtamentum: Erant enim legis Velleæ duo capita.

Primo cautum erat, vt eodem modo poſthumus natus viuo teſtatore, poſt teſtamentum hæres inſtitui, vel exhæredari poſſet, ac verus poſthumus qui poſt mortem patris. *l. Gallus*, §. 1. 2. 3. 4.

Secundo capite cauebatur, vt nepotes qui nondum ſuorum locum obtinebant, quoniam filius eos præcedebat, inſtituti, vel exhæredati, ſuccedendo non rumperent, idemque juris in ijs obtineret, ac ſi primum gradum obtinuiſſent, *d. l, Gallus*, § 13. Idque ideo conſtitutum fuerat, ne ſi eſſent inſtituti, poſtea ſuccedendo rumperent teſtamentum.

Et hoc eſt quod Iuriſconſultus expreſſit in *d. l. Gallus*, §. *Ille ca-*

Digitized by Google

ſus; 15. *hoc tit. D. de liberis & poſthumis*. Primo capite permittit vt liceat inſtitui nondum natos; poſteriore non permittit inſtitui, ſed vetat rumpi.

Notandum fieri aliquando poſſe, vt filij ab vno gradu exhæredentur, ab alio prætereantur; quo caſu inutilis eſt tantum gradus, à quo præteriti ſunt, cæteri omnes valent; quod quemadmodum fiat, videndum eſt *in l. 3. §. 2. cum ſequentibus, & l. 8. hoc tit.*

Qua in re differentia eſt inter jam natum & poſthumum, nam præteritio filij jam nati, facit tantum nullum gradum, à quo præteritus eſt, & ſequentes gradus valent, perinde ac ſi ab ijs inciperet teſtamentum: Præteritio autem poſthumi, rumpit non tantum gradum in quo præteritus eſt, ſed & ſequentes omnes, dicta *l. 8. & l. 14. hoc tit.*

TITVLVS III.

De iniuſto, rupto, & irrito facto teſtamento.

QVi non ſeruatis ijs quæ ſupra diximus, teſtamenta faciunt, inutiliter teſtantur, eorumque teſtamenta iniuſta & inutilia dicuntur: aliquando enim euenit vt iuſtè & ritè conditum teſtamentum, rumpatur, vel irritum fiat.

Rumpitur agnatione vt ſupra diximus, & poſteriore teſtamento jure perfecto.

Irritum autem fieri poteſt teſtamentum etiam jure factum, multis modis; quoties ſcilicet teſtatori aliquid contingit, quo teſtamenti factionem habere deſinat; puta, ſi ciuitatem amittat per ſubitam ſeruitutem, vel deportationem: Item ſi capite damnatus fuerit, vel ad beſtias, vel ad gladium, vel aliam

pœnam, quæ vitam adimat: irritum enim fit teſtamentum, non tum cùm moritur, ſed cum ſententiam patitur, quia ſeruus pœnæ efficitur.

Excipiuntur milites, quibus ob militare delictum damnatis, conceſſum eſt teſtamenta facere, ex conſtitutione Adriani, *l. Si quis, 6. §. Irritum, cum ſeq. hoc tit.*

Qua in re notandum eſt, appellationem ita extinguere iudicatum, vt damnati vltimo ſupplicio, poſſint etiam teſtamentum condere pendente appellatione, ſi à ſententia, qua damnati ſunt, prouocauerint, & moriantur ante definitiuam ſententiam, *d. l. 6. §. Hi autem omnes.*

Item irrita quoque fiunt teſtamenta, ſi teſtatorum memoria poſt mortem damnata ſit.

Denique & irrita fiebant morte ciuili teſtamenta eorum qui capiebantur ab hoſtibus, ſed fictione

poſtliminij vires ſuas recipiebant, reuerſis teſtatoribus, vel apud hoſtes decedentibus, confirmabantur lege Cornelia qua ratione & damnati, ex indulgentia principis in integrum reſtituti teſtamentum conualeſcebat: & ita intelligenda ſunt quæ dicuntur in *d.* §. *Irritum*, cum quo coniungendus eſt omnino §. *ult. eiuſdem l.* 6.

Non tantum maxima & media capitis minutione teſtatoris, irritum fiebat teſtamentum, ſed etiam minima; ſed jure prætorio, ſi teſtator ſui juris deceſſiſſet, dabatur ſcriptis hæredibus inſtitutis, bonorum poſſeſſio ſecundũ tabulas.

TITVLVS IV.

De ijs qui in teſtamento delentur.

ALiquando non totum teſtamentum infirmatur, ſed pars tantum: videlicet quotieſcumque

pœnam, quæ vitam adimat: irritum enim fit teſtamentum, non tum cùm moritur, ſed cum ſententiam patitur, quia ſeruus pœnæ efficitur.

Excipiuntur milites, quibus ob militare delictum damnatis, conceſſum eſt teſtamenta facere, ex conſtitutione Adriani, *l. Si quis, 6. §. Irritum, cum ſeq. hoc tit.*

Qua in re notandum eſt, appellationem ita extinguere judicatum, vt damnati vltimo ſupplicio, poſſint etiam teſtamentum condere pendente appellatione, ſi à ſententia, qua damnati ſunt, prouocauerint, & moriantur ante definitiuam ſententiam, *d. l. 6. §. Hi autem omnes.*

Item irrita quoque fiunt teſtamenta, ſi teſtatorum memoria poſt mortem damnata ſit.

Denique & irrita fiebant morte ciuili teſtamenta eorum qui capiebantur ab hoſtibus, ſed fictione

Digitized by Google

poſtliminij vires ſuas recipiebant, reuerſis teſtatoribus, vel apud hoſtes decedentibus, confirmabantur lege Cornelia qua ratione & damnati, ex indulgentia principis in integrum reſtituti teſtamentum conualeſcebat: & ita intelligenda ſunt quæ dicuntur in *d.* §. *Irritum*, cum quo coniungendus eſt omnino §. *ult. eiuſdem l.* 6.

Non tantum maxima & media capitis minutione teſtatoris, irritum fiebat teſtamentum, ſed etiam minima; ſed jure prætorio, ſi teſtator ſui juris deceſſiſſet, dabatur ſcriptis hæredibus inſtitutis, bonorum poſſeſſio ſecundū tabulas.

TITVLVS IV.

De ijs qui in teſtamento delentur.

ALiquando non totum teſtamentum infirmatur, ſed pars tantum: videlicet quotieſcumque

voluntate teſtatoris aliquid deletum, inductum, vel inſcriptũ eſt.

Deletum dicitur quod lituris ita corruptum fuit, vt legi non poſſit.

Inductum eſt quod lineis vel cancellis ſuperductis concluditur, quod tamẽ legi poteſt. Inſcriptum quod nouis literis ſcriptum eſt.

Subſcriptum ſiue ſuperſcriptum eſt quod in deletorum locum ſcriptum eſt.

Deleta, inducta & inſcripta, nullius momenti ſunt, *l.* 1. *&* 2. *hoc tit.* Subſcripta valent, *l. ſi unius*, 12. §. 1. *Cod. de teſtament.*

TITVLVS V.

De Hæredibus inſtituendis.

QVoniam omnis vis teſtamenti ab hæredis inſtitutione pendet, eaque ſola teſtamentum facit, ideo expoſitis teſtamentorum ſolemnibus, de hæredibus inſtituendis ante omnia agitur. Hæredis autem inſtitutio nihil

Digitized by Google

aliud eſt, quam futuri ſucceſſoris deſignatio, teſtamento facta, quæ vel primo gradu fit, & propriè dicitur Inſtitutio, vel ſecundo aut vlteriori, & dicitur ſubſtitutio.

Inſtitutio propriè eſt datio hæreditatis, nulli ante delatæ vel adquiſitæ, eaque olim fiebat certis tantum & ſolemnibus verbis, vt docet Vlpianus *tit.* 21. *Regul.* Hodie quibuſcumque fieri poteſt.

Porrò omnia quæ de hæredum inſtitutione in hoc titulo fusè tractantur, ad duo præcipua capita referri poſſunt.

Primum eſt de perſonis, quæ hæredes inſtitui poſſunt, vel non.

Secundum, de numero hæredum & hæreditatis diuiſione.

Quod ad primum attinet, hi omnes hæredes inſtitui poſſunt, qui teſtamenti factionem habent, hoc eſt, omnes ciues Romani, eorumque ſerui niſi ſpecialiter prohibiti ſint hæreditatem capere, vt erant

jure veteri cœlibes, qui ex lege Iulia non aliter hæreditatem capere poterant, quàm ſi viuo teſtatore, vel eo mortuo, intra tempora cretionis, legi paruiſſent, hoc eſt, vxorem duxiſſent.

Exceptis autem ciuibus, eorumque ſeruis, nulli teſtamenti factionem habebant, & ideo peregrini dedititij hæredes inſtitui non poterant: Latini verò hæredes potuere inſtitui, dummodo mortis teſtatoris tempore, vel intra tempora cretionis ciuitatem adepti eſſent.

Non poterant quoque hæredes inſtitui incertæ perſonæ, collegia & municipia, niſi à libertis ſuis.

Deos denique inſtituere non licebat, niſi quos Senatuſconſulto & conſtitutionibus ſpecialiter fuerat permiſſum. Videndus Vlpianus *tit.* 22.

De ſeruorum autem tam propriorum quam alienorum inſtitutione, Iuſtinianus ſatis *tit. de hered. Inſtit.*

Digitized by Google

Quod ad ſecundum attinet, teſtatori tot licet hæredes inſtituere, totque partes hæreditatis ſuæ facere, quot libuerit: licet enim regulariter in duodecim vncias diuidatur hæreditas, in plures tamen vel pauciores diuidere poteſt, quæ ſemper ad duodecim reuocantur: Singulis enim hæredibus, pro modo diuiſionis, & varia hæredum coniunctione, adcreſcit vel decreſcit pars, vt docet Iuſtin. in *d. tit.* & Iuriſconſulti in *l.* 10. *cum decem ſequentibus, hic.* Qua in re aliquid à Iuſtiniano immutatum, *l. Cum quæſtio* 23. *Cod. de legatis.*

Notandum eſt, quod etiamſi ex certo tempore vel ad certum tempus, itemque ex re certa, hæredis inſtitutio æquè valet, perinde ac ſi temporis vel rei mentio facta non eſſet, ſi tamen plures hæredes fuerint inſtituti ex rebus certis, res illas inſtituti capiunt jure præceptionis, reliqua hæreditate ex

voluntate teſtatoris inter eos diuidenda, *l. Hæreditas*, *&* *l. ex facto*, 35. *hoc tit.*

Item notandum inſtitutiones captatorias nullius eſſe momenti.

Sunt autem captatoriæ inſtitutiones, quarum conditio confertur ad ſecretum alienæ voluntatis, veluti, ſi quis hæredem inſtituerit, hoc modo, ex qua parte Titius hæredem me inſtituet, hæres mihi eſto: *l. Captatoria* 7. *hoc tit. l.* 1. *D. de his quæ pro non ſcriptis.*

TITVLVS VI.

De vulgari & pupillari ſubſtitutione.

SVbſtitutio eſt datio hæreditatis, alteri ante delatæ, vel acquiſitæ; delatæ tantum in vulgari; adquiſitæ in pupillari & fideicommiſſaria. Vel Subſtitutio eſt ſecundo gradu facta hæredis inſtitutio.

Subſtitutionum autem directarum,

Digitized by Google

rum, ſi caſus in quos concipiuntur, conſideres, duæ tantum ſunt ſpecies: vulgaris ſcilicet, quæ in caſum non aditæ hæreditatis; pupillaris, quæ in caſum mortis. Ille vocatur primus: hic ſecundus, *l. precibus, Cod. de Impuberum.*

Si verò ſubſtitutionum concipiendarum figuram & formulam ſpectes, quinque ſpecies ſunt, videlicet, vulgaris, pupillaris, Reciproca & Compendioſa.

Vulgaris eſt, quæ in caſum non aditæ hæreditatis fit, hoc modo. Titius hæres eſto, ſi Titius hæres non erit, Mæuius hæres eſto: Ideo vulgaris appellata, quia communi iure, cuilibet, & à quolibet fieri poteſt, quæ adita ſemel hæreditate expirat, nec vnquam, poſt aditam hæreditatem ab inſtituto, locum habere poteſt, niſi verbis præcariis, facta fuerit.

Pupillaris eſt quæ à parentibus, liberis impuberibus fit, quos in

ſtitutio liberis tantum fieri poteſt, & pubertate expirat, niſi facta fuerit à milite, *l. Centurio, hoc tit. l. precib. Cod. de impub. & alijs ſubſtitutionibus.* Alia denique diuiſio ſubſtitutionis eſt, quòd alia ſimplex ſit, alia duplex.

Simplex eſt quæ vnum tantum caſum continet.

Duplex, quæ vtrumque, idque vel expreſſe, vel tacite. Nam ex conſtitutione D. Marci, vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem, niſi refragetur voluntas Teſtatoris; Pupillaris autem ſemper vulgarem continet: Reciproca vtramque continet, tam pupillarem quam vulgarem, ſi cohæredes vtriuſque capaces ſint. *l. jam hoc jure 4. hoc tit.*

Subſtitutionum porrò nomine, in Pandectis & Codice, nonniſi directæ ſignificantur, de quibus agitur *hoc titulo.* Raro autem & vix vnquam præcariæ, quæ reſtitutio-

Digitized by Google

nes & fideicommiſſa appellantur, de quibus infra dicetur, *Tit. ad Senatuſconſultum Trebellianum.*

TITVLVS VII.

De conditionibus inſtitutionum.

QVamquam hæredis inſtitutio ex certo tempore, vel ad certum tempus fieri non poſſit, poteſt tamen fieri ſub conditione qualibet, dummodo non turpi & impoſſibili; Impoſſibilis enim & inhoneſta, pro non ſcripta habetur, *l. 1. hoc tit.*

Nec intereſt, caſualis fuerit an poteſtatiua, an mixta, excepta inſtitutione filij in poteſtate patris exiſtentis, quæ nonniſi ſub poteſtatiua fieri poteſt, *l. 4. 5. & 6. de hæredibus inſtituendis.*

Eſt autem conditionis inſtitutioni hæredis appoſitæ, hic effectus, vt hæres ante eius euentum, hæredi-

poteſtate habent, in caſum mortis, hoc modo, ſi moriatur filius antequam in ſuam tutelam venerit, Titius hæres eſto: quæ ſubſtitutio moribus recepta eſt eodem jure, quo patria poteſtas, *l. 2. hoc tit.* Pubertate expirat, nec poteſt in longius tempus protrahi, niſi facta fuerit à milite, quo caſu ex priuilegio militiæ jure fideicommiſſi valet, *l. Centurio hic.*

Exemplaris eſt qua pater filio furioſo vel mente capto, aut alias teſtamentum condere non valenti, ſubſtituit in caſum mortis ante ſanitatem recuperatam; Ideo exemplaris dicitur, quia ad exemplum pupillaris. Dicitur & Iuſtinianea, quia ante Iuſtinianum non poterat à parente fieri niſi impetrato ſpeciali Principis reſcripto, *l. ex facto 43. l. humanitatis, Cod. de impuberũ.*

Reciproca eſt qua plures hæredes inuicem ſubſtituuntur, ſic appellata, quod mutuò & reciprocè

hæredes ſubſtituantur, vnde & Mutua quoque appellatur, *l. cùm proponebatur, 64. D. de leg. 2.* quæ maximè frequentari & à teſtatoribus vſurpari cœpit poſt legem Papiam, vt eluderentur caduca. Cũ enim jus caduci, eſſet potentius jure adcreſcendi, vt docet Vlpianus *tit. 24. §. Si duobus*, vno ex cohæredibus deficiente, pars eius in fiſcum deferebatur, & caduca fiebat, nec adcreſcebat cohęredibus, quod vt vitarent teſtatores, inuicem eos ſubſtituebant, vt jure ſubſtitutionis excluderetur fiſcus: Et hoc eſt quod Iuſtinianus intellexit in principio *legis vnicæ, Cod. de caduc. tollendis*, cum ait, Subſtitutiones eſſe introductas, ne fierent caduca, non quod antea quoque in vſu non fuerint.

Compendioſa eſt quæ compendio ſermonis fit hoc modo, Titius hæres eſto, quandocumque deceſſerit, Mæuius hæres eſto: quæ ſub-

poteſtate habent, in caſum mortis, hoc modo, ſi moriatur filius antequam in ſuam tutelam venerit, Titius hæres eſto : quæ ſubſtitutio moribus recepta eſt eodem jure, quo patria poteſtas, *l. 2. hoc tit.* Pubertate expirat, nec poteſt in longius tempus protrahi, niſi facta fuerit à milite, quo caſu ex priuilegio militiæ jure fideicommiſſi valet, *l. Centurio hic.*

Exemplaris eſt qua pater filio furioſo vel mente capto, aut alias teſtamentum condere non valenti, ſubſtituit in caſum mortis ante ſanitatem recuperatam; Ideo exemplaris dicitur, quia ad exemplum pupillaris. Dicitur & Iuſtinianea, quia ante Iuſtinianum non poterat à parente fieri niſi impetrato ſpeciali Principis reſcripto, *l. ex facto 43. l. humanitatis, Cod. de impuberũ.*

Reciproca eſt qua plures hæredes inuicem ſubſtituuntur, ſic appellata, quod mutuò & reciprocè

Digitized by Google

hæredes ſubſtituantur, vnde & Mutua quoque appellatur, *l. cùm proponebatur, 64. D. de leg.* 2. quæ maximè frequentari & à teſtatoribus vſurpari cœpit poſt legem Papiam, vt eluderentur caduca. Cũ enim jus caduci, eſſet potentius jure adcreſcendi, vt docet Vlpianus *tit.* 24. §. *Si duobus*, vno ex cohæredibus deficiente, pars eius in fiſcum deferebatur, & caduca fiebat, nec adcreſcebat cohęredibus, quod vt vitarent teſtatores, inuicem eos ſubſtituebant, vt jure ſubſtitutionis excluderetur fiſcus: Et hoc eſt quod Iuſtinianus intellexit in principio *legis vnicæ, Cod. de caduc. tollendis*, cum ait, Subſtitutiones eſſe introductas, ne fierent caduca, non quod antea quoque in vſu non fuerint.

Compendioſa eſt quæ compendio ſermonis fit hoc modo, Titius hæres eſto, quandocumque deceſſerit, Mæuius hæres eſto: quæ ſub-

Digitized by Google

ſtitutio liberis tantum fieri poteſt, & pubertate expirat, niſi facta fuerit à milite, *l. Centurio, hoc tit. l. precib. Cod. de impub. & alijs ſubſtitutionibus.* Alia denique diuiſio ſubſtitutionis eſt, quòd alia ſimplex ſit, alia duplex.

Simplex eſt quæ vnum tantum caſum continet.

Duplex, quæ vtrumque, idque vel expreſſe, vel tacite. Nam ex conſtitutione D. Marci, vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem, niſi refragetur voluntas Teſtatoris; Pupillaris autem ſemper vulgarem continet: Reciproca vtramque continet, tam pupillarem quam vulgarem, ſi cohæredes vtriuſque capaces ſint. *l. jam hoc jure 4. hoc tit.*

Subſtitutionum porrò nomine, in Pandectis & Codice, nonniſi directæ ſignificantur, de quibus agitur *hoc titulo*. Raro autem & vix vnquam præcariæ, quæ reſtitutio-

nes & fideicommiſſa appellantur, de quibus infra dicetur, *Tit. ad Senatuſconſultum Trebellianum.*

TITVLVS VII.

De conditionibus inſtitutionum.

QVamquam hæredis inſtitutio ex certo tempore, vel ad certum tempus fieri non poſſit, poteſt tamen fieri ſub conditione qualibet, dummodo non turpi & impoſſibili; Impoſſibilis enim & inhoneſta, pro non ſcripta habetur, *l. 1. hoc tit.*

Nec intereſt, caſualis fuerit an poteſtatiua, an mixta, excepta inſtitutione filij in poteſtate patris exiſtentis, quæ nonniſi ſub poteſtatiua fieri poteſt, *l. 4. 5. & 6. de hæredibus inſtituendis.*

Eſt autem conditionis inſtitutioni hæredis appoſitæ, hic effectus, vt hæres ante eius euentum, hæredi-

ratem vtpote nondum delatam, neque adire, neque repudiare poſſit: ne tamen res hæreditariæ interim pereant, vel etiam vt creditores hæreditarij habeant quem conuenire poſſint, ſolet Prætor Curatorem conſtituere, aut etiam petentibus hæredibus ſcriptis bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, concedere, quæ pendente conditione adminiſtrationem tantum rerum hæreditariarum continet; ea exiſtente plenum jus tribuit; deficiente, ſine re conſtituitur, *l. ſi quis* 23. *ſup. de hæred. inſtituendis*, *l.* 2. §. 1. *l.* 5. *&* 6. *D. de bonorum poſſeſsione ſecundum fabulas.*

Notandum eſt, hæredis inſtitutionem ſub ea conditione fieri poſſe, quæ omnino ex voluntate tertij pendeat, quamquam apertè in tertij volũtatem conferri non poſſit, *l. illa inſtitutio* 32. *l. si quis* 68. *ſup. de hæredib. inſtituendis.*

Cæterum de varijs ſpeciebus &

effectu conditionum in genere infra fuſius dicetur.

TITVLVS VIII.

De jure deliberandi.

DElata hæreditate ſui hæredes & neceſſarij ipſo jure hæredes fiunt: Extraneis autem hæredibus, tempus ad deliberandum concedi ſolet, an adire, vel repudiare velint.

Tempus autem illud nulla lege definitum fuit, aut Prætoris edicto, ſed relictum eſt arbitrio jus dicentis, *l.* 1. §. *vlt. hoc tit.* Aliud in bonorum poſſeſſionibus obtinet, vt patet ex §. *Cum igitur*, *inſtit. de Bonorum poſſeſsionibus.*

Cæterum notandum eſt teſtatores aliquando ſolitos fuiſſe hæredes inſtituere cum cretione, hoc eſt, præfinito certorum dierũ ſpatio, intra quod hæreditatem adire

cogeretur. Eſt enim Cretio ſpatium temporis datum hæredi inſtituto, ad deliberandum vtrum expediat ei adire, nec ne, vt docet Vlpianus, *tit.* 22. §. *Extraneus, cum ſeqq.*

Et hæres inſtitutus cum cretione, intra tempus adire debebat, alioquin ſolo tempore excludebatur, ante ſpatium autem finitum, non poterat ab hæreditate repelli, quamuis repudiaſſet: licet enim ei intra tempus variare: alijs verò hæredibus ſine cretione ſcriptis, itemque hæredibus legitimis, nullum præfinitum erat tempus adeundi, vel repudiandi: ſemel autem repudiatam hæreditatem adire non poterant, ſed ijs moras trahentibus, nec adeuntibus, aut repudiantibus, prætor ſpatium temporis præfiniebat, intra quod niſi adiuiſſent, penitus excludebantur, hæreditaſque vel ad ſubſtitutos deueniebat, vel ad legitimos.

Digitized by Google

Iuſtinianus autem quædam innouauit, voluitque vt etiam nullo tempore conceſſo ad deliberandum, hæredes ſine metu æris alieni, poſſent adire hæreditatem, confecto rerum omnium Inuentario, quâ de re videnda *lex vltima, Cod. de jure deliber.*

LIBER XXIX.

TITVLVS I.

De Teſtamento militis.

QVÆ hactenus diximus, in teſtamento paganorum obtinent, in militum autem teſtamentis longè aliter ſe

res habet, ſiue condendorum teſtamentorum ſolemnitates, ſiue perſonas, quæ teſtamenta condere, & ex teſtamento capere poſſunt, ſpectes. Nam neque legitimus teſtium numerus, eorumue ſubſignatio & ſubſcriptio vlla requiritur, deinde teſtamentum condere poſſunt filij familias milites: Item capite damnati ob delictum militare poſſunt teſtamentum condere de caſtrenſibus, *l.* 1. *hic*, *l.* 1. *D. de veteranorum & militum ſucceſſionibus.*

Item deportatos, & fere omnes qui teſtamenti factionem non habent, hæredes inſtituere poſſunt milites, *l. Idem* 3. §. *vt deportati*, *hoc tit.*

Ex certo tempore & ad certum tempus, item ex rebus certis hæredem inſtituere poſſunt, & pro parte vel bonorum, vel temporis, teſtati, & pro parte inteſtati decedere poſſunt, *l.* 6. *l.* 36. *hoc tit.*

Denique quæcumque voluntas militis pro legitima habetur, nec reſcindi, irritaue fieri pro parte, vel in totum poteſt, ſiue capitis minutione teſtatoris, ſiue agnatione ſui hæredis, vel quærela inofficioſi teſtamenti, vel per l. falcidiam, alioue quouis modo. *l.* 7. 8. 9. *hoc tit.*

Notandum tamen priuilegium militum ad alienam iniuriam porrigi non opportere: neque enim in alijs circa ſupremam voluntatem imperitiæ venia datur, quam in bonis ipſorum, *l. Impuberi* 40. *D. de adminiſtrat. Tutorum.* Et ideo, neque in fraudem creditorum manumittere aut alienare poſſunt, *l. In fraudem*, 15. *hic*, nec tutorem dare ei, qui in aliena poteſtate eſt.

TITVLVS II.

De acquirenda, vel omittenda hæreditate.

EXplicatis teſtamentorum ſolemnibus, jam de effectu teſtamenti agere incipit.

Eſt autẽ præcipuus effectus, hæreditatis ex eo delatio & acquiſitio; quæ varijs modis fit; videlicet, aditione, cretione, geſtione pro hærede, immixtione, & agnitione.

Aditio, cum qua conjungi quoque debet cretio, maximè ſi ex teſtamento fiat, eſt actus ſolemnis vindicandæ hæreditatis, delatæ ex teſtamento, vel ab inteſtato. Fiebat autem multis ſolemnibus adhibitis, præſentibus teſtibus in jure, per apprehenſionem corporis hæreditarij, & digitorum percuſſione interpoſita tanquã ſymbolo, & cum certa verborum for-

mula, quã refert Vlpianus *tit.* 22. Sed omnia illa hodie ſublata ſunt *l. cretionum, Cod. de jure deliberandi*, eſtque aditio hodie conteſtatio nuda hæreditatis apprehenſæ.

Pro hærede geſtio, eſt actus quilibet hæredis quaſi hæredis, qui actus non tam facti eſt quam animi, hoc eſt, deſideratur, vt qui quid hæreditarium attingit, eo animo ſit, vt velit eſſe hæres; alio enim animo facta geſtio, non obligat, *l. pro hærede*, 20. *hoc tit.*

Immixtio eſt actus quilibet ſui hæredis, quaſi hæredis, ſeu hæreditatem agnoſcentis: licet enim ſui hæredes jure ciuili ipſo jure etiam inuiti hæredes exiſtant, jure tamen prætorio, quo beneficium abſtentionis habent, pro hæredibus non alias habentur, nec à creditoribus conueniri poſſunt, quàm ſi ſeſe immiſcuerint bonis parentum, *l. Ei qui* 12. *hoc tit.*

Agnitio eſt nuda voluntas ſuſci-

Digitized by Google

piendæ hæreditatis, quæ perinde hæreditatem acquirit & hæredem obligat, ac ſuperiores modi, dummodò de ea conſtet.

Omittitur autem vel amittitur hæreditas varijs etiam modis, videlicet, Repudiatione, Abſtentione, Recuſatione & Omiſſione.

Repudiatio eſt actus ſolemnis, quo quis in jure conſtituit ſe nolle hæredem eſſe.

Abſtentio eſt beneficium Prætoris, quo ſui hæredes parentum hæreditatem relinquunt.

Recuſatio eſt declaratio quælibet vel re, vel verbo facta, nuda voluntate, qua quis ſe nolle hæredem eſſe conſtituit, §. *vlt. Inſtit. de hæredum qualitate*, *& l. Recuſari 95. hoc tit.*

Omiſſio eſt modus amittendæ hæreditatis, qui ex ſolo lapſu temporis oritur. Omittere enim eſt tempore excludi, vel non petere aut agnoſcere hæreditatem, intra

Digitized by Google

tempus à teſtatore, vel à Magiſtratu conſtitutum, ad deliberandum.

Ad hæc notandum eſt eum qui adit, vel repudiat, debere certum eſſe, ſibi delatam eſſe hæreditatem: quo jure delata ſit, ex teſtamento, an ab inteſtato, purè an ſub conditione, ex aſſe vel pro parte: quandiu enim aliquid eorum ignoratur, hæreditas neque adiri, neque repudiari poteſt, hoc eſt, aditio facta non obligat, & repudiatio non excludit, *l. Is qui 13. l. qui hæreditatem 19. l. ſi is ad quem 22. cum ſeqq. l. hæres 32. cum ſeqq.*

Cæterum quoniam acquiſitio hæreditatis, animi eſt & ſcientiam ac voluntatem deſiderat acquirentis, vt ſuprà diximus, ſequitur, furioſum nullo modo hæreditatem acquirere poſſe, nequidem per Curatorem, quia per curatorem aut procuratorem hæreditas acquiri non poteſt, *l. per Curatorem 90. hoc*

tit. l. 1. de bonorum poſſeſsion. furioſo, infanti, &c. quod immutatum eſt à Iuſtiniano in *l. vlt.* §. 2. & 3. & 7. *cum ſeq. Cod. de Curator. furioſ. vel prodig.*

Cum enim jure veteri hæreditas nullo modo poſſet acquiri furioſo, nec etiam bonorum poſſeſſio edictalis peti; ſed tantum decretalis, *d. l. 1. D. de bonorum poſſeſsione furioſo &c.* ea Iuſtiniani conſtitutione non tantum permiſſum curatori furioſi, vt hæreditatem, ſeu bonorum poſſeſſionem furioſo delatam, acquirere & poſtulare poſſet, ſed etiam neceſſitas impoſita, vt eam acquirat, ſi vtilem ei eſſe conſtet, ſublata decreti interp[illegible] ſitate; quæ [illegible] facit fi[illegible] hær[illegible] r[illegible]

agnitam; quo caſu hæreditas, vel bonorum poſſeſſio competit & defertur ijſdem perſonis qui hæredes, aut bonorum poſſeſſores eſſe potuiſſent, ſi furioſus non fuiſſet in medio eo tempore, quo primum delata fuit.

Hæc itaque differentia inter jus vetus & nouum, quod veteri, furioſi nomine nunquam poterat acquiri hæreditas, vel bonorum poſſeſſio edictalis peti per curatorem furioſi, nec transferri in hæredem, niſi ipſe ſanæ mentis effectus eam agnouiſſet, vel probaſſet [illegible]itam, & nequidem jus deli[illegible] Hodie autem trans-[illegible]redi eius agnoſcere [illegible] liceat, & eo repu-[illegible]fertur hæreditas [illegible]s delata fuiſſet [illegible]diaſſet eo tem-[illegible] delata eſt; Ita [illegible] nulli obſtare [illegible] hæreditatem ac-

quirat, ac ſi furioſus in medio non fuiſſet.

Cur autem olim bonorum poſſeſſio per procuratorem acquiri poterat, non autem hæreditas, non tantum ea ratio vera viſa eſt, quod nemo alieno nomine lege agere poterat, ſiue quod idem eſt, quod aditio hæreditatis ſit actus legitimus, qui per procuratorem expleri non poterat; hæc enim ratio tantum locum habet in aditione ſiue cretione ſolemni, non autem in geſtione pro hærede.

Sed hæc potius, quòd bonorum poſſeſſio impetranda erat à Prætore, hoc eſt, nemo bonorum poſſeſſionem ſibi delatam, amplecti per ſe poterat, ſed neceſſarium erat ei cui ex edicto deferebatur, adire Prætorem, & ab eo impetrare, quod ſæpè euenit, vt quis per ſe exequi non poſſit, propter morbum, abſentiam, aut aliam neceſſitatem; Ideoque jure prætorio,

Digitized by Google

quod benignius eſt, receptum fuerat, vt miniſterio procuratoris à Prætore poſtulari poſſet, quod in hæreditate non erat neceſſarium, cum receptum eſſet, vt geſtione pro hærede aut nuda voluntate acquiri poſſet hæreditas, quod poſtea in bonorum poſſeſſione quoque receptum eſt ea conſtitutione Conſtantini, quâ cautum eſt vt ſufficeret quodlibet judiciū agnoſcentis, §. *vlt. Inſtit. de bonorum poſſeſſ. l. vlt. Codice qui admitti ad bonorum poſſeſsionem poſsint & l. 3. §. vlt. Cod. de curatore furioſi.*

Cæterum eadem videbatur quoque eſſe ratio furioſi quæ pupilli, ſed fauorabiliter receptum eſt vt etiam pupillus ſi fari poſſit, authore tutore, hæreditatem acquirere poſſit, *l. pupillus 9. & l. pupillum 49. hoc tit.* Quin imò & infanti hodie acquiri poteſt hæreditas, *l. ſi infantis 18. Cod. de jure deliberandi.*

TITVLVS III.

Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur.

QVoniam de cõtrouerſijs quæ ex teſtamento proficiſcuntur, non aliter veritas exquiri poteſt, quam inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti, imò nec hæreditas adiri poterat ab hærede, pro parte, niſi apertis tabulis, *l. multum de condit. & demonſtrat.* Ideo Prætor in Edicto ſuo pollicitus eſt ſe eum qui tabulas habet coacturum eas exhibere, poteſtatemque inſpiciendi vel deſcribendi facere omnibus quorum intereſt, *l. 1. & l. 2. §. vlt. hoc tit.*

Aperiebantur autẽ tabulæ teſtamenti aliquando etiam viuo teſtatore apud acta, *l. 2. &* 18. *Cod. de Teſtam.* aut poſt mortem teſtatoris, conuocatis omnibus teſtibus qui

teſtamentum ſignauerant, vt ſigilla ſua recognoſcant, *l.* 4. *cum ſeqq. hoc tit.* Qua in re notandum, Prætorem non pati diem & conſulem tabularum inſpici, vel deſcribi, ne inſpectio illa materiam falſo fabricando præberet, *l.* 2. §. *diem hoc tit.*

TITVLVS IV.

Si quis omiſſa cauſſa teſtamenti, ab inteſtato, vel alio modo poſſideat hæreditatem.

APertis tabulis Teſtamenti eueniebat aliquando, vt hæredes ſcripti animaduertentes ſe quoque ab inteſtato teſtatori ſucceſſuros, hæreditatem ex teſtamento repudiarent, & ab inteſtato agnoſcerent, fraudandorum legatariorum aut fidei commiſſariorum cauſa, ſed Præto rEdicto ſuo, eorum calliditati occurrit, data legatarijs, & fideicōmiſſarijs, actione

in factum, aduerſus hæredes, perinde ac ſi ex teſtamento poſſiderent, quæ actio vocatur actio legatorum, & hæredi & in hæredem datur, quia rei perſecutionẽ continet, & locum tantum habet, ſi jure factum ſit teſtamentum, ſi verò ab initio nullum, aut ex poſt facto irritum fiat, ceſſat, aut non habet locum; *l. Eum, Cod. ſi omiſſa cauſa teſtamenti.* Quod autem addit in *Rubrica vel alio modo*, intelligendum eſt de eo qui omiſſa inſtitutione jure ſubſtitutionis acquirebat, *l. cui ſeruus, l. Iulianus*, maximè ante conſtitutionem Seueri, quâ cautum eſt, vt legata relicta ab inſtituto, debe-rentur à ſubſtituto.

Digitized by Google

TITVLVS V.

De Senatuſconſulto Syllaniano & Claudiano, quorum Teſtamenta ne aperiantur.

CIrca hæreditatis acquiſitionem Senatuſconſulti Syllaniani & Claudiani occurrit inſpectio, quibus duo præcipuè cauta fuerunt.

Primum vt ſi is de cuius bonis & hæreditate agitur, occiſus fuiſſet, non aliter tabulæ teſtamenti aperiri, inſpiciue poſſent, vel hæreditas adiri ex teſtamento, vel ab inteſtato, aut bonorum poſſeſſio impetrari, quam prius habita fuiſſet quæſtio de familia, & ſupplicium de noxijs ſumptum, & qui contra feciſſet, hæreditatem amitteret, tanquam indignus, fiſcoque reſtitueret: quod ideo conſtitutum, ne hæres propter com-

tit. l. 1. de bonorum poſſeſsion. furioſo, infanti, &c. quod immutatum eſt à Iuſtiniano in *l. vlt.* §. 2. *&* 3. *& 7. cum ſeq. Cod. de Curator. furioſ. vel prodig.*

Cum enim jure veteri hæreditas nullo modo poſſet acquiri furioſo, nec etiam bonorum poſſeſſio edictalis peti; ſed tantum decretalis, *d. l. 1. D. de bonorum poſſeſsione furioſo &c.* ea Iuſtiniani conſtitutione non tantum permiſſum curatori furioſi, vt hæreditatem, ſeu bonorum poſſeſſionem furioſo delatam, acquirere & poſtulare poſſet, ſed etiam neceſſitas impoſita, vt eam acquirat, ſi vtilem ei eſſe conſtet, ſublata decreti interponendi neceſſitate; quæ tamen acquiſitio non facit furioſum plene & abſolutè hæredem; liberum eſt enim ei ſi reſipuerit, vel etiam eius hæredi, ſi in furore deceſſerit, agnoſcere, vel repudiare hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem à Curatore

agnitam; quo caſu hæreditas, vel bonorum poſſeſſio competit & defertur ijſdem perſonis qui hæredes, aut bonorum poſſeſſores eſſe potuiſſent, ſi furioſus non fuiſſet in medio eo tempore, quo primum delata fuit.

Hæc itaque differentia inter jus vetus & nouum, quod veteri, furioſi nomine nunquam poterat acquiri hæreditas, vel bonorum poſſeſſio edictalis peti per curatorem furioſi, nec transferri in hæredem, niſi ipſe ſanæ mentis effectus eam agnouiſſet, vel probaſſet agnitam, & nequidem jus deliberandi: Hodie autem transfert ita vt hæredi eius agnoſcere vel repudiare liceat, & eo repudiante, perinde defertur hæreditas ijs perſonis, quibus delata fuiſſet ſi furioſus ipſe repudiaſſet eo tempore quo primum delata eſt; Ita vt perſona furioſi nulli obſtare poſſit, quominus hæreditatem ac-

quirat, ac ſi furioſus in medio non fuiſſet.

Cur autem olim bonorum poſſeſſio per procuratorem acquiri poterat, non autem hæreditas, non tantum ea ratio vera viſa eſt, quod nemo alieno nomine lege agere poterat, ſiue quod idem eſt, quod aditio hæreditatis ſit actus legitimus, qui per procuratorem expleri non poterat; hæc enim ratio tantum locum habet in aditione ſiue cretione ſolemni, non autem in geſtione pro hærede.

Sed hæc potius, quòd bonorum poſſeſſio impetranda erat à Prætore, hoc eſt, nemo bonorum poſſeſſionem ſibi delatam, amplecti per ſe poterat, ſed neceſſarium erat ei cui ex edicto deferebatur, adire Prætorem, & ab eo impetrare, quod ſæpè euenit, vt quis per ſe exequi non poſſit, propter morbum, abſentiam, aut aliam neceſſitatem; Ideoque jure prætorio,

Digitized by Google

quod benignius eſt, receptum fuerat, vt miniſterio procuratoris à Prætore poſtulari poſſet, quod in hæreditate non erat neceſſarium, cum receptum eſſet, vt geſtione pro hærede aut nuda voluntate acquiri poſſet hæreditas, quod poſtea in bonorum poſſeſſione quoque receptum eſt ea conſtitutione Conſtantini, quâ cautum eſt vt ſufficeret quodlibet judiciũ agnoſcentis, §. *vlt. Inſtit. de bonorum poſſeſſ. l. vlt. Codice qui admitti ad bonorum poſſeſsionem poſsint & l. 3. §. vlt. Cod. de curatore furioſi.*

Cæterum eadem videbatur quoque eſſe ratio furioſi quæ pupilli, ſed fauorabiliter receptum eſt vt etiam pupillus ſi fari poſſit, authore tutore, hæreditatem acquirere poſſit, *l. pupillus 9. & l. pupillum 49. hoc tit.* Quin imò & infanti hodie acquiri poteſt hæreditas, *l. ſi infantis 18. Cod. de jure deliberandi.*

Titvlvs III.

Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur.

QVoniam de cõtrouerſijs quæ ex teſtamento proficiſcuntur, non aliter veritas ex quiri poteſt, quam inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti, imò nec hæreditas adiri poterat ab hærede, pro parte, niſi apertis tabulis, *l. multum de condit. & demonſtrat.* Ideo Prætor in Edicto ſuo pollicitus eſt ſe eum qui tabulas habet coacturum eas exhibere, poteſtatemque inſpiciendi vel deſcribendi facere omnibus quorum intereſt, *l. 1. & l. 2. §. vlt. hoc tit.*

Aperiebantur autẽ tabulæ teſtamenti aliquando etiam viuo teſtatore apud acta, *l. 2. & 18. Cod. de Teſtam.* aut poſt mortem teſtatoris, conuocatis omnibus teſtibus qui

Digitized by Google

teſtamentum ſignauerant, vt ſigilla ſua recognoſcant, *l.* 4. *cum ſeqq. hoc tit.* Qua in re notandum, Prætorem non pati diem & conſulem tabularum inſpici, vel deſcribi, ne inſpectio illa materiam falſo fabricando præberet, *l.* 2. §. *diem hoc tit.*

TITVLVS IV.

Si quis omiſſa cauſſa teſtamenti, ab inteſtato, vel alio modo poſſideat hæreditatem.

APertis tabulis Teſtamenti eueniebat aliquando, vt hæredes ſcripti animaduertentes ſe quoque ab inteſtato teſtatori ſucceſſuros, hæreditatem ex teſtamento repudiarent, & ab inteſtato agnoſcerent, fraudandorum legatariorum aut fidei commiſſariorum cauſa, ſed Præto rEdicto ſuo, eorum calliditati occurrit, data legatarijs, & fideicõmiſſarijs, actione

in factum, aduerſus hæredes, perinde ac ſi ex teſtamento poſſiderent, quæ actio vocatur actio legatorum, & hæredi & in hæredem datur, quia rei perſecutionẽ continet, & locum tantum habet, ſi jure factum ſit teſtamentum, ſi verò ab initio nullum, aut ex poſt facto irritum fiat, ceſſat, aut non habet locum; *l. Eum, Cod. ſi omiſſa cauſa teſtamenti.* Quod autem addit in *Rubrica vel alio modo*, intelligendum eſt de eo qui omiſſa inſtitutione jure ſubſtitutionis acquirebat, *l. cui ſeruus, l. Iulianus*, maximè ante conſtitutionem Seueri, quâ cautum eſt, vt legata relicta ab inſtituto, debeantur à ſubſtituto.

Digitized by Google

TITVLVS V.

De Senatuſconſulto Syllaniano & Claudiano, quorum Teſtamenta ne aperiantur.

CIrca hæreditatis acquiſitionem Senatuſconſulti Syllaniani & Claudiani occurrit inſpectio, quibus duo præcipuè cauta fuerunt.

Primum vt ſi is de cuius bonis & hæreditate agitur, occiſus fuiſſet, non aliter tabulæ teſtamenti aperiri, inſpiciue poſſent, vel hæreditas adiri ex teſtamento, vel ab inteſtato, aut bonorum poſſeſſio impetrari, quam prius habita fuiſſet quæſtio de familia, & ſupplicium de noxijs ſumptum, & qui contra feciſſet, hæreditatem amitteret, tanquam indignus, fiſcoque reſtitueret: quod ideo conſtitutum, ne hæres propter com-

pendium ſuum, familiæ facinus occultaret, *l.* 1. *l.* 3. §. *non tantum, hoc tit.* Si autem alius quam hæres aperuiſſet, centum aureorum pœna plectebatur.

Secundum eſt, vt ſi is de cuius hæreditate agitur, clam necatus fuiſſet, puta veneno (prior enim pars erat tantum de occiſo per vim, *l.* 1. §. *occiſorum hoc tit.*) & hæres intra quinquennium eius mortem non vltus fuiſſet, hæreditatem amitteret indignus & fiſco reſtitueret.

De horum autem Senatuſconſultorum appellationibus, & tempore quo edita ſunt, Videndus Cujacius, *lib.* 1. *Obſeruat. cap.* 8.

TITVLVS VI.

Si quis aliquem teſtari probibuerit, vel coëgerit.

FVit & alia cauſa hæreditatis auferendæ ab hærede tanquam indigno,

indigno, ex conſtitutione D. Adriani, videlicet, ſi quis ab inteſtato ſucceſſurus teſtari volentem prohibuerit, vel contra; ſi quis aliquem teſtari coegerit: his enim caſibus denegantur actiones hæredibus, & hæreditas fiſco applicatur.

TITVLVS VII.

De jure Codicillorum.

QVoniam legata & fideicommiſſa, de quibus deinceps ſeptem ſequentibus libris tractabitur, non tantum teſtamento, ſed etiam Codicillis relinqui poſſunt, ideo de jure Codicillorum, tractatum præponere, neceſſarium fuit.

Sunt autem Codicilli vltimæ voluntatis minus ſolemnis conteſtatio, vel vt Cujacius definit, Teſtati, vel inteſtati voluntas minus ſolemnis: licet enim Codicillos hi

demum facere poſſint, qui & teſtamentum condere, *l. Diui, §. Codicillos; l. Conficiuntur, §. Codicilli, & l. 9. hoc tit.* fiunt tamen ſæpiſſimè Codicilli, non tantum ab eo qui teſtamentum condidit, ſed & ab eo qui inteſtatus decedit: Et ſi quidem à teſtato fiant Codicilli dicuntur teſtamento confirmati, ſiue ante ſiue poſt teſtamentum facti, licet in teſtamento, nulla eorum fiat mentio.

Ratio eſt quia vires capiunt ex teſtamento, & quæ in ijs ſcripta ſunt, perinde habentur, ac ſi in teſtamento ſcripta eſſent, *l. 2. §. Codicillorum hoc tit.* vnde rupto vel irrito facto teſtamento, Codicillos quoque corruere neceſſe eſt, quia jus eius ſequuntur, & tanquã pars teſtamenti conſiderantur, *l. ab inteſtato 16. hoc tit.* Ita vt fideicommiſſa codicillis relicta, non debeantur ab hæredibus ab inteſtato.

Alia eſt ratio Codicillorum quæ fiunt ab inteſtato: neque enim

rumpuntur ijs modis quibus teſtamenta, ſed ijs relicta à quocumque ſucceſſore, maximè ſi teſtator reliquerit, hoc modo, *quicumque mihi hæres erit, d. l. ab inteſtato.*

Eſt & alia differentia, quia Codicillis teſtamento confirmatis, non tantum fideicommiſſa, ſed & legata, directæque libertates dari poſſunt: Codicillis autem ab inteſtato, fideicommiſſa tantum: commune tamen hoc habent, vt hæreditas codicillis dari non poſſit, vel adimi.

Ratio eſt, ne confundantur iura Teſtamentorum, & Codicillorum, & ne teſtamentum, quod vires per hæredis inſtitutionem accipit, Codicillis confirmari videretur, qui ipſi ex teſtamento confirmantur. *l. quod per manus, hic, & l. 7. Cod. eodem.*

Notandum autem eſt, ad hoc vt valeant Codicilli, neceſſarium eſſe vt qui condidit voluerit codicillos.

condere, alioquin ſi quis teſtamentum condere volens, non omnia ſolemnia adhibuerit, quæ in teſtamentis requiruntur, ad Codicillos tamen ſufficiunt, non valebit teſtamentum jure Codicillorum, niſi adhibita fuerit clauſula codicillaris. *l. non Codicillum C. de teſtamentis l. vlt. §. 3. C. de jure Codicille.*

LIBER XXX. XXXI. & XXXII.

TITVLVS I. II. & III.

De legatis & fideicommiſsis.

HACTENVS dictum eſt de teſtamentarijs ſucceſſoribus vniuerſi juris, ſequitur vt de ſucceſſoribus ſingularum rerum tractetur, hoc eſt, de legatarijs, & fideicommiſſarijs ſingularibus.

Digitized by Google

Legati autem tres in libris juris definitiones reperiuntur ; quæ licet verbis diuerſæ, re tamen & effectu eædem, ſeſeque mutuo juuant ad rei definitæ cognitionem.

Prima definitio extat apud Iuſtinianum *Titulo de legat. Inſtit.* Legatum eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda.

Secunda definitio traditur à Florentino, in *l. legatum* 116. *D. de legatis* 1. videlicet, legatum eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo quod vniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit.

Tertia traditur ab Vlpiano, *lib. Regul. tit.* 24. Legatum eſt, quod legis modo, id eſt imperatiuè teſtamento relinquitur.

Erant autem jure veteri quatuor legatorum genera, videlicet, *per vindicationem*, his puta verbis relicta, *do*, *lego*, *capito*, *ſinunto*, quo genere legari tantum poterant res

quæ teſtatoris fuiſſent tempore conditi teſtamenti; & tempore mortis.

Per damnationem, his verbis, *Hæres meus damnas eſto dare, dato, facito, hæredem meum dare jubeo*, quo genere res omnes, tam propriæ, quam alienæ, legari poterant, dummodo eſſent in commercio.

Sinendi modo, his verbis, *Hæres meus damnas eſto Titium ſinere vel ſumere rem illam, ſibique habere*, quo genere legabantur res propriȩ teſtatoris & hæredis.

Per præceptionem legatur vni ex hæredibus, quo genere res eæ legari poſſunt, quæ per vindicationem.

Iuſtinianus inter hæc varia genera legatorum apud veteres in multis differentia, nullam differentiam eſſe voluit. Vide Vlpianum *in fragmentis tit.* 24. & Gajum *Inſtit. tit.* 5. *&* §. 2. *Inſtit. de legatis*.

Fideicommiſſum eſt quod non ciuilibus verbis ſed precatiuè relinquitur, nec ex rigore juris ciuilis proficiſcitur, ſed ex voluntate datur relinquenti. Ita definit Vlpianus *tit.* 25.

Inter legata & fideicommiſſa multæ erant jure veteri differentiæ, quarum hæ ſunt præcipuæ: legatum tantum capere poterant ciues Romani, fideicommiſſum etiam latini: legatum nonniſi Teſtamento, aut codicillis teſtamento confirmatis, fideicommiſſum etiam ab inteſtato: fideicommiſſum & ante hæredis inſtitutionem & poſt hæredis mortem relinqui poterat, legatum non item: Ab hærede tantum legatum relinqui potuit, fideicommiſſa non tantum ab hæredibus, ſed & à legatarijs omnibus, & ab omnibus, quiquid ex judicio defuncti accipiebant, videlicet à fideicommiſſario, ab eo, cui mortis cauſa do-

Digitized by Google

natum eſſet: Vnde & à patre vel domino hæredis inſtituti, fideicommiſſum relinqui potuit, legatum non item: *l. cum filio* 11. *de leg.* 1.

Fideicommiſſum etiam Græcè relinqui potuit & nutu, legatum nonniſi verbis ciuilibus.

Legatum vt plurimùm rei ſingularis, quanquam & pars bonorum legari potuerit, quæ ſpecies partitio dicebatur, fideicommiſſum autem non tantum rei ſingularis, ſed omnium bonorum & totius hæreditatis.

Legata petebantur per formulam dato judice, fideicommiſſa autem nonniſi cognitione extraordinaria Magiſtratus, videlicet Romæ Conſulum aut Prætoris fideicommiſſarij, in Prouincijs autem Præſidum.

Denique in legatis rigor juris, in fideicommiſſis voluntas tantum teſtatoris. Videndus Vlpianus *dicto tit.* 24. & 25.

Digitized by Google

Habuere tamen jure veteri hæc communia, vt legata & fideicommiſſa ab ijs tantum relinqui poſſent, qui teſtamentũ condere poſſunt, *l* 2. *de leg.* 1. Et vt legari incertæ perſonæ non poterat, ſic nec fideicommiſſum relinqui, § *Incertis*, 25. *Inſtit. de legatis*. Item quod pœnæ cauſa legatũ nec fideicommiſſum relinqui poterat.

Quæ cùm ita ſe habeant, merito quæret aliquis cur in *lege* 1. *huius tit.* legata dicuntur per omnia exæquata fideicommiſſis, idque ex Vlpiano, ex quo nunc tot habuimus differentias. Plerique exiſtimant legem illam ſolam habere inſcriptionem Vlpiani, reliqua omnia Triboniani eſſe, qui jus quod ſuo tempore obtinebat, reſpiciens, ſtatim initio exæquationem illam legatorum & fideicommiſſorum propoſuit ex Vlpiano, quamquam à Iuſtiniano tantum eſſet introducta, vt videre eſt ex principio *In-*

ſtit. de legatis & *ex toto titulo Cod. Communia de legatis , & fideicommiſsis.*

Vel etiam reſpondendum eſt, legata per omnia exæquata fuiſſe fideicommiſſis , quantum ad *legem Falcidiam*, & interdictum *quod legatorum*, quod etiam temporibus Vlpiani veriſſimum fuit, producta falcidia ad fideicommiſſa per Senatuſconſultum Pegaſianum , vt patet ex tit. Inſtitutionum de fideicommiſſarijs hæreditatibus , non autem quoad reliqua omnia.

Fuit & jure veteri inter legata & fideicōmiſſa hæc differentia, quod in fideicommiſſis juri adcreſcendi locus non fuit : In legatis autem ſecus : quod tamen quia perpetuò verum non fuit, eſtque illa quæſtio de jure adcreſcendi ſatis obſcura, & multis difficultatibus & quæſtionibus intricata, quæ vt diſſolui poſſint, quædam prænotanda ſunt.

Digitized by Google

Primum eſt de jure adcreſcendi, locum eſſe maximè inter coniunctos: Coniunctorum autem tria eſſe genera, videlicet re tantum, veluti, Primo fundum tuſculanum, do, lego: Secundo eundẽ fundum do, lego, cùm ſcilicet res eadem diuerſa oratione pluribus legatur, & hi in jure dicuntur disiuncti, §. *ſi eadem res, Inſtit. de legat.*

Verbis tantum, cùm ſcilicet duobus vel pluribus eadem res legatur, adſcriptis partibus, veluti Primo & Secundo fundum Tuſculanum do, lego, æquis partibus.

Re & verbis, cùm eadem res, eadem oratione, duobus aut pluribus relinquitur, & hi propriè dicuntur coniuncti in iure, *l. Re coniuncti, de leg. 3. l. Triplici, de verb. ſignific.*

Secundo notandum eſt, tribus modis euenire poſſe, vt vnus è coniunctis, vel is, cui aliquid Teſtamento relictum eſt, illud non capiat.

Primò ſi ab initio quid inutiliter relictum ſit, veluti ſi jam mortuo aliquid legetur, & hæc propriè in jure dicuntur haberi pro non ſcriptis.

Secundo ſi vtiliter quidem ab initio relictum fuerit, ſed poſtea deficiat, puta morte eius cui relictum eſt, vel conditionis defectu. Deficiebat autem vel viuo adhuc teſtatore, & propriè dicebatur eſſe in cauſa caduci, vel poſt mortem teſtatoris ante apertas tabulas, & propriè dicebatur caducum. Videnda *lex vnica*, §. *Et cum triplici, Cod. de Caducis tollendis.*

Tertiò euenire poteſt vt is cui relictum eſt, non capiat, puta ſi repudiet.

His poſitis, de jure adcreſcendi hæc potiſſimum quæri ſolent.

Primùm, an inter coniunctos omnes ſemper ſit locus juri adcreſcendi.

Secundo varijs exiſtentibus con-

iunctorum generibus , quinam alijs præferantur.

Tertio an quod accreſcit, accreſcat cum onere.

Quarto, an inuito accreſcat.

Quod ad primum attinet, certiſſima eſt juris regula, inter eos demum eſſe locum juri adcreſcendi, qui concurſu tantum partes faciunt: inter eos autem qui ab initio partes habent, locum non eſſe juri adcreſcendi.

Ex quibus apparet inter verbis tantum coniunctos, locum non eſſe juri adcreſcendi, quia ſcilicet ab initio partes habent ex voluntate teſtatoris, & coniunctio illa non habetur pro coniunctione, quia teſtator videtur potius breuitatis cauſa & celerius dixiſſe quam coniunxiſſe, *l. penult. D. de vſuf. adcreſc. l. Si ita quis hæredes. De hæredib. inſtit.*

Quod ita accipiendum eſt, niſi data opera & conſulto teſtator

eos coniunxerit; tunc enim ex voluntate teſtatoris jus adcreſcendi habent : Inter coniunctos autem re & verbis, certum eſt locū fuiſſe juri adcreſcendi, quia ſcilicet concurſu tantum partes faciebant. *l.* 1. *D. de vſuf. accreſc. l.* 16. §. *ult. de legat. l. coniunctim de leg.* 3.

Maximè ſi legatum fuiſſet per vindicationem, nam ſi per damnationem, ab initio partes factæ intelligebantur, & ideo in nullo genere coniunctionis erat locus juri adcreſcendi, ſi per damnationem legatum fuiſſet, & ita intelligendæ ſunt *l.* 16. *in princip. l. plane,* §. *ſi coniunctim, l. huiuſmodi,* §. *Si Titio, de leg.* 1. *l.* 7. *de leg.* 2. Eaque differentia legatorum per vindicationem & damnationem, expreſsè traditur ab Vlpiano, *tit. de legatis.* Inter coniunctos re tantum, diſtinguendum quoque eſt, an per vindicationem, an per damnationem: nam ſi per damnationē non

potuit eſſe locus quæſtioni de jure adcreſcendi, quia ſcilicet vtrique ſolidum debebatur, nec erant coniuncti. Et ideo legatum damnationis dicebatur optimum genus legati, Vlpianus *dicto Titulo*, §. *Si per damnationem*, & *l. vnica*, §. *vbi autem*, *Cod. de Caducis tollendis.* Si verò per vindicationem, inter eos juri accreſcendi, vel potius, juri non decreſcendi locus erat, quia ſcilicet ab initio ſolidum vtrique fuerat legatum, & concurſu tantum partes fiebant. Quæ omnia ita intelligenda ſunt, ſi repudiatione, vel etiam ideo quod pro non ſcripta vnius coniuncti perſona habeatur, pars defecerit. Nam in ijs, quæ vel in cauſa caduci, vel propriè caduca dicebantur, non potuit eſſe locus juri accreſcendi, poſt legem Papiam, quæ fiſcum præferebat coniuncto, jure verò nouo & eo quod obtinuit ante legem Papiam, non minus adcre-

ſcebat his caſibus pars deficiens, quàm ſuperioribus. Vlpianus *dicto tit. §. Si duobus, & l. vnica, §. pro ſecundo, & §. In nouiſsimo, Cod. de Caduc. tollend.*

Quod ad ſecundum attinet, certum eſt varijs in vna eademque re vel hæreditate coniunctorum generibus exiſtentibus, re & verbis coniunctos alijs præferri, re tantum coniunctos non præferri, ſed cum alijs concurrere: De verbis autem coniunctis, ſtatui debet ex voluntate teſtatoris, qui vel eos data opera coniunxit, vt ſupra diximus, & tunc alijs præferuntur, vel non, data opera, & tunc non præferuntur. Videnda *lex Re coniuncti, de leg. 3.*

Quod ad tertium attinet, videlicet, an quod adcreſcit, adcreſcat cum onere: Sciendum eſt huic quæſtioni maximè locum eſſe cum pluribus hæredibus inſtitutis, vel legatarijs coniunctis, ab vno nominatim quid

relinquitur, ſeu vni nominatim & ſeparatim onus imponitur. Si enim generaliter legata vel fideicommiſſa relicta fuerint, hoc modo, Mihi quiſquis hæres erit, & nulla denotata perſona, certum eſt hæredem quemcumque onera agnoſcere pro parte hæreditatis, quæ ad eum peruenit.

Igitur cùm nominatim is cui onus aliquod impoſitum eſt, ad hæreditatem vel legatum non peruenit; ſolet quæri, an adcreſcat eius portio cum onere; qua in re diſtinguendum eſt: aut enim ideo non peruenit, quia ab initio inutiliter fuit relictum, & pro non ſcripto habetur, quo caſu ſine onere adcreſcit, *d. l. vnica*, §. *In primo, de cad. tollendis*, exceptis duobus caſibus, quorum vnus in *l. Cùm vero*, §. *Si pro non ſcripto, D. de fideicommiſſarijs libertatibus*: Alter in *l. vlt. D. de ijs quæ pro non ſcriptis*.

Aut ideo non peruenit, quia in

cauſa caduci, vel verè caduca facta eſt pars alicuius, quo caſu ex *l. Papia* ad fiſcum tranſibat cum onere. Iure autem antiquo & jure nouo ex conſtitutione Iuſtiniani, ſublatis caducis accreſcit cum onere, *d. l. vnica*, §. *pro ſecundo*, §. *In nouiſſimo*, *&* §. *Sed vt manifeſtetur*, *Cod. de cad. toll.*

Vel denique repudiatione deficiebat pars; quo caſu diſtinguendum eſt inter jus antiquum & jus nouum: Iure enim antiquo, nempe ante Seuerum, accreſcebat ſine onere: *l. Pater* 29. §. *vlt. de leg.* 2. Iure autem nouo, nempe poſt conſtitutionem Seueri, quâ cautum eſt, vt relicta ab inſtituto, deberentur à ſubſtituto, obtinuit etiam, vt à cohærede, cui pars accreſcebat, deberentur, quaſi & ipſe ſubſtitutus eſſet: *l. licet* 74. *de leg.* 1. *l. Si Titio* 6. §. 1. *de leg.* 2. Vnde generaliter receptum eſt, vt pars repudiata accreſcat cum onere, *l.* 16. §.

1. D. de leg. 1. l. Mortuo 49. §. vlt. de leg. 2. quod non tantum in hæredibus locum habet, ſed etiam in legatarijs, *l. Si quis 54. §. vlt. de cond. & demonſtr.* maximè ſi legatarij coniuncti ſint re & verbis: nam ſi coniuncti tantum re, pars deficiens remanet apud coniunctum ſine onere, *dicta lege vnica, §. vbi autem, verſ. Sin autem diſiunctim, de cad. toll.* Et hac in re differunt collegatarij à cohæredibus: cohæredi enim ſiue coniuncto, ſiue diſiuncto, indiſtinctè pars adcreſcit cum onere, *d. l. vnica, §. his ita, verſic. In his itaque.*

Quod ad vltimum attinet, an ſcilicet inuito pars adcreſcat, diſtinguendum eſt inter hæredes & legatarios: Hæredi enim qui ſemel adijt, pars deficiens inuitò ſemper adcreſcit, quia non ſcinditur hæreditas, nec poteſt quis pro parte hæredem habere, pro parte non habere, *l. ſi quis hæres, l. quis*

ex duabus, §. vlt. de acquirenda hæreditate, d. lege vnica, §. His ita, cum ſequentibus, Cod. de caducis tollendis.

Collegatarijs autem re & verbis coniunctis, non adcreſcit portio deficiens niſi volentibus; ſi vero re tantum coniuncti ſint, adcreſcit portio inuito, ſeu potius non decreſcit, quia ſcilicet ab initio vtrique ſolidum legatum eſt, *d. l vnica, §. vbi autem, cum ſeqq.* Videndus Cujacius ad *l. 12. & 16. de leg. 1. & ad l. vnicam, Cod. de cad. toll.*

Cæterum quod attinet ad actiones, quibus legata petebantur, diſtinguendum eſt jus vetus à nouo.

Iure veteri legata per vindicationem petebantur rei vindicatione, vel actione in perſonam, ex teſtamento; legata damnationis & ſinendi modo, actione in perſonam tantum, legata præceptionis, actione fam. Erciſc.

Digitized by Google

Iure nouo ſublata differentia legatorum, omnia legata peti poſſe, vel actione in rem, vel perſonali, vel hypothecaria, quę actiones, licet ſtricti juris ſint, hoc tamen habent commune cum actionibus bonæ fidei, vt fructus & vſuræ, in ijs veniant, ex tempore moræ, quæ maximè per litis conteſtationem contrahitur, idque ſiue in rem, ſiue in perſonam agatur, *l.* 1. *& vlt. Cod. de vſuris, & fructibus legatorum, l.* 3. *D. de vſuris.*

LIBER XXXIII.

TITVLVS I.

De annuis legatis, & fidei-commiſsis.

TRADITIS jam generalibus præceptis ad omnia legata & fideicommiſſa pertinentibus, quæ ſeparatis & ſpecialibus titulis, ſequitur de legatis, & fideicommiſſis tractatio, ordine procedit, vt primum agatur de quibuſdam ſpeciebus legatorũ, quæ quid proprium & ſingulare habent, vt ſunt legata annua, vſusfructus, ſeruitutis, dotis, optionis. Deinde tractatur de ijs legatis, quæ licet nihil proprium habeant, ſeparatam tamen tractationem exigunt,

Digitized by Google

quia in ijs ſæpe dubitatur, quid rei legatæ nomine contineatur, vt ſunt legatum tritici, vini, olei, inſtrumenti, vel inſtructi, Peculij, Penus, Supellectilis, alimentorum cibariorum, auri, argenti, mundi, liberationis: denique tractatur de adimendis legatis.

Quòd ad primum attinet, Annua legata ſunt quæ ſingulis annis, vel in ſingulos annos, vel menſes relinquuntur: nihil enim intereſt vtrum in ſingulos annos, vel quot annis, vel in annos decem quis legauerit, *l. Nec ſemel*, §. *nouiſsimè*, *D. quando dies legatorum vel fideicommiſſorum cedat.*

Habet autem hæc ſpecies legati id proprium, vt non vnum, ſed plura legata cenſeantur, ſcilicet quot ſunt anni, vel menſes, vel dies: Et ideo per ſingula legata, jus capiendi inſpicitur, ad hoc ſcilicet vt legatarius capere poſſit, aut ſibi vel ei in cuius poteſtate

A

eſt, vel fuit, acquirat: Et primi quidem anni legatum purum eſt, ſequentium annorum conditionale: ineſt enim hæc conditio, *ſi legatarius viuat: lege 4. l. cum in annos 11. hoc tit. l. 10. 11. & 12. D. quando dies legatorum vel fideicommiſſorum cedat.*

Dies autem legati cedit initio cuiuſque anni, *d. l. nec ſemel* 12. §. 1. *quando dies leg. ced.*

Quod tamen quia non ſemper verum eſt, his diſtinctionibus vtendum eſt.

Aut annuum relinquitur alimentorum cauſa, vel rei alterius. Si alimentorum cauſa, plura legata ſemper intelliguntur, & dies cedit initio anni, vnáque cum perſona legatum extinguitur, quia ineſt hæc conditio, vt diximus, *ſi legatarius viuat.*

Si verò non alimentorum nomine annuum quid relictum fuerit, diſtinguendum eſt.

Aut

Aut enim cum præfinitione certi temporis, veluti, in annos decem do, lego, vſque ad vigeſimum quintum ætatis annum, vel quoad nubat: quo caſu vnum tantum eſt legatum, cuius præſtatio in diuerſas penſiones diuiſa eſt à teſtatore in commodum hæredis: Et ideo eius dies tantum ſemel cedit, & in hæredem etiam tranſmittitur, *l. Si cum præfinitione 20. l. firmio 26. §. vlt. D. quando dies leg. cedat.*

Vel ſine præfinitione certi temporis, & tunc plura ſunt legata, quæ morte legatarij extinguuntur, & initio anni debentur, niſi fortè euidens ſit voluntas teſtatoris in annuas penſiones ideo diuidentis, quoniam non legatario conſultũ, ſed hæredi proſpectum voluit, ne vrgeretur ad ſolutionem, *d. l. nec ſemel, §. Sed etſi quot annis, D. quando dies leg. ced.* Qua in re notanda differentia inter legatum annuum & ſtipulationem in annos ſingulos

conceptam: hæc enim vna eſt & perpetua. *l. ſi ſtichum* 16. §. 1. *de verb. oblig.* ad quam vide Cuiacium, alias differentias, earumque rationes explicantem.

TITVLVS II.

De vſu, & vſufructu, de reditu & habitatione, & operis, per legatum, vel fideicommiſſum datis.

QVid vſus, vſusfructus, habitatio, operæ ſint, & inter ſe diſtent, iam ſupra ſatis dictum eſt, *lib.* 7.

Notandum tantum legatum vſus & vſusfructus hoc ſpeciale habere, quod eius dies ab adita hæreditate tantum cedit, & morte quoque finitur: in quo poſteriori ſimile eſt legatum vſusfructus legato annuo; in aliis autem multum differt.

Primum quia vſusfructus vnum

eſt legatum niſi repetitus ſit: annuum multiplex: vſusfructus legatum capitis minutione finitur, legatum annuum non item: deinde legatum annuum in hæredem tranſit, ſi poſt anni initium deceſſerit legatarius, nondum exacto legato: fructuarius autem ad hæredem nihil transfert, licet in fine anni maturis fructibus deceſſerit, *l. In ſingulos annos 8. ſupra de annuis legatis.*

Legato annuo, vel legato vſusfructus, ſimile quoque eſt legatum reditus annui, quo nomine ſignificantur penſiones prædiorum, & in eo differt ab vſufructu, quod qui vſumfructum habet, poteſt per ſe vti & inhabitare, is autem cui relictus eſt vſusfructus, non poteſt, & ſufficit ſi hæres legatario offerat quantitatem annuam, quæ ex locatione fundi redigi ſolet, *l. fundi 29. l. Patrimonij 22. hic.*

Per operarum autem legatum

Digitized by Google

hic non tantum intelligitur opera ſerui, ſed & hominis liberi: *l. 3. hoc tit.* Et in eo maximè differt ab vſufructu, quod capitis minutione & non vtendo non amittitur.

Item in hæredem etiam legatarij tranſit & vſucapto ſeruo perit, quæ omnia aliter ſe habent in vſufructu. *l. 2. hoc tit.*

Cæterum vſusfructus aut rei certæ legatur, aut omnium bonorum.

Vſufructu omnium bonorum legato, omnia emolumenta tam prædiorum vrbanorum, quam ruſticorum, ſupellectilis, Calendarij, omniumque rerum & nominum defuncti, ad fructuarium pertinent, præſtita ſatiſdatione de eadem pecunia reſtituenda, finito vſufructu, quæ cautio à Teſtatore remitti non poteſt fructuario, *l. vxori 24. & 37. hoc tit. l. 1 Cod. de vſuf.*

Excipiendæ ſunt ſeruitutes prædiorum, quæ quia neque in bonis, neque extra bona ſunt, ideo earum

Digitized by Google

vſusfructus legari non poteſt : Seruitus enim ſeruitutis eſſe nequit, remedio tamen cautionis permittitur legatario vti ſeruitute quandiu viuit in eodem ſtatu, *l.* 1. *hoc tit.*

Titvlvs III.

De ſeruitute legata.

NOn tantum perſonales ſeruitutes legari poſſunt, ſed etiam prædiales, tam vrbanæ quàm ruſticæ ; puta itineris, viæ, aquæ ductus, quæ hoc ſpeciale habent, quod ijs tantum legari poſſunt, qui prædia vicina habent.

Item indiuiduæ ſunt, & ideo ſinguli hæredes tenentur in ſolidum, *l. vlt. hoc tit.* & in eo differunt ab vſufructu, qui diuiſionem recte recipit.

Item in eo differunt, quod vſusfructus ad certum tempus legari poteſt, ſeruitus non item : *l.* 4. *D. de ſeruitutibus.*

Digitized by Google

TITVLVS IV.

De Dote prælegata.

MVlta item ſingularia habet legatũ dotis, & hoc in primis quod in eo ceſſat Falcidia, niſi plus ſit in legato quam in dote, & tunc ex reſiduo Falcidia detrahitur, *l.* 1. *&* 2. §. *Idem Iulianus hoc tit.*

Item fideicommiſſo onerari non poteſt, niſi ratione commodi. *l.* 2.

Item legatum dotis, impetrata, bonorum, poſſeſſione contra tabulas, non redigitur ad vtilem vt cætera legata, quæ exceptis perſonis præſtantur, *l.* 8. *de legat. præſtandis, De bonorum poſſeſſ.*

Vtilitas autem legatæ dotis in eo eſt, quod jure veteri, dos, annua, bima, trima die debebatur, ſi in quantitate conſiſteret: ex legato autem ſtatim mulier dotem petebat, & ideo dos fere ſemper dici-

tur prælegari, quia ſcilicet præſenti die debetur. Si verò dos in rebus certis, in prædiis puta, conſiſtebat, vtile erat legatum dotis, quia in actione ex teſtamento, nullæ retentiones locum habebant propter impenſas, quæ tamen in iudicio de dote ipſo jure dotem minuebant, *l. cum quis 2. hoc tit.*

Titvlvs V.

De optione vel electione.

HAbuit quoque & ſingularia multa optionis legatum: legabatur vero optio, ſiue electio, hoc modo, Mæuius ex ſeruis meis quem voluerit optato vel eligito: neque enim facio differentiam inter optionem & electionem nominatim relictam, cum Iuriſconſultus optionis & electionis verbo promiſcuè vtatur, & quod electionem vocauit, optionem vocet,

l. 2. §. vlt. l. 4. hoc tit.

Differt quidem electio tacitè relicta, ab expreſſa, vel ea quæ nominatim relinquitur: Si enim nominatim optio legata ſit, legatum conditionale erat ante Iuſtinianum nec in hæredem tranſmittebatur, niſi legatarius optaſſet. Si vero tacitè, veluti cùm homo generaliter per vindicationem legatus fuerat, erat purum legatum, & in hæredes tranſmittebatur, qui tamen ſi diſſenſiſſent in electione, legatum amittebant: *l. Hæredes 25. §. ſi incerto, familiæ erciſcund. Vlpianus lib. reg. tit. 24. §. optione, & §. optionis, inſtit. de legat.*

Secundò differebant, quòd optione expreſsè legata, optio fiebat ſolemniter in jure, exhibita vniuerſa familia, vel aliis rebus: erat enim actus legitimus, & ideo nec iterari poterat, nec in diem vel ſub conditione fieri. *l. actus legitimi, D. de regulis juris.*

Digitized by Google

Legato autem generaliter relicto, electio fiebat quocumque modo, nullis ſolemnibus adhibitis.

Tertiò denique in eo differentia eſt quòd is cui electio expreſsè legata eſt, poteſt optimum eligere; is verò cui generaliter legatum eſt, non poteſt optimum, nec peſſimum eligere cogitur, *l. legato* 37. *D. de legat.* 1.

Sciendum autem eſt, electione legata, omnes ſeruos teſtatoris ita legato obnoxios eſſe, vt ante optionem non poſſit hæres quemquam ex ijs vendere, manumittere, nec pignorare, verùm trahente moras legatario, nec eligente, ſolet Prætor poſtulante hærede, vel quocumque alio cuiuis interſe præfinire diem, intra quem, niſi elegerit legatarius, ei denegatur actio, niſi adhuc res ſit integra, *l. 6. & 7. hoc tit.*

Poteſt autem legatarius eligere tantum ex ijs qui defuncti fue-

Digitized by Google

runt, & alienum eligendo, nihil agit, *l.* 2. §. *data, hoc tit.* Seruorumque electione legata, tres tantum eligere poteſt, *l.* 1.

Ratio eſt, quia frugi hominem, quantumuis locupletem, tribus ſeruis contentum eſſe decet.

TITVLVS VI.

De tritico, vino, & oleo legato.

HActenus dictum eſt de legatis, quæ ſpeciale aliquid habent, ſequitur vt dicatur de ijs, in quibus dubitatur quid appellatione rei legatæ veniat, & primum de vino, Tritico, oleo, legatis.

Vini quidem appellatione propriè id ſignificatur, quod ex vinea natum vinum permanſit, *l.* 9. *in princ. hoc tit.*

Verum aliquando ex voluntate & vſu teſtatoris, omnia continentur, quæ potui deſtinata ſunt, vt

Digitized by Google

acetum, zitum, camum & cætera, quæ pro hominum affectione & vſu, vini numero habentur, *l.* 1. *&* 9. §. *hæc omnia, hoc tit.*

Item vino legato vaſa quoque debentur, non quaſi pars vini, ſed quaſi acceſſiones, quod intelligendum eſt de his vaſis, quæ facilè mouentur: Ea enim quæ propter magnitudinem moueri non poſſunt, & in agris, quaſi inſtrumentum agri habentur, non debentur, *l.* 3. §. 1. *cum ſeq. hoc tit.*

Cæterum cùm vinum triticum & alia eius generis, quæ in quantitate conſiſtunt, legantur, aut exprimitur certa quantitas, & tunc legatum omninò debetur, ſiue teſtator reliquerit in bonis, ſiue non.

Ratio eſt, quia hæres vel ex propriis bonis, vel ex rebus hæreditariis, conficere poterit, *l. ſi pecunia, de leg.* 2. *l. hæredes*, §. *vlt. famil. erciſc. & l. ſicut*, 3. *hoc tit.*

Si vero non certa quantitas fue-

rit expreſſa, hic tantum cenſetur legatum quod teſtator reliquerit, & ſi nihil reliquerit, nullum legatum eſt, *l.* 7. *hoc tit.*

In ſtipulationibus autem indiſtinctè dicendum, nullius momenti eſſe ſtipulationem rei quæ in quantitate conſiſtat, in qua quantitas certa & expreſſa non eſt; *l. Ita ſtipulatus* 15. *D. de verb. oblig.*

TITVLVS VII.

De inſtructo vel inſtrumento legato.

INſtrumentum propriè eſt apparatus rerum diutius manſurarum, ſiue quibus exerceri nequiret poſſeſſio, *l.* 12. *hoc tit.* In qua definitione poſſeſſionis nomen generaliter ſumitur, tam pro prædio ruſtico, quam pro vrbano, veluti taberna, balneo & ſimilibus.

Parum autem refert, an fundus inſtructus, fundus & inſtrumen-

Digitized by Google

tum, vel fundus cum inſtrumento, legatus ſit: Idem enim ferè hæ formulæ ſignificant, niſi quod paulo plenius eſt legatum fundi inſtructi, quam fundi cum inſtrumento: Illo etenim non tantum agri inſtrumentum continetur, ſed etiam tota familia, *d. l. quæſitum* 12. §. *Sed ſi fundus, hoc tit.*

Qua in re tamen videtur fuiſſe controuerſia, vt indicat ille §.

Deinde poteſt in eo eſſe differentia, quod legato fundo cum inſtrumento, alienato fundo, legatum inſtrumenti extinguitur: in cæteris autem formulis poteſt & inſtrumentum deberi, ſi hæc fuerit voluntas teſtatoris: & hic eſt ſenſus *l. 5. hoc tit.*

Cæterum quemadmodum in ſuperiori titulo diximus, multa contineri contra propriam vocis acqeptionem ex voluntate teſtatoris, ita quoque hic & in ſequenti titulo, voluntas teſtatoris facit, vt

pleraque contineantur ex voluntate teſtatoris, eiuſque innumera extant exempla in *hoc tit.*

Titvlvs VIII.

De Peculio legato.

QVemadmodum alienato fundo, inſtrumenti legatum extinguitur, ita legato ſeruo cum peculio, alienato, vel manumiſſo, vel mortuo ſeruo, legatum peculij extinguitur, quia acceſſio eſt ſerui, *l. 1. hoc tit.*

Peculij autem legato continentur non tantum corpora omnia peculiaria, ſed & etiam nomina, & quicquid ſeruo dominus debuit, quamquam ea hæres perſequi tantum poſſit, non legatarius, ſed tenetur hæres cedere, *l. 5. hoc tit.*

Vice verſa, omne æs alienum peculij, tam quod domino debetur, quam quod extraneis, deducitur

ex legato ab hærede, qui non cogitur legatum præſtare, niſi deductione facta, vel cautione à legatario præſtita, de defendendo hærede aduerſus creditores peculiarios.

Ratio eſt, quia onus obligationis peculiaris ex ſententia Proculeianorum, quæ obtinuit, non ſequitur poſſeſſorem peculij, nec vlla datur actio creditoribus peculiaribus in legatarium, ſed tantum in hæredem teſtatoris intra annum; ideoque hæres antequam legatum præſtaret, ſibi proſpiciebat cautionè interpoſita à legatario, *l.* 1. §. *Item hæres ſuprà, quando de peculio actio annalis ſit, l. at cum hæres, ſup. de peculio, l. ſi ſeruo* 18. *hoc tit.*

Aliter ſentiebant Sabiniani, qui recta via creditoribus actionem dabant in quemcumque peculij poſſeſſorem, nec vllo pacto hæredem conueniri poſſe exiſtima-

bant, & ideo cautione nulla opus eſſe, *l.* 1. §. *per contrarium ſup. de dote prælegata.*

Cæterum notandum eſt, multum intereſſe, vtrum ipſi ſeruo legato, vel manumiſſo peculium legetur, an verò extraneo, nam ſi ipſi ſeruo, dies legati cedit tantum ab adita hæreditate, & ideo quicquid peculio accedit ante aditionem, legato cedit: ſi verò ſit legatum extraneo, dies legati cedit à morte teſtatoris: Et ideo quod poſt mortem, ante aditionem per ſeruum acquiritur, id legatarium non ſequitur, niſi ex rebus peculiaribus acquiſitum ſit, *l. denique,* §. *vlt. hoc tit.* §. *ſi peculium, Inſtit. de legatis.*

TITVLVS IX.

De penu legata.

PEnu legata omnia continentur quæ eſui potuique deſti-

nata ſunt : eſtque alia eſculenta, quâ continentur non tantum ea quæ eſſe, ſed & per quæ eſſe ſolemus, veluti oleum, muria, garum ; alia poculenta, quâ continentur omnia quæ vini loco pater famil : habuit omnia denique quæ alendi cauſa bibuntur. *l.* 5. *hoc tit.*

TITVLVS X.

De ſupellectile legata.

SVpellex eſt domeſticum patris familias inſtrumentum, quod neque argento, vel auro, vel veſti annumeratur, dicta ab eo, vt Labeo ait, quòd olim his qui in legationem proficiſcerentur, locari ſolerent, quæ ſub pellibus vſui forent, *l.* 7. *hoc tit.*

Denique ſupellectilis legato eæ omnes res continentur, quæ ad vſum communem patris-familias

Digitized by Google

paratæ ſunt, quæ nomen ſui generis ſeparatim non habent. *l. 6. hoc tit.*

LIBER XXXIV.

TITVLVS I

De alimentis, vel cibariis legatis.

ALimentorum appellatione non tantum continentur cibaria, ſed & veſtitus & habitatio, quia ſine his ali corpus non poteſt., *l. 6. hoc tit.* Quæ ad diſciplinam pertinent, legato non continentur, niſi aliud teſtator ſenſerit.

Multa autem ſunt ſingulari jure recepta in legato alimentorum.

Primum eſt vt recte relinquantur, etiam incapacibus, veluti damnatis in metallum, *l. 3. inf. de his quæ pro non ſcriptis.* Deportatis, *l.*

11. *hoc tit.* Seruis teſtatoris ſine libertate, *l.* 17. *hoc tit.*

Secundo legatis alimentis vſque ad pubertatem, vſque ad plenam pubertatem, hoc eſt decimum octauum annum in maſculis, decimum quartum in fœminis, debentur, *l. Mela*, §. 1.

Tertio non minuitur legatum alimentorum, generali clauſula omnia legata minuente, *l. libertis* 18. §. *Poſtumus in fine hoc tit.*

Quarto trāſigi de his non poteſt, niſi authore Prætore, cum cauſæ cognitione, *l.* 8. *ſup. de tranſact.*

Denique differentia eſt inter diſpenſatorem alimentorum & cæterorum legatorum, in eo quod alimentorum diſpenſator, pecuniam deſtinatam alimentis præcipere poteſt, nulla præſtita cautione de deficientium partibus reſtituendis: aliter in alio diſpenſatore obtinet, *l.* 8. *hoc tit.*

Digitized by Google

TITVLVS II.

De auro, argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veſte, vel veſtimentis, & ſtatuis legatis.

AVro vel argento legato continetur omne aurum, ſiue factum, ſiue infectum, quod à teſtatore relictum eſt, præter pecuniam numeratam, *l. Cum aurum 19. hoc tit.*

Mundi autem appellatione ſignificatur mundus muliebris, id eſt id omne quo mundior & ornatior fit mulier, *l. Argento 25. §. Mundus, l. 30. §. Titia.*

Et differt legatum ornamenti à legato mundi, vt patet ex *d. lege 25. §. ornamenta.*

Veſtis autem aut veſtimentorum legato continentur omnia quæ induendi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, inijciendi, incuban-

Digitized by Google

dique cauſa parata ſunt, & quæ his acceſſorij vice cedunt, ſiue ſint linea, ſiue lanea, ſiue ſerica, aut cuiuſcunque alterius materiæ.

TITVLVS III.

De liberatione legata.

IVre veteri dubitatum fuit an creditor debitori ſuo legare poſſet quæ debebantur, hoc eſt liberationem, quoniam ſcilicet quod debitor debet; id ipſius proprium eſt: res autem propria fruſtra legatur. Verum tandem obtinuit vt & liberatio legari poſſit, non quaſi res ipſa quæ debetur, legata intelligatur, ſed hæres cenſetur prohibitus quidquam exigere à debitore.

Eſt autem huius legati effectus hic, vt non quidem ipſo jure liberetur debitor, ſed beneficio exceptionis, *l. 3. in princ. &* §. *3. nunc de effectu.*

Digitized by Google

Liberum itaque eſt legatario, cui liberatio legata eſt, expectata actione, exceptione ſe tueri, vel agere vltrò ex teſtamento, aduerſus hæredem, vt per acceptilationem eum liberet: *l. 5. hoc tit.*

Et hoc quidem ita procedit, ſi vnus tantum ſit debitor, qui teſtator purè liberationem legauerit: ſed difficultas eſt, cum plures exiſtunt debitores, puta duo rei debendi, vel etiam reus & fideiuſſor: quo caſu ſic diſtinguendũ eſt.

Aut teſtator vni tantum conſultum voluit, quo caſu is ſolus exceptionem habebit, nec poterit agere, vt per acceptilationem liberetur, ſed tantùm pacto in perſonam concepto, quod non proderit neque correo, neque fideiuſſori, niſi correus vel fideiuſſor regreſſum habeat aduerſus legatarium, quod contingit cum correi ſocij ſunt, & fideiuſſor ſimpliciter acceſſit, non animo donandi. Eſt enim certiſſi-

Digitized by Google

ma regula, legatum liberationis prodeſſe omnibus qui poſt ſolutionem regreſſum habituri ſunt aduerſus legatarium, & quorum obligationem extinctam eſſe intereſt legatarij. Vide *l. 3. §. Nunc hactenus cum ſeqq. & l. 4. & 5. hoc tit.*

Aut omnibus conſultum voluit teſtator, quo caſu non dubium eſt, quin omnibus competat vel exceptio doli, vel actio aduerſus hæredem, & liberet acceptilationem. *d. l. 3. & 5.*

TITVLVS IV.

De adimendis vel transferendis legatis, vel fideicommiſsis.

EXplicatis jam omnibus legatorum generibus, incipit ab hoc titulo tractare de variis cauſis, propter quas ea quæ relinquuntur teſtamento, in totum inutilia fiunt, vel pro parte.

Digitized by Google

In totum autem inutilia fiunt variis ex cauſis.

Primum per ademptionem vel tranſlationem; qua in re differentia eſt inter legata & fideicommiſſa: fideicommiſſa enim nuda voluntate ipſo jure adimuntur; legata autem nonniſi verbis directis & teſtamento: nuda autem voluntate ipſo jure quidem non adimuntur, ſed tamen legatarius repellitur exceptione doli, *l.* 3. §. *ult. cum l. ſeq. hoc tit.*

Tranſlatio legati fit quatuor modis, qui explicantur *l.* 6. *hoc tit.*

Notandum non tantum adimi vel transferri rei ipſas, ſed & etiam conditiones, idque vel in totum, vel pro parte, *l.* 3. §. *conditio, hoc tit.*

*****
***
*

TIT.

TITVLVS V.

De Rebus dubijs.

SEcundo inutilia legata ſunt, vel fideicommiſſa, quæ ita dubia vel ambigua oratione relinquuntur, vt quid ſenſerit teſtator, nulla ratione dignoſci poſſit, veluti ſi Titio legatum ſit, & duo ſint Titij, nec appareat de quo intellexerit, *l.* 10. *l.* 27. *hoc tit.* Qua ratione & incertæ perſonæ legatum relictum olim inutile erat, quamquam ex poſt facto certa fieri poſſet perſona, quod à Iuſtiniano correctum eſt, §. *Incertis, Inſtit. de leg.*

Cæterum hic non tantum de dubio & ambiguo, quod in teſtamentis, reperitur, tractatur, ſed generaliter tractantur hic varij modi & regulæ juris de ambiguo diſſoluendo in omnibus negotiis & contractibus; vt in *l.* 12.

Quoties in actionibus aut exceptionibus, ambigua oratio eſt, commodiſſimum eſt id accipi, quo res de qua agitur, magis valeat, quàm pereat, vt in *l.* 21. Semper in dubijs id agendum eſt, vt quam tutiſſimo loco res ſit bona fide contracta : in *l.* 24. In ambiguis benignè interpretatio fieri debet, & ſecundum id quod veriſimilius eſt, in *l.* 26. In ſtipulatione ambiguitas contra ſtipulatorem accipienda eſt.

Sunt & aliæ pleræque à Iuriſconſultis traditæ regulæ diſſoluendi ambigui, quarum frequentiores hæ ſunt, in ambiguis pro libertate, *l.* 20. Pro dote, *l.* 85. *D. de regulis juris.* Item in ambiguis orationibus maximè ſententia ſpectanda eſt eius qui eas protulerit. *l.* 96. *de regulis juris.* Item in obſcuris inſpici ſolet quod veriſimilius eſt, aut quod plerumque fieri ſolet, *l.* 14. *de Reg. juris.* Denique in ven-

Digitized by Google

ditionibus & locationibus pactio ambigua vel obſcura contra venditorem & locatorem in quorum poteſtate fuit apertiùs legem dicere, *l. 39. D. de pactis.* Nec tantum hic tractatur de dubio quod ex verbis, ſed & de eo quod de re vel facto contingit, vt de commorientibus, *l. 8. 9. 16. 17. 18. hoc tit.*

Titvlvs VI.

De his quæ pœnæ cauſa relinquuntur.

ERat quoque inutile legatum jure veteri, quod pœnæ cauſa relinquebatur, hoc eſt coercendi hæredis vel legatarij ſed illud à Iuſtiniano immutatum eſt, *§. Pœnæ quoque, Inſtit. de legatis.*

Titvlvs VII.

De Regula Catoniana.

QVarto euenit etiam vt quis non capiat quod ei relictum eſt, licet tempore mortis teſtatoris vel aditæ hæreditatis capere

poſſit, ſi tempore conditi teſtamenti capere non potuerit, propter regulam Catonianam quæ vult vt quod legatum inutile foret ſi teſtator tempore facti teſtamenti deceſſiſſet, omnino inutile ſit, quandocumque deceſſerit; quæ Regula habet tantum locum in ijs legatis, quorum dies cedit à morte teſtatoris, & ideo ad legata conditionalia non pertinet, *l. Cætera*, §. 1. *de leg.* 1. neque ad legatum vſusfructus, *l. legato inf. quando dies legat.* neque etiam ad libertates, quia earum dies cedit ab adita hæreditate, vt legatum vſusfructus, *l.* 3. *hoc tit.* In qua legendum eſt, libertates, non hæreditates, vt vulgo, vt docuit Cujacius 4. *obſeruat. cap.* 4. Catonianam enim regulam ad hæreditates pertinere, euidentiſſimè patet ex *l.* 4. *hic*, *&* *l. penult. D. de regulis juris.*

TITVLVS VIII.

De his quæ pro non ſcriptis habentur.

INutilia quoque ſunt ea, quæ pro non ſcriptis habentur, vt ſunt ea quæ relinquuntur jam mortuis, damnatis in metallum, & deportatis. Item ea quæ non intelliguntur & quæ teſtamentarius ſibi adſcribit. *l.* 1. 2. §. 3. 4.

TITVLVS IX.

De his, quæ vt indignis auferuntur.

SVnt præterea inutilia ea quæ vt indignis auferuntur, ſiue eripiuntur, propter quod ereptitia vocantur. Inutilia inquam, ipſis legatariis: vel enim ad fiſcum transferuntur, idque fere ſemper, vel remanent penes eum à quo relicta ſunt, veluti quod Tutori relictum eſt, qui ſe poſtea excuſat, vel ei qui tabulas teſtamenti celauit, *l.* 3. §. *amittere, hic, l. pen. Cod. de leg.*

Cæterum notandum eſt, diffe-

rentiam eſſe inter incapacem & indignum : Incapax enim eſt qui nihil omnino capere poteſt , vt ſunt peregrini, cœlibes, ſerui pœnæ: Indignus autem eſt, qui rectè quidem capit & acquirit , ſed retinere adquiſitum non poteſt, quoniam ei aufertur vt indigno , aliqua ex cauſa.

Cauſæ autem variæ ſunt, veluti, ſi non vltus ſit necem teſtatoris hæres, de quo ſupra dictum eſt ad tit. *de Senatuſconſ. ſyllan.* Si negligentia hæredis teſtator mortuus fuerit, *l. 3. hoc tit.* Qui teſtatorem accuſant, *l. 1. hoc tit.* Qui teſtamentum falſi accuſant, nec obtinent, *l. 4. 5. & 7.* Si ſupremam teſtatoris voluntatem non habuerit, *l. cum quidam 12. hoc tit.* Qui ſtatus controuerſiam defuncto mouit, vel apertè maledixit teſtatori, *l. 9. §. 1. & 2.* Si denique quis in fraudem legum tacitam fidem accommodauerit, *l. 10. & 11.* & aliæ pleræque cauſæ.

Digitized by Google

LIBER XXXV.

TITVLVS I.

De condictionibus & demonſtrationibus, & cauſis, & modis eorum, quæ in teſtamento ſcribuntur.

DEnique inutilia ſunt ea quæ relinquuntur teſtamento, defectu conditionis, ſub qua relicta ſunt. Ideoque hic tractatur de Conditionibus, & earum occaſione de demonſtrationibus & cauſis & modis eorum quæ in teſtamento relinquuntur.

Conditio autem eſt adiectio quæ ſuſpendit legatum vel aliud quodcumque.

Vel Conditio eſt cauſa, qua exiſtẽte naſcitur obligatio, deficiente

nulla conſtituitur, ſuſpenſa ſuſpenditur: Cauſæ enim nomen ſumitur pro quacumque adiectione.

Demonſtratio eſt ſignificatio rei legatæ, vel perſonæ legatarij.

Cauſa eſt ratio legandi, collata in præteritum.

Modus ratio legandi, collata in futurum.

Vel eſt lex certa, quæ imponitur dationi rei. Inter quæ omnia multæ ſunt differentiæ.

Cauſa enim & demonſtratio conferuntur in præteritum vel in præſens tantum; Conditio tam in præteritum quam in futurum, ſed maximè in futurum; Modus tantum in futurum.

Conditio autem à modo differt quia impleri debet, antequam capi & peti poſſit legatum: Modus autem rectè impletur, poſt perceptionem legati, dummodo caueat legatarius, de implendo modo, hæredi, licet eius non interſit modum

Digitized by Google

impleri, *l. 19. Si tibi, de leg. 3.* Vel ſi nulla interpoſita fuerit cautio, officio judicis compellitur legatarius modum implere, *l. libertas, §. 2. l. Mæuia infrà, de Manumiſsis teſtamento.*

Secundò, ſub modo legatum, purum eſt, & ideo in hæredē tranſmittitur: conditionale, nonniſi poſt conditionis euentum: Item Modus confertur plerumque in arbitrium legatarij, Conditio etiam in caſum.

Cæterum notandum eſt, verba conditionalià aliquando pro modalibus accipi, & contra. Conditionem enim non faciunt verba, ſed voluntas teſtatoris, *l. In conditionibus, §. 1 hoc tit. l. 2. Cod. de ijs quæ ſub modo, & l. 2. D. de ijs quæ pœnæ nomine.*

Conditionum aliæ ſunt juris, aliæ facti.

Iuris ſunt quæ ex ipſo jure veniunt, taciteque ſemper inſunt, li-

cet non expreſſæ à teſtatore: veluti inſtitutioni filij familias, ſemper ineſt hæc conditio, *ſi ſui juris ſit*: Item inſtitutioni hæredis ex parte, ineſt tacitè hæc conditio, *ſi tabulæ teſtamenti apertæ fuerint.*

Facti ſunt eæ omnes quæ exprimuntur à teſtatoribus, cuiuſcumque generis ſint. Inter quas & eas quæ juris ſunt, hæc eſt differentia, quòd conditiones facti, quamuis impletæ ſint, impediunt hæredem circa adeundam hæreditatē, quandiu ignorat eas impletas eſſe: quæ verò ex jure veniunt, dummodò impletæ ſint, non impediunt hæredem adire hæreditatem, licet ignoret eas impletas, *l. multum* 21. *hoc tit.*

Conditiones quæ ſunt facti, ſunt in triplici differentia, videlicet vt quid detur, vt quid fiat, vt quid obtingat: vel retrò, ne detur, ne fiat, ne obtingat: *l. In facto* 60. *hoc tit.* Quarum tertia ſpecies in euentu ponitur, & ſemper caſua-

lis eſt, puta ſi nauis ex Aſia venerit.

Duæ autem priores quæ dandi vel faciendi legem & neceſſitatem habent, aut conferuntur in perſonas eorum quibus quid relinquitur: aut in perſonas aliorum: Inter quas hæc eſt notanda differentia, quòd in conditionibus, quæ in caſu poſitæ ſunt, & in ijs quæ in aliorum perſonas conferuntur, nunquam legatarijs aut fideicommiſſarijs relicti petitio competat, niſi poſt conditionis euentum.

Idem etiam obtinet in conditionibus quæ conferuntur in perſonam eius cui quid relinquitur, ſi in dando vel faciendo conſiſtant, ſi verò in non faciendo conceptæ ſint, puta ſi quid relictum ſit Titio ſub conditione, Si capitolium non aſcenderit, quia certum eſſe non poteſt conditionem impletã fuiſſe, niſi mortuo Titio, & ideo inutile eſſet legatum, Receptum eſt vt

cet non expreſſæ à teſtatore: veluti inſtitutioni filij familias, ſemper ineſt hæc conditio, *ſi ſui juris ſit*: Item inſtitutioni hæredis ex parte, ineſt tacitè hæc conditio, *ſi tabulæ teſtamenti apertæ fuerint.*

Facti ſunt eæ omnes quæ exprimuntur à teſtatoribus, cuiuſcumque generis ſint. Inter quas & eas quæ juris ſunt, hæc eſt differentia, quòd conditiones facti, quamuis impletæ ſint, impediunt hæredem circa adeundam hæreditatẽ, quandiu ignorat eas impletas eſſe: quæ verò ex jure veniunt, dummodò impletæ ſint, non impediunt hæredem adire hæreditatem, licet ignoret eas impletas, *l. multum* 21. *hoc tit.*

Conditiones quæ ſunt facti, ſunt in triplici differentia, videlicet vt quid detur, vt quid fiat, vt quid obtingat: vel retrò, ne detur, ne fiat, ne obtingat: *l. In facto* 60. *hoc tit.* Quarum tertia ſpecies in euentu ponitur, & ſemper caſua-

Digitized by Google

lis eſt, puta ſi nauis ex Aſia venerit.

Duæ autem priores quæ dandi vel faciendi legem & neceſſitatem habent, aut conferuntur in perſonas eorum quibus quid relinquitur: aut in perſonas aliorum: Inter quas hæc eſt notanda differentia, quòd in conditionibus, quæ in caſu poſitæ ſunt, & in ijs quæ in aliorum perſonas conferuntur, nunquam legatarijs aut fideicommiſſarijs relicti petitio competat, niſi poſt conditionis euentum.

Idem etiam obtinet in conditionibus quæ conferuntur in perſonam eius cui quid relinquitur, ſi in dando vel faciendo conſiſtant, ſi verò in non faciendo conceptæ ſint, puta ſi quid relictum ſit Titio ſub conditione, Si capitolium non aſcenderit, quia certum eſſe non poteſt conditionem impletã fuiſſe, niſi mortuo Titio, & ideo inutile eſſet legatum, Receptum eſt vt

ſtatim petere poſſit legatum non expectato euētu conditionis, oblata cautione de reſtituendo quod acceperit, ſi conditioni non paruerit, quæ cautio Mutiana appellatur, à Mutio Scæuola eius inuentore, & ijs tantum caſibus locum habet, quibus non aliter certū eſſe poteſt, conditionem impletā eſſe, quàm morte legatarij; Si enim alio modo conditio exiſtere poſſit ceſſat hæc cautio, *l. Mutiana* 7. *l. Is qui* 18. *l. Cum tale* 72. *l. Auia* 77. §. 1. *hoc tit.*

Secunda conditionum diuiſio eſt, quod quædam ſunt quæ viuo tantum teſtatore impleri poſſunt, quædam quæ nonniſi mortuo, aliæ quæ quandocunque.

Primi generis ſunt eæ quæ teſtatoris perſonæ cohærent.

Secundi generis ſunt omnes conditiones poteſtatiuæ quæ promiſcuè vocantur in *l.* 11. §. 1. *hoc tit.* Hæ enim numquam impleri poſſunt niſi mortuo teſtatore, & vt

paruiſſe quis conditioni videatur, etiam ſcire debet, hanc conditionem inſertam fuiſſe, nec ſi caſu fecerit, videtur voluntati obtemperaſſe, hoc eſt debitum data opera impleri & eo animo vt ſatisfiat voluntati teſtatoris, *l.* 2. *hoc tit. d. l.* 11. §. 1. *h. tit.*

Tertij generis ſunt omnes conditiones caſuales: hæ enim quandocumque impleri poſſunt, nec intereſt, viuo, an mortuo teſtatore impleantur, *d. l.* 3. *&* 11. *l. Conditionum* 91. *hoc tit.*

Ex qua diuiſione poteſt & alia colligi, videlicet quod conditionum aliæ ſunt merè caſuales, aliæ merè poteſtatiuæ, hoc eſt, ex ſola voluntate legatarij pendentes; aliæ denique mixtæ; partim ex caſu, partim ex voluntate pendentes, quæ differunt à Promiſcuis. Promiſcuæ enim voluntariæ ſunt, vt contra receptam Interpretum opinionem docuit Cuiacius 14. Obſeruat. cap. 2.

Conditionum autem omnium hoc commune eſt, vt ijs deficientibus nihil legatarijs debeatur, quod tamen quia perpetuò non eſt verum, his diſtinctionibus vtendum eſt: Aut conditio poſita eſt in euentu, vt loquitur *d. l. in facto, in fine*, quo caſu notum ea deficiente indiſtinctè nihil deberi: aut collata eſt in perſonam legatarij, & alternis & in dando vel faciendo conſiſtit: quo caſu diſtinguendum eſt: vel enim ſtat per legatarium, quò minus impleatur, & tunc certiſſimum eſt extingui legatum: vel ſtat per alium; quo caſu impleta habetur, *l. 1. Cod. de Inſtit. & Subſtit. l. 24. hoc tit. l. In omnibus, D. de reg. juris.* Vel denique ſtat per fatum, vel caſum fortuitum, mortuo quippe eo in cuius perſona impleri debuit conditio, quo caſu, iterum diſtinguendum eſt: vel enim id contigit, ſeu defecit conditio viuo teſtatore, vel

eo mortuo. Si viuo, conditio habetur pro impleta, & ideo legatum debetur, *l. Turpia*, §. 1. *&* 2. *de legat.* 1. *l. Filiæ* 28. *hoc tit. l. quæ ſub conditione*, 8. §. *Quoties*, *ſuprà de condit. Inſtitutionum*: Si mortuo jam teſtatore, tunc conditio non habetur pro impleta, & legatum intercidit: *l. Vnde Neratius*, §. *Idem Iulianus*, *ad l. Aquiliam*, *l.* 4. *Cod. de conditionibus inſertis tam leg. quam fideic. l. In teſtamento* 31. *hoc tit.* Ad quam vide Cuiacium *lib.* 17. *Obſeruat. cap.* 22.

Notandum autem eſt, quaſdam eſſe conditiones, quæ remittuntur legatarijs, & implendæ non ſunt, vt eſt hæc conditio, *Si non nupſerit*: *l. quoties* 22. *hoc tit.* Quod tandem immutatum eſt à Iuſtiniano, *l.* 2. *&* 3. *de indicta viduitate tollenda*, *&* *Nouella* 22. *cap.* 43.

Item remittuntur conditiones, per quas jus libertatis infringitur, *l. Titio* 71. §. *Titio centum & hoc tit.*

TITVLVS III.

Ad legem falcidiam.

HActenus dictum eſt de cauſis, ex quibus legata vel fideicommiſſa in totum adimuntur, & inutilia fiunt: ſequitur alia cauſa, ex qua adimuntur pro parte, cùm ſcilicet Teſtator vltra modum legibus præfinitum legauit: latiſſima enim poteſtas legandi, quæ lege 12. Tabul. Teſtatoribus conceſſa fuerat, varijs legibus, puta Furia & Voconia, & Iuriſconſultorum interpretationibus, coarctata fuit, *l. verbis* 112. *D. de verb. ſignific.* Quæ leges cùm ad rei conſummationem non ſufficerent, vt docet Iuſtinian. *Inſtit. hoc tit.* & ibi Theophilus, nouiſſimè lata eſt lex Falcidia, quâ cautum eſt, ne quis teſtamento pluſquam dodrantem bonorum legare poſſet, & vt ſiue vnus, ſiue

plures hæredes inſtituerentur, quarta bonorum apud eum eoſue remaneret, qui teſtatoris mortis tempore fuiſſent. Habebat autem locum lex Falcidia, in legatis tantum, non in fideicommiſſis, vtpote nondum firmitatem illam juris habentibus; cœperunt enim inualeſcere fideicommiſſa principatu demum Auguſti, & lex Falcidia lata eſt Triumuiratus tempore, ſed cum poſtea inualeſcerent, euenit vt Falcidiæ fraus fieret, per fideicommiſſa Senatuſconſulto Pegaſiano cautum eſt, vt lex Falcidia in ijs quoque locum haberet, §. *Sed quia*, *Inſtit. de fideicommiſſ. hæreditat.* Et quoniam Senatuſconſultum Pegaſianum locum habebat tantum in fideicommiſſis teſtamento relictis, conſtitutione D. Pij inducta quoque eſt lex Falcidia ad fideicommiſſa quæ ab inteſtato relinquebantur, *l.* 18. *hoc tit. & l.* 3. *Cod. ad Trebellianum.*

Præterea quoniam fraus quoque fieri poterat legi Falcidiæ per donationes cauſa mortis, ad eas quoque conſtitutione D. Seueri lex Falcidia porrecta eſt, ita vt ex his quoque quartam retinere poſſit hæres, *l. 5. Cod. hoc tit. l. 2. Cod. de donat. cauſa mortis.*

Deinde producta quoque eſt lex Falcidia ad donationes inter virum & vxorem, poſtquam ex oratione Seueri fideicommiſſorum inſtar haberi cœperunt. *l. 12. Cod. hoc tit.*

Denique erat & alius caſus quo legi Falcidiæ fraus fiebat, cùm ſcilicet Teſtator non aliter volebat hæredem adire hæreditatem poſſe, quàm data certa ſumma, quæ dodrantem bonorum excederet, ad quem etiam caſum Iuſtinianus legem Falcidiam protraxit, *l. penult. Cod. hoc tit.* quamuis regulariter in mortis cauſa capione, id eſt, eo genere relicti quod occaſione

mortis teſtatoris capitur, & nomine proprio caret, lex Falcidia locum non habeat, *l.* 1. §. *Item ſi ita legatum, & l.* 93. *acceptis, hoc tit.*

Quartæ autem huius, quæ neceſſario hæredi relinquenda eſt, retentionem tantum fuiſſe, non autem vindicationem, jure veteri plerique putant, inter quos Cuiacius *lib.* 8. *obſeruat. cap.* 2. Excepto eo caſu, quo res legata penes legatarium eſſet tempore mortis teſtoris, & ad eam tantum referunt legem *lineam, Margaritarum hoc tit.* Et ea de cauſa, vt proſpiceretur hæredi, introductam fuiſſe putant cautionem, de qua tractabitur titulo ſequenti, & interdictum quod legatorum, de quo *lib.* 43. dicetur.

Vt-vt ſit, conſtat jure nouo etiam quartæ vindicationem eſſe, *l. pen. Cod. hoc tit.* & etiam jure veteri hæredem qui ſolida legata per errorem ſoluerat, quartæ repetitionem habuiſſe.

Dixi *per errorem*, nam ſi ſciens vltro legata præſtitiſſet omiſſa Falcidia, plenamque fidem teſtatori exhibuiſſet,non erat repetitio quia juri ſuo renuntiaſſe videtur, *l.* 1. *& vlt. Cod. hoc tit.*

Notandum eſt Falcidiam locum non habere in teſtamento militis, *l.* 7. *Cod. hoc tit.* in legatis pijs, *Nouella* 131. *cap.* 12. in legato, vel fideicommiſſo relicto ſub lege non alienandi, *Nouella* 119. *cap.* 11.

Item hodie locum non habet, ſi teſtator eam expreſsè prohibuerit, *Nouella* 1. *cap.* 2. Secus obtinuit jure veteri, quo teſtator eam prohibere non potuit, *l. quod bonis* 15. §. 1. *hoc tit.*

Denique notandum in ineunda ratione legis Falcidiæ ſpectari quãtitatem patrimonij quæ fuerit tempore mortis teſtatoris, *l. In ratione* 30. *l. In quantitate* 73. *hoc tit.*

Item in ſingulis hæredibus ſeparatim locum habere, *l. In ſingulis, hoc tit.*

Digitized by

TITVLVS III.

Si cui pluſquam per legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicatur.

MOrtuo teſtatore & adita hæreditate, ſæpe eueniebat vt incertum eſſet an locus eſſet legi Falcidiæ, vel non: idque vel propter legata ſub conditione relicta, vel propter latens æs alienum, vel lites aduerſus hæredes inſtitutas, ratione rerum hæreditariarum, quarum incertus eſſet euentus, quibus caſibus, ne in damno verſaretur hæres qui ad ſolutionem vniuerſorum legatorum præſentium cogebatur, & ne dilata præſtatione legati, legatarius interim commodo eius rei priuaretur, introductum fuit edicto Prætoris, vt non aliter compelli poſſet hæres legata præſētia præſtare, quàm ſi cauiſſet legatarius ſe reſtitutu-

rum id quod amplius accepiſſet quàm per legem ſalcidiam capere liceret.

Eſt autem hæc cautio, non nuda repromiſſio, ſed ſatiſdatio, & fideiuſſorum habet præſtationem, *l.* 3. §. 1. *hoc tit.* quæ ſatiſdatio, quia ſatis difficilis eſt, non temerè exigitur, ſed cauſa cognita, *l.* 4. *hoc tit.* Et ideo etiam quibuſdam remittitur, veluti ijs, quibus minuta alimenta relicta ſunt, *l.* 3. §. *quamuis*, *hoc tit.* Vel etiamſi legatarius cauere non poſſit, *l.* 6. *hoc tit.* Remittitur etiam fiſco, *d. l.* 3. §. *Item ſciendum.*

Committitur autem hæc ſtipulatio, hoc eſt, tunc ex ea agi poteſt, cum certum eſt legi Falcidiæ locum eſſe, & habet locum in omnibus caſibus, in quibus lex Falcidia locum habet & ceſſat vbi ceſſat, *l.* 1. §. *hæc ſtipulatio*, & §. *In quibuſdam*, *hoc tit.*

*

Digitized by

LIBER XXXVI.

TITVLVS I.

Ad Senatuſconſultum Trebellianum.

QVÆ hactenus dicta ſunt, ad legata & fideicommiſſa ſingularum rerum pertinent: ſequitur vt de fideicommiſſarijs hæreditatibus, deque Trebelliano & Pegaſiano Senatuſconſultis, circa eas factis, dicatur.

Fideicommiſſaria autem hæreditas eſt, quæ per fideicommiſſum relinquitur ab hærede Teſtamentario, aut legitimo, cùm ſcilicet hæres eodem Teſtamento, vel legittimis codicillis rogatur hæreditatem totam aut pro parte reſtituere alteri, idque vel purè, vel

in diem, vel ſub conditione: licet enim jure ciuili certum ſit, eum qui ſemel hæres eſt, nunquam deſinere eſſe hæredem; *l. Ei* 88. *in fine, D. de hæredibus inſtituendis, l. Ait Prætor* 7. §. *pen. D. de Minoribus*, poteſt tamen emolumentum & effectus hæreditatis, ſeu vt loquitur *l.* 1. §. 2. *hoc tit.* Ius fructuſque hæreditatis in alium transferri, nomine hæredis penes heredem remanente, & jure quidem veteri reſtituta ex fideicommiſſo hæreditate, non nudum tantum hæredis nomen penes hæredem, ſed omnia quoque onera hæreditaria, & actiones, penes eum remanebant; ac proinde ſæpe damnoſa ei erat fides: quod quoniam iniquum erat, Trebelliano Senatuſconſulto cautum eſt, vt omnes actiones, quæ hæredi & in hæredem dabantur fideicommiſſario & in fideicommiſſarium darentur & tranſirent atque ita fideicommiſſarius loc[o]

hæredi[s]

hæredis haberetur, nullo onere, penes hæredem remanente.

Verum recuſantibus ſæpe ſcriptis hæredibus adire hæreditatem, propter nullum lucrum, corruebant teſtamenta, & fideicommiſſa: ideo aliud factum Senatuſconſultum, quod Pegaſianum appellatur, quo duo potiſſimum cauta ſunt: Primum eſt vt hæres non poſſet onerari reſtitutione vltra dodrantem, & quarta pars remaneret penes eum, quo caſu ſiue retineret quartam, ſiue non, non tranſmittebantur actiones, ſed onera hæreditaria hæres ſolus ſuſtinebat, niſi ſibi cauiſſet interpoſita ſtipulatione emptæ & venditæ hæreditatis, ſi totam hæreditatem reſtitueret, vel partis & pro parte, ſi tantum partem; §. *poſt quod & §. Ergo, Inſtitution. de fideicommiſſarijs hæreditatibus.* Secundum eſt, vt ſi hæres ſcriptus hæreditatem adire nollet, poſſet cogi inuitus adire periculo fi-

deicommiſſarij, quo caſu ceſſabat retentio quartæ, & in fideicommiſſarium actiones transferebantur, concurrente hoc caſu vtroque Senatuſconſulto, *dicto §. Ergo, in fine, Inſtit. de fideicommiſſarijs hæreditatibus*. Iuſtinianus autem ſublato Senatuſconſulto Pegaſiano, vel potius eo in Trebellianum transfuſo, voluit vt ſemper Trebellianum locum haberet, id eſt, vt ſemper actiones fideicommiſſario & in fideicommiſſarium tranſmitterētur, quartæque retentio competeret & inuitus etiam cogi poſſet hæres adire, perinde atque ſi id Senatuſconſulto Trebelliano conſtitutum fuiſſet, *§. ſed quia ſtipulationes, Inſtit. de fideicommiſſ. hæreditat.* Vnde factum eſt vt Tribonianus & alij Pandectarum & Codicis compilatores, loco Pegaſiani Senatuſconſulti, Trebellianum innumeris locis repoſuerint, tribuentes Trebelliano quod Pegaſiano Iuriſconſulti tribuerant.

Digitized by Google

Cæterum Trebelliani & Pegaſiani, hodie Trebelliani ſolius, vis & poteſtas, in duobus potiſſimùm conſiſtit, videlicet in tranſmiſſione actionum & retentione quartæ earum rerum quæ reſtitutioni ſubiacent.

Quod ad primum attinet, omnes actiones hæreditariæ, id eſt, quæ hæredi tanquam hæredi cõpetunt, & quæ à defuncto cœperunt, in fideicommiſſarium tranſmittuntur, ſi reiperſecutionem habeant, *l. deducta* 58. §. *qui poſt tempus*, *l. ſi heres* 73. *hoc tit.* Eæ verò actiones quæ ab hærede cœperunt & ab eo acquiſitæ ſunt, non tranſeunt in fideicommiſſarium ſine noua ceſſione, *d. l. ſi hæres*, niſi nomine hæreditario, non ſuo, eas acquiſierit, & tanquam acceſſiones hæreditariarum actionum conſiderentur; quo caſu vtiles actiones fideicommiſſario decernuntur, *l. ſi poſt*, 12. *D. de conſtit. pec. l. hæres* 21. *D. de*

fideiuſſoribus, *l. ſicut* 8. §. 1. *quib* *modis pignus vel hypotheca ſoluatur*

Quod attinet ad ſecundum, ce tum eſt hæredem reſtituere debe dodrantem omnium rerum hær ditariarum, retenta tantum quar eorum quæ tempore mortis teſt toris fuerunt.

Sed ſatis difficilis quæſtio eſt, etiam fructus rerum hæreditari rum reſtituere debeat, & dice dum eſt, in fideicommiſſaria h reditatis reſtitutione, non veni fructus, quia rebus ipſis hæred tarijs, non hæreditati, accepto f rendi ſunt, *l. In fideicommiſſaria* *§. quoties hoc tit.* quæ regula int ligi debet de fructibus in hæred tate non repertis, & qui poſt mo tem teſtatoris maturuerunt & hærede percepti ſunt: ſunt eni percepti à teſtatore & in horre conditi. Item nondum percepti maturi tempore mortis, reſtitui de bent, quia ſcilicet conſiderantu tanquam corpora hæreditaria &

de ijs intelligi debent *l. 9. D. Ad legem falcidiam, l. 24. D. de vſufr. legato, & l. Centurio, D. de vulg. & pupill. ſubſtitut.*

Item intelligi debet ſupradicta deciſio de fructibus ab hærede perceptis ante moram; poſt moram enim percepti reſtituendi ſunt, *d. l. 18. & l. poſtulante §. vlt. hoc tit.* cùm alijs innumeris.

Itaque ante moram ab hærede percepti poſt aditam hæreditatem regulariter non reſtituuntur, niſi quatuor caſibus.

Primus eſt, ſi contemplatione fideicommiſſarij teſtator diem reſtitutionis diſtulerit, quia hoc caſu adminiſtrationem tantum videtur conceſſiſſe hæredi, *l. 3. §. Cum Polidius, D. de vſuris, l. Si ita relictum, §. Pegaſus ſuprà de legibus 2.*

Secundus caſus, cùm teſtator nominatim cauit, vt fructus reſtiuerentur, *d. l. 18. in princ. l. facta 63. §. ſi hæres, D. Ad Trebell.*

Tertiò fructus in reſtitutione
veniunt ſupplendi fideicommi
cauſa, *l. Ita tamen, §. hæres ex a*
l. ſcribit hoc tit.

Quartus caſus eſt, ſi rogatus f
rit hæres reſtituere quidquid
pereſſet ex hæreditate poſt m
tem ſuam: cùm enim teſtator li
ram diminuendarum & alienan
rum rerum hæreditariarum fa
tatem conceſſerit, videtur quo
voluiſſe, vt fructus quoque ſu
fluos extantes reſtitueret; *l.*
Nonnunquam, D. de vſuris.

Aliud eſſet ſi teſtator rogaſſ
quicquid ad eum perueniſſe
hæreditate reſtitueret: tunc
non veniunt fructus, *l. Hæred*
l. Lucius 78. l. 2. hoc tit.

Notandum autem eſt,
etiamſi fructus rerum hære
riarum hæres non teneatur
tuere fideicommiſſario, eos t
imputat in quartam, ita vt ſ
tundem ex fructibus perce
quantum ad quartæ quantit

ſufficiat, ex corporibus hæreditarijs nihil retinere poſſit, quia id omne imputatur in quartam, quod iure hæreditario capitur, fructus autem ab hærede iure hæreditario percepti ſunt, & ideo in quartam imputari debent, *l. In quartam ſup. ad l. falcid. l. Mulier 22 §. 2. d. l. 18. In fideicommiſſaria, §. plane hoc tit.*

Excipiuntur duo caſus.

Primus eſt in *lege Iubemus, Cod. Ad Trebellianum*, vbi ſui hæredes rogati reſtituere, non imputant fructus in quartam.

Secundus caſus eſt in *d. l. Mulier, §. ſi hæres in princ. hoc tit.* Vbi fructus percepti ab hærede negligentia fideicommiſſarij, fideicommiſſum non petentis, lucro hæredis cedunt, nec in quartam imputantur.

Ratio eſt, quia non iudicio teſtatoris percepti ſint, & ea tantum, vt diximus, in quartam im-

putantur, quæ iudicio teſtatoris hæres percepit.

TITVLVS II.

Quando dies legatorum vel fideicommiſſorum cedat.

DEnique inutilia fiunt fideicommiſſa, quando dies eorum inutiliter cedit, mortuis puta vel incapacibus effectis ijs quibus relinquuntur. Diem autem cedere, nihil aliud eſt, quàm incipere deberi, ſeu natam eſſe obligationem, licet nondum exigi poſſit.

Venire diem ſignificat natam eſſe actionem, ſeu eum diem veniſſe, quo peti poſſit. Videnda *lex Cedere* 213. *D. de verb. ſignific.*

Legata igitur vel fideicommiſſa, aut purè relicta ſunt, aut in diem, aut ſub conditione.

Si purè, iure antiquo cedebant à morte teſtatoris; media Iuriſprudentia, id eſt, poſt legem Pa-

piam, cedebant tantum ab apertis tabulis; jure nouo à morte teſtatoris cedunt, vt iure veteri, *l. vnica*, §. *Cum igitur* 1. *&* §. *In nouiſſimo*, *Cod. de Caducis tollendis.*

Excipienda ſunt quædam legata, quæ etiamſi pura ſint, non tamen ante cedere poſſunt, quam adita ſit hæreditas, veluti legatum vſusfructus, *l.* 2. *hoc tit.* legatum libertatis, *d. l. vnica*, §. *libertatibus*, *Cod. de Caducis tollendis*: legatum habitationis & vſus, legatum relictum ſeruo manumiſſo vel legato, *l. hæredis* 7. §. *vlt. & l.* 8. *hoc tit. & l.* 17.

Nec intereſt legata teſtamento, an Codicillis relicta ſint. Item ab inſtituto, an à ſubſtituto vulgari ſeu pupillari: certiſſima eſt enim regula, quam diximus, pura legata cedere à morte teſtatoris, l. 5. §. 1. *l.* 6. §. *vlt. & l.* 7. §. 3. *cum duobus ſequentibus.*

Si legatum fuerit relictum in

diem: vel in diem certum, vel incertum: Si in diem certum, legatum cedit à morte teſtatoris, *d. l.* 5. §. 1. Si in diem incertum, non ante cedit quam dies venerit: dies enim incertus pro conditione habetur, *l.* 1. §. *dies autem, ſupra de Condit. & demonſtrat.*

Si relicta legata ſint ſub conditione, non prius dies legati cedit, quàm conditio fuerit impleta, niſi fuerit conditio quæ remittatur, & ita pro impleta habeatur, aut impoſſibilis, *d. l.* 5. §. 2. *cum* 4. *ſequentibus hoc tit.*

Effectus autem ceſſionis præcipuus hic eſt, vt transferatur, mittatur legatum in hæredem, vel acquiratur ijs, in quorum poteſtate eſt legatarius, ſi moriatur, vel ſui iuris efficiatur, poſtquam dies legati ceſſit, *d. l.* 5. *in princ. & l. quæ legata, D. de reg. iuris.*

Qua in re notanda differentia inter legata & ſtipulationes: ſtipulationes enim, licet ſub conditione

factæ, ex præſenti vires accipiunt, & in ijs tempus contractus tantum inſpicitur, non conditionis exiſtentis: Ideoque in hæredem tranſmittuntur, licet ſtipulator ante conditionem deceſſerit, & acquiruntur ijs, in quorum poteſtate ſunt ſtipulatores, licet conditio extiterit, poſtquam ſuæ poteſtatis facti ſunt, *d. l. quæ legata, D. de reg. juris, l.* 78. *ſi filiusfam. de verb. oblig. l. potior* §. 1. *qui potiores in pignoribus habeantur.*

Legata autem & fideicommiſſa, non ex præſenti vires capiunt, ſed ex tempore mortis, vel exiſtentis conditionis, ideoque ante eam defuncto legatario nihil ad hæredem transfertur.

TITVLVS III.

Vt legatorum ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſæ caueatur.

CONſeruandæ voluntatis defunctorũ cauſa, Edicto Præ-

Digitized by Google

toris introductum eſt, vt hæredes legatarijs vel fideicõmiſſarijs, quibus in diem vel ſub conditione aliquid relictum eſt, & etiam aliquando ſi purè, caueant datis fideiuſſoribus de præſtando legato ſiue fideicommiſſo, cum eius dies venerit. Quæ Satiſdatio, ſiue cautio, nulli hæredi remittitur, cuiuſcumque conditionis ſit. *l.* 1. §. *ſemper, hoc tit.* niſi expreſsè vel tacitè teſtator à legatarijs ſiue fideicommiſſarijs, exigi prohibuerit, vt poteſt ex conſtitutione D. Marci, *l. licet* 12. *hoc tit. l.* 7. *Cod. vt in poſſeſsionem legatorum.*

Præſtatur autem hæc cautio vel ipſis legatarijs & fideicommiſſarijs, vel ijs qui commodum legati, ſiue fideicommiſſi ſperant, vt ſunt patres, vel domini, vel eorum procuratoribus, *l.* 1. §. *Procuratorem, hoc tit.*

*

TITVLVS IV.

Vt in poſſeſsionem legatorum vel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa eſſe liceat.

SI hæres legatorum nomine Satiſdare neglexerit, legatarij, & fideicommiſſarij decreto Prætoris mittuntur in poſſeſſionem rerum hæreditariarum, legatorum aut fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa.

Dixi Rerum hæreditariarum, quia non mittuntur in poſſeſſionem rerum hæredis, niſi ex certis cauſis, *l. 5. §. qui in poſſeſsionem 5. & §. Imperator Antoninus* 16. *hoc t.*

Miſſio autem hæc in poſſeſſionem, ſolam cuſtodiam rerum fideicommiſſarijs dat; nec vnquam poſſunt impetrare, vt ſibi jure dominij poſſidere liceat, *l. 5. in pr. hoc tit.* quod in alijs miſſionibus in poſſeſſionem ſecus obſeruatur, vt infra dicemus, in titulo, *quibus ex cauſis in poſſeſsionem eatur.*

DIGESTORVM

PARS SEXTA.

LIBER XXXVII.

TITVLVS I.

De Bonorum poſſeſsionibus.

INITIO libri 26. Diximus Pandectarum compilatores, hunc ſeruaſſe ordinem, vt vt explicatis actionibus ex contractibus, de actionibus ex quaſi contractu agerent & ex quaſi contractibus teneri tutores: itemque ſucceſſores vniuerſi juris, legatarijs & fideicommiſſarijs, quorum alios jure ciuili ſuccedere, & hæredes vocari, alios

jure Prætorio, qui bonorum poſſeſſores appellantur, & in omnibus vice hæredum habentur diximus, *l. 2. hoc tit.*

Hactenus itaque expoſitis ijs quæ ad Teſtamentarios ſucceſſores pertinent, qui jure ciuili ſuccedunt, ſequitur, vt de bonorum poſſeſſionibus dicatur, antequam de legitimis ſucceſſionibus tractetur.

Eſt autem bonorum poſſeſſio, jus perſequendi retinendiue patrimonij, ſiue rei, quæ cuiuſque cum moritur, fuit, *l. 3. §. bonorum hoc tit.*

Vno verbo eſt ſucceſſio prætoria, ſeu jus ſuccedendi à Prætore impetratum, & effectu inſpecto, idem quod hæreditas: neque enim hic poſſeſſionis verbum accipi debet pro detentione naturali corporis, vt in tit. de acquirenda poſſeſſione, & paſſim in jure, ſed potius pro jure, ſeu titulo ad per-

ſequendum ſeu retinendum patrimonium defuncti, *d. l.* 3. §. 1.

Item bonorum appellatio hic non naturalis eſt, ſed ciuilis, hoc eſt, per bona hic non intelligimus ea quæ beant & proſunt tantum, ſeu pro patrimonio alicuius deducto ære alieno, vt aliquando in jure ſumitur appellatio illa, *l. Mulier bona*, §. 1. *de jure dotium, & l. bonorum* 49. *de verborum ſignific.* ſed generaliter commodum omne & incommodum quod ſucceſſionem defuncti ſequitur, *d. l.* 3. *in princ.*

Introducendarum autem huiuſmodi ſucceſſionum ſiue bonorum poſſeſſionum rationem & neceſſitatem, repetere cuilibet facile eſt ex *Inſtit. tit. de Bonorum poſſeſſ.*

Cæterum bonorum poſſeſſio duplex; Alia Edictalis, quæ ex Edicto datur, alia decretalis, quæ varijs ex cauſis cum cauſæ cognitione à Prætore conceditur decreto interpoſito.

Edictalis iterum duplex : Alia Teſtati, alia Inteſtati.

Teſtati alia contra tabulas, alia ſecundum tabulas.

Inteſtati erant olim octo quæ enumerantur in *Inſtit. tit. de bonorum poſſeſsione*. Hodie ſunt tantum quatuor, videlicet, *vnde liberi*, *vnde legitimi*, *vnde cognati*, *vnde vir & vxor*, de quibus omnibus his duobus libris tractabitur.

TITVLVS II.

Si Tabulæ Teſtamenti extabunt. III. De bonorum poſſeſsione, Infanti, furioſo, muto, ſurdo, cæco, competenti.

ET primùm de bonorum poſſeſſione Teſtati, cùm Tabulæ ſcilicet Teſtamenti, extant, deinde de alijs.

Sed quoniam bonorum poſſeſſio nulli ipſo jure olim compete-

bat, ſed à Prætore erat impetranda, ideo ante omnia agitur de perſonis quæ eam impetrare poſſunt: Et primum quidem docet, nemini inuito bonorum poſſeſſionem acquiri, *l.* 3. §. 3. *ſup. de bon. poſſeſſ.*

Conceditur autem & acquiri poteſt poſtulanti ei, cui delata eſt, ſiue per ſeipſum, ſiue per alium quemcumque qui nomine ipſius petat, puta per procuratorem, aut negotiorum geſtorem, *d. l.* 3. §. *acquirere :* qua in re differt bonorum poſſeſſio ab hæreditate, quæ per procuratorem adiri non poteſt, *l. per procuratorem, de acquirenda hæreditate.*

Hinc eſt quod cæcus, mutus, ſurdus, ad bonorum poſſeſſionem admitti poſſunt, ſi quod agatur, intelligant, *l.* 2. *hoc tit.* 3. furioſo autem, quamdiu furioſus eſt, nunquam intelligitur bonorum poſſeſſio delata, adeò vt nec curator eius nomine eam vel impe-

petrare, vel repudiare poſſit, quod intelligi debet de Edictali, nam curatori etiam concedi poterit decretalis, ſi cauerit de reſtituendis omnibus bonis, eorumque fructibus, quibus furioſus locupletior factus fuerit per curatorem, ſi furioſus in eodem ſtatu deceſſerit, antequam ſcilicet ſanæ mentis effectus fuerit, vel bonorum poſſeſſionem agnouerit, vel repudiauerit, *l. 1. tit. 3. hic. l. hæres 51. D. de petitione hæreditatis*, quod aliquatenus immutatum eſt à Iuſtiniano, *l. vlt. Cod. de Curat. furioſi*, vt ſuprà dictum eſt *in tit. de acquirenda hæreditate.*

TITVLVS IV.

De bonorum poſſeſſione contra Tabulas.

QVæ primo loco in edicto Prætoris proponitur bonorum poſſeſſio, ea eſt quam Præto-

pollicetur liberis præteritis contra tabulas Teſtamenti paterni.

Competit autem bonorum poſſeſſio liberis naturalibus: emancipatis Teſtamento patris præteritis eſtque ijs omnino neceſſaria, quia jure ciuili pro extraneis habentur, & ad bona hæreditatemue parentis nullo modo venire poſſunt, ſed prætor naturali æquitate motus, hoc beneficium eis indulſit, vt vel ſoli vel vna cum ſocijs ad hæreditatem patris venirent, §. *Emancipatos, Inſtit. de exhæredat. liberorum.*

Competit item hæc bonorum poſſeſſio liberis ſuis tam naturalibus quam adoptiuis, ſi in poteſtate ſint tempore mortis, & his quidem non eſt neceſſaria, quia ipſo jure hæredes ſunt, *l.* 1. §. 6. *hic,* eſtque ijs aliquando vtilis, vt præueniant ſcilicet hæredem ſcriptum, qui facilè impetrare poterit bonorum poſſeſſionem ſecundum tabu-

las, vt in ſpecie *l. 14. de lib. & poſth.*

Eſt autem introducta fauore eorum qui præteriti ſunt;neque enim inſtitutis neceſſaria eſt, nec eam impetrare poſſunt, niſi commiſſo edicto per præteritos, hoc eſt, aperta via bonorum poſſeſſionis per præteritum, *l. 3. §. liberi cum ſeq. hoc tit.* Non competit autem exhæredatis *l.8. hoc tit* neque etiam liberis in adoptionem datis, quamdiu in adoptiua familia ſunt niſi fortè inſtituti ſint; quo caſu, commiſſo per alios edicto, ipſi quoque admittuntur, *l. non putant, §. In adoptionem datos, hoc tit.*

Effectus porro huius bonorum poſſeſſionis hic eſt, vt reſcindatur teſtamentum, & hæres ſi adierit, cogatur omne id quod per cauſam hæreditariam acquiſierit, in eum qui bonorum poſſeſſionem impetrauit, transferre, *l. Cum emancipatus 13. hoc tit.* Ita vt idem ferè ſit

huius bonorum poſſeſſionis effectus qui querelæ inofficioſi teſtamenti: in eo tamen differunt

Primo quod bonorum poſſeſſio contra tabulas datur contra lignũ, hoc eſt, impetrari poteſt etiamſi hæres nondum adierit hæreditatem, *l. Illud* 4. *hoc tit.* Querela autem inofficioſi teſtamenti non aliter competere poteſt, quàm ſi hæreditas adita ſit, *l.* 8. §. 10. *ſup. de inofficioſo Teſtamento.*

TITVLVS V.

De legatis præſtandis, contra tabulas, bonorum poſſeſsione petita.

SEcundo in eo differunt quod per querelam inofficioſi teſtamenti reſcinditur omnimodo teſtamentum adeovt nec legata, nec liberalitates nec fideicommiſſa ex eo peti poſſint, reſque redit ad cauſam inteſtati, *l.* 17. *qui repu-*

Digitized by Google

diantis, l.19. l. Cuius mater 28. in fine ſupr. de inofficioſo teſtamento. Quod tamen à Iuſtiniano immutatum eſt, Authentica *Ex cauſa, Cod. de liberis præteritis.*

Bonorum autem poſſeſſio contra tabulas non reſcindit omnino teſtamentum, quia in edicto Prætoris legata, & fideicommiſſa debentur quibuſdam perſonis, videlicet, liberis, parentibus defuncti, non etiam fratri & ſorori, & alijs collateralibus; Itemque legatum dotis relictum vxori vel nurui, *l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. *liberis & l.* 8. §. *ſi quid vxori, cum ſequent. hoc tit.* Quæ tamen legata ita demùm conſeruantur, vt redigantur ad virilem, hoc eſt, vt non plus ex legatis ad aliquem perueniat quam apud emancipatum bonorum poſſeſſionis nomine remanſurum eſt, *l.* 6. 7. *&* 8. *hoc tit.*

Excipitur vxor quæ ad virilem non redigitur.

Notandum autem eſt, legata quæ exceptis perſonis conſeruantur ex edicto, ab ijs tantum deberi, qui jure prætorio ad bona admittuntur, hoc eſt, ab emancipatis: ſui enim qui jure ciuili hæredes ſunt, non coguntur legata præſtare, *l. is qui* 15. *hoc tit.*

TITVLVS VI.

De collatione bonorum.

IVs Prætorium, quod conceſſa bonorum poſſeſſione emancipatos ſuis exæquat, iniquitatem manifeſtam habuiſſet, niſi Prætor onus collationis emancipatis iniunxiſſet, hoc eſt, cauiſſet vt emancipati bona propria in medium conferrent: eſt enim collatio, confuſio, ſeu commixtio bonorum priorum, cum paternis, quæ fit inter fratres ſuos & emancipatos ab inteſtato, vt omnia ex æquo partiantur,

Digitized by Google

partiantur, de qua collatione quatuor tenenda ſunt, videlicet, quomodo fiat, quinam conferant, & quibus conferatur: quibus caſibus locum habeat vel ceſſet, & quid in eam veniat.

Quod ad primum attinet, collatio fit, vel re, id eſt, rebus propriis, in commune collatis, vel cautione id eſt fideiuſſoribus datis, vel pignoribus; de propriis communicandis, *l.* 1. §. *quamuis, hoc tit.*

Aliquando etiam cautione defenſionis, vt in dote, *l.* 2. *hoc tit. l.* 1. §. *penult. tit. ſeq.*

Fit denique collatio aliquando remiſſione, hoc eſt, ſi tantumdem remittat ex paternis bonis quantum debet conferre ex ſuis, *l.* 1. §. *ſed etſi quantum, hoc tit.*

Quod ad ſecundum attinet, Emancipati ſuis conferunt tantum, non etiam emancipatis, niſi dotem profectitiam, & donationem propter nuptias; ſui autem neque emanci-

patris conferunt, neque ſuis, excepta dote, & donatione propter nuptias. *l. 4. Cod. hoc tit.*

Quod ad tertium attinet, toties collationi locus eſt, quoties in bonorum poſſeſſione contra tabulas, vel vnde liberi, aliquo incommodo affectus eſt is qui in poteſtate retentus eſt interuentu emancipati, *l.* 1. §. *toties, hoc tit.* Hoc eſt, tunc locum habet collatio cùm per bonorum poſſeſſionem emancipati aliquid auferunt ſiue ex his quæ vniuerſa eorum forent, ſi poſſeſſio non eſſet impetrata, vnde & pro ea tantum parte conferunt, quam auferunt, *l.* 1. §. *ſi ex dodrante, hoc tit.* Et quotieſcumque nihil auferunt ſuis, ceſſat collatio, vt in ſpecie *l. pen.* §. *videamus, D. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas.*

Ceſſat item collatio, quotieſcumque emancipati ex teſtamento ad bona patris veniunt, *l.* 1. *&* 7. *Cod. hoc tit. l.* 1. §. *vel maximè hoc*

tit. Ratio eſt quia veniunt tanquam extranei, quod ita obtinebat iure veteri, niſi nominatim teſtator cauiſſet, vt conferrent, hodie tamen conferunt ex conſtitutione Iuſtiniani, Nouella ſcilicet *de Triente & ſemiſſe, cap. 6. authentica ex cauſa c. h. t.* Venientes etiam ex Teſtamento conferre tenentur, niſi expreſsè prohibuerit Teſtator.

Item ceſſat collatio, ſi pater omnia bona ſua diuiſerit inter liberos tam ſuos quam emancipatos ab inteſtato, nec quidquam de collatione cauerit, *l. Ex parte, §. Inteſtato, ſup. fam. erciſc.*

Quod ad vltimum attinet, certum eſt filios emancipatos conferre debere omnia bona propria ante mortem patris quæſita, ſiue in corporibus conſiſtant, ſiue in nominibus puris vel conditionalibus, & actionibus rei perſecutoriis, non vindictæ perſequendæ cauſa introductis, *l. 2. §. de illis, & §. Eman-*

cipatus, hoc tit. excepto peculio caſtrenſi, quod ex conſtitutionibus præcipuum ipſis ſeruatur, *l.* 1. §. *Nec caſtrenſe, hoc tit.*

Notanda autem differentia inter ius vetus & nouum.

Iure enim veteri in collationem veniebant omnia bona, ſiue à patre quæſita, ſiue aliundè, excepto caſtrenſi.

Ratio eſt, quia omnia acquiſita fuiſſent patri, ſi in poteſtate fuiſſet filius.

Iure vero nouo conferuntur tantum ab emancipatis bona à patre profecta, & aduentitiorum vſusfructus, quia ſcilicet etſi in poteſtate patris eſſent, vſumfructum tantum patri acquiſiiſſent, ex Conſtit. Iuſtiniani, *l. vltima, Cod. de bonis quæ lib. & l. vlt. Cod. hoc tit.*

Digitized by Google

TITVLVS VII.

De collatione Dotis.

QVoniam quædam ſingularia ſunt in dotis collatione, ideo de ea ſpecialis datur titulus. Dos autem vel eſt promiſſa tantum, vel data.

Si promiſſa tantum, confertur per cautionem defenſionis, ſeu liberationis, hoc eſt, filia cauet fratribus, cum quibus ſuccedit, eos defenſum iri aduerſus maritum, cui dotis exactio competit, *l.* 1. §. 1. *&* §. *filiam*, *&* §. *ſi ſub conditione*, *hoc tit. Cod. de Collation.*

Si vero data fuerit, confertur re, hoc eſt, rebus in commune collatis, ſi ſcilicet filia iam dotem exegerit, facto puta diuortio, vel mortuo marito, *d. l.* 1. §. *quod ſi iam factum*, & ſi nondum ſit ſolutum matrimonium, collatio fit ſatiſdatione.

Singulare autem hoc habet collatio dotis, vt etiam inter ſuos locum habeat, & etiam inter emancipatos, cum aliqua tamen dotis diſtinctione: nam dos profectitia conferri debet à filia, ſiue ſui iuris, ſiue in poteſtate exiſtat, tam ſuis quàm emancipatis, *l. 4. Cod. de Collat.* Hodie autem aduentitia dos non confertur, quoniam ſcilicet aduentitiorum nulla eſt collatio, ex conſtitut. Iuſtiniani, vt ſuprà diximus, *l. vlt. Cod. de Collation.*

TITVLVS VIII.

De coniungendis cum emancipato liberis eius.

ALiquando euenit vt qui plures liberos in poteſtate habet, vnum ex iis emancipet, retentis ex eo nepotibus in poteſtate, atque ita emancipatore defuncto, Emancipatus & eius liberi in po-

Digitized by Google

teſtate retenti, duas partes bonorum defuncti conſequuntur beneficio bonorum poſſeſſionis contra tabulas, in ſuorum in familia retentorum iniuriam, qui vna cum liberis ſuis vnicam tantum partem ferunt. Quod animaduertens Iulianus, edicti perpetui compilator, nouam clauſulam addidit Edicto, quâ cauit vt cum emancipato coniungerentur liberi eius in poteſtate retenti, vt ſcilicet vnius perſonę vice fungentes, partem tantum vnam hæreditatis conſequerentur, eandem ſcilicet quam filius habiturus eſſet, ſi emancipatus non fuiſſet, & eam inter ſe partiantur, quo caſu filius emancipatus fratribus nihil confert ex propriis bonis, quia iniuriam illis non facit, ſed filiis ſuis tantum, quibus dimidiam partem eius aufert, quod ipſi habituri eſſent; *l.* 1. §. *Emancipatus, cum ſeqq. hoc tit.*

Vocatur hoc Edictum noua clau-

ſula, *l.* 3. *hoc tit.* & nouum Edictum, *l.* 1. §. *ſi pater*, *tit. ſeq.*

TITVLVS IX.

De ventre in poſſeſsionem mittendo, & curatore eius.

BOnorum poſſeſſionem contra tabulas, de qua tractamus, non tantum iam natis concedit Prætor, ſed etiam nondum natis, dum mittit ventrem in poſſeſſionem vice contra tabulas bonorum poſſeſſionis, *l.* 1. *hoc tit.*

Neque hæc tantum bonorum poſſeſſio ventri conceditur, ſed & omnis ex omnibus Edicti partibus, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, *l.* 7. *in princip. hoc tit.* eſt tamen notanda hæc differentia, quòd ſi venter mittatur in poſſeſſionem vnde legitimi, vel qua alia ex parte ventri curator dari non ſolet, neque etiam mulieri ex bonis defuncti

quidquam ſubminiſtratur: vel etiam mota controuerſia ſtatus partui futuro, non conceditur poſſeſſio, ſed tantum differtur controuerſia in tempus pubertatis ſine poſſeſſione, quæ omnia longè aliter ſe habent ſi venter in poſſeſſionem mittatur ex prima parte Edicti, puta contra tabulas, vel vnde liberi, nam hoc caſu ſolet dari curator ventri & bonis, qui cibum, potum, veſtitum, tectum, & omnia neceſſaria pro facultatibus defuncti, & pro dignitate ipſius præſtat ex bonis defuncti, *l.* 7. §. *Interdum*, *l.* 1. §. *quoties cum ſeqq. hoc tit.*

TITVLVS X.

De Carboniano Edicto.

NOnnunquam liberis bonorum poſſeſſionem contra tabulas, vel vnde liberi poſtulantibus mouetur controuerſia ſtatus, quæ

Digitized by Google

quia præiudicialis eſt, ex ratione juris ante omnia definiri debet, neque antea impetrari bonorum poſſeſſio poteſt. Sed quoniam controuerſia illa maximi momenti eſt, cautum eſt Carboniano Edicto, vt ſi impuberi ſimul & bonorum paternorum & ſtatus controuerſia fieret, dilata quæſtione ſtatus, in tempus pubertatis, cauſa cognita concederetur impuberi bonorum poſſeſſio, perinde atque ſi nulla controuerſia facta eſſet, quæ bonorum poſſeſſio decretalis eſt & extraordinaria, & finitur pubertate.

Ad hoc autem vt ſit locus Carboniano Edicto, multa requiruntur.

Primum vt de bonis paternis, ſimulque de ſtatu controuerſia fiat, nam ſi tantum ſtatus vel tantum bonorum controuerſia ſit, ceſſat: & ſtatim explicatur liberale iudicium, *l. de bonis, §. Ita demum hoc tit.*

Digitized by Google

Secundo requiritur vt agatur de bonis paternis: nam ſi de maternis aut aliis agatur, ceſſat: *d. l. de bonis in principio. &* §. 1.

Tertio requiritur, vt neque inſtitutus, neque exhæredatus ſit pupillus: his enim ſolis Carbonianum competit, quibus contra tabulas bonorum poſſeſſio competit, *l.* 1. §. *Et generaliter*, §. *Pomponius hoc tit.*

TITVLVS XI.

De bonorum poſſeſsione ſecundum Tabulas.

POſt bonorum poſſeſſionem contra tabulas, quam Prætor liberis defuncti concedit, quorum ſemper præcipua cauſa eſt, traditur bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas, *l.* 2. *hoc tit.* quam omnibus iure ſcriptis hæredibus Prætor concedit, dummodò teſtator teſtamenti factionem habuerit tempore con-

diti teſtamenti, & tempore mortis, licet medio tempore non habuerit, *l.* 1. §. *Exigit, hoc tit.* & dúmmodò non paucioribus quam ſeptem teſtium ſignis teſtamentum ſignatum ſit, *l.* 7.

Fuit autem neceſſaria hæc bonorum poſſeſſio, quatuor potiſſimum caſibus.

Primus eſt, ſi teſtamentum ſignatum eſſet, non ſubſcriptum, à teſtibus, vt conſtitutiones exigebant.

Secundus eſt ſi teſtamentum capitis minutione teſtatoris minima factum irritum fuiſſet, quo caſu Prætor dabat bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, ſi teſtator ſui iuris deceſſiſſet, §. *Non tamen, Inſtit. Quibus modis teſtamenta infirmentur.*

Tertio neceſſaria fuit hæc bonorum poſſeſſio poſthumo alieno hæredi inſtituto, quia eius inſtitutio iure ciuili improbabatur, *Tit. Inſtit. de Bonor. poſſeſſ. in princ.*

Digitized by Google

Quartò denique neceſſaria fuit hæredibus ſcriptis ſub conditione, vt ante conditionis euentum ad bona defuncti admitterentur, licet jure ciuili ante conditionis euentum adire non poſſent: Ita tamẽ admittebantur hæredes ſcripti ſub conditione, ſi cauerent ijs quorum intererat de reſtituendis bonis deficiente conditione, quâ de re ſupra quædam diximus *tit. de Condit. Inſtit.* & tractatur in *l.* 2. §. 1. *l.* 5. *&* 6. *hoc tit.*

TITVLVS XII.

Si à parente quis manumiſſus fuerit.

VT liberis parentum hæreditas debetur ratione naturali, & tacita quadam lege, vt ait Iuriſconſultus, in *l. Cum ratio* 7. *D. de bonis damnatorum.* Ita & liberorum parentibus eadem pietatis ratio, ſucceſſionem defert, ſi turbato

ordine mortalitatis priores deceſſerint, *l. Nam etſi 15. ſup. de inofficioſo Teſtamento.*

Hanc itaque rationem ſequutus Prætor pollicitus eſt in Edicto ſuo parentibus bonorũ poſſeſſionem contra tabulas teſtamenti liberorum emancipatorum & manumiſſorum.

Quod vt intelligatur, ſciendum eſt jure veteri emancipationem filiorum, quæ per tres imaginarias venditiones fiebat, duobus modis potuiſſe fieri, videlicet aut contracta fiducia, hoc eſt, ea lege vt fiduciarius emptor poſt tertiam venditionem filium reuenderet, ſeu remanciparet patri naturali, non autem manumitteret, atque ita idem jus haberet pater in bonis filij quod patronus in bonis liberti, poſſetque bonorum poſſeſſionem contra tabulas impetrare. De hac bonorum poſſeſſione intelligitur hic titulus, in quo ſit

mentio patris manumiſſoris.

Vel fiebat emancipatio non contracta fiducia, quo caſu quia ipſe emptor extraneus manumittebat, ideo in bonis emancipati idem jus habebat quod in bonis liberti, patre naturali ſubmoto; Prætor æquitate naturali motus, extraneo illi manumiſſori præferebat decem perſonas, quæ enumerantur in §. *Sunt autem, verſic. 3. Inſtit. de bonorum poſſeſſ.* Et ex illa parte Edicti, pater qui manumiſſor non extiterat, bonorum poſſeſſionem impetrabat, de qua bonorum poſſeſſione non tractatur hoc titulo, ſed de ea tantum quæ competit aduerſus teſtamentum manumiſſi à patre.

Ceſſat autem hæc bonorum poſſeſſio, Primum ſi Miles ſit filius, *l. 1. Eſt & alius, hoc tit.*

Secundo, ſi pater pecuniam acceperit, vt filium emanciparet.

Tertio ſi poſt emancipationem

viuus filius in patrem tantum contulerit, quantum ſatis ſit. *In l.* 1. §. *Si parens, hoc tit.* Denique ſi pater coactus fuerit principis authoritate filium emācipare quem malè contra pietatem afficiebat, *l. vlt. hoc tit.*

Notandum præterea patrem teſtamento filij præteritum poſſe agere querela inofficioſi teſtamenti, quam intelligit Iuriſconſultus per jus antiquum, in *l.* 1. §. *vlt. hoc tit.* vt interpretatus eſt Vigilius *Tit. Inſtit. de inoffic. Teſtam.* & Cujacius 8. *Obſeruat. cap.* 23.

TITVLVS XIII.

De bonorum poſſeßione ex Teſtamento Militis.

ANtequam de jure patronatus tractet, docet in *hoc tit.* contra tabulas teſtamenti militis, bonorum poſſeſſionem impetrari

non poſſe: ſecundum tabulas autem rectè impetrari poſſe, quocumque modo factæ fuerint, dummodò de voluntate militis conſtet.

TITVLVS XIV.

De jure patronatus.

QVoniam bonorum poſſeſſio contra tabulas liberti quæ patrono competit, pars eſt iuris patronatus, vixque probè intelligi poteſt, niſi vniuerſo eo jure explicato, ideo ante omnia agitur de jure patronatus, quod nihil aliud eſt quam ius manumiſſori eiuſque liberis competens in perſonam & bona manumiſſi.

Dixi, Manumiſſori, eiuſque liberis, quia ius patronatus in extraneum hæredem numquam cadit, ſed tantum in liberos in poteſtate exiſtentes, dummodo exhæredati non ſint, ſiue abſtinue-

rint à bonis paternis, ſiue non, *l. filij 9. hoc tit. l. ſi patronus 12. inf. de bonis libert.* §. *ſed hæc, Inſtit. de ſucceſsione libertorum.*

Notandum tamen eſt, quoſdam eſſe manumiſſores, qui nullum ius patronatus habent, aut ſi habent, habent ſiue effectu & commodo, vt in ſpecie *legis 3. hoc tit.*

Item ſi in manumiſſione ipſa Patronus libertum iureiurando adegerit ne vxorem ducat, neue liberta nubat, nihil iuris habet, nec ipſe, nec liberti eins, idque ex lege, *Ælia Sentia, l. 6. & l. 15. hoc tit.* Remittiturque illud Iuſiurandum liberto ex lege Iulia de maritandis ordinibus, *d. l. 6.* §. *vlt. hoc tit.*

Denique ius patronatus amittit qui libertum non aluerit. *l. 5.* §. *1. hoc tit.*

Cæterum ius patronatus in tribus potiſſimum conſiſtit, videlicet in obſequiis, in operis, & in bonis libertorum.

Digitized by Google

TITVLVS XV.

De Obſequijs à liberis & libertis, parentibus & patronis præſtandis.

OBſequium nihil aliud eſt, quam honor & reuerentia, quam libertus patrono, liberiue parentibus exhibere debent, liberto ſiquidem & filio ſemper honeſta ac ſancta perſona patroni, ac patris videri ſolet, *l. liberto 9. hoc tit.* Ideoque nec eos in ius vocare, poſſunt, non impetrata venia, vt dictum eſt ſupra in tit. *de in ius vocando:* Neque vlla actione famoſa doli aut fraudis mentionem habente, eos conuenire poſſunt, aliquaue exceptione aduerſus eos vti, quæ eorum exiſtimationem aliquo modo ſuggillet; *l. 2. 6. & 7. hoc tit.* Nec etiam cogere poſſunt parentes & patronos iuſiurandum deferentes de calum-

nia iurare. *d. l.* 7. §. *Nec deferentes, hoc tit. l. quoties* 1. *ſup. de iureiurando.* Et ſi contra hoc fecerint, aliquamue contra honorẽ debitum, calumniam patronis intulerint, extra ordinem variè puniuntur, pro vario ingratitudinis & commiſſi genere: aliquando enim fuſtibus cæduntur, leuiterque caſtigantur, cum admonitione, aliquando in metallum, aliquando in exilium damnantur, *l.* 1. *de jure patron.* aliquando pars bonorum eis aufertur, & patrono datur, *l. Diuus* 7. §. 1. *de jure patron.* aliquando denique in ſeruitutem rediguntur, ſubiiciunturque iterum patrono, *l. Diuus* 5. *de jure patron.*

Digitized by Google

LIBER XXXVIII.

TITVLVS I.

De operis libertorum.

OPERÆ, vt ait *l. 1. hoc tit.* ſunt diurnum hominis officium, vel miniſterium, quod libertus patrono non aliter debet, quàm ſi ſe ſpecialiter in id obligauerit in ipſa manumiſſione, & hac in re differt operariũ obligatio ab obſequij obligatione quæ iure ipſo ineſt & debetur: ſolebant autem domini in manumiſſione ipſa libertis imponere donum, munus, operas: & libertos ſtatim poſt manumiſſionem ſibi obligabant ſtipulatione interpoſitâ, vel etiam iureiurando; hoc enim ſolo caſu contra-

Digitized by Google

hitur obligatio per iuſiurandum, *l. vt iuſiurandi* 7. *hoc tit.* quod tamen intelligendum eſt de ijs dominis, qui ſponte manumittebant, non coacti ex diſpoſitione teſtatoris, vel lege contractui adhibita, vt ſunt qui fideicommiſſariam libertatem præſtant & emptores qui emerunt ſeruos ſub lege manumittendi: hi ſiquidem & alij ſimiles nihil manumiſſis imponere poſſunt niſi volentibus, *d. l.* 7. §. *Reſcriptum*, *l. ſi quis* 13. *in principio*, *l. Campanus* 47. *hoc tit.*

Operarum porrò aliæ ſunt officiales, aliæ fabriles. Officiales ſunt quas libertus promittit patrono tanquam patrono, officij & obſequij cauſa, quæ in edentis, & eius cui eduntur perſona, ita conſiſtunt, vt ab altero, quam liberto, vel alteri quam patrono, edi non poſſint, ſiue in artificio conſiſtant ſiue non.

Fabriles ſunt quas libertus pa-

Digitized by Google

trono promittit tanquam cuilibet extraneo, & quæ quaſi in pecuniæ præſtatione conſiſtunt, itaque & à quocunque & cuicumque ſolui poſſunt volente patrono, *l. fabriles 6. & l. operæ 9. §. 1.*

Officiales naturaliter debentur etiamſi de ijs præſtandis nulla interpoſita ſit ſtipulatio, vel iuſiurandum, & ideo ſolutæ condici non poſſunt, tanquam indebitæ.

Fabriles autem non debentur naturaliter, & ideo per errorem ſolutæ, condici poſſunt, *l. Si non ſortem, §. libertus, ſup. de condict. Indebiti.*

Officiales in hæredem non tranſeunt, fabriles tranſeunt, *d. l. fabriles 6. in fin. hoc tit.*

Vide Cuiacium *l. 17. Obſeruat. cap. 14. & ad Tit.* Inſtitutionum, de acquiſitione per adrogationem.

***
*

Titvlvs V.

De bonis libertorum.

QVod ad bona libertorum a
tinet, ius triplex conſideran
dum eſt; vetus ſcilicet, *l.* 12. *Tab*
Medium, ſeu legis Papiæ: & N
uum ex conſtitutione Iuſtiniani
Iure veteri 12. Tabul. Patron
inteſtato liberto ſiue liberis d
functo ſuccedebat, in bonis a
tem teſtati liberti nihil iuris hab
bat Patronus, ſiue extraneus, ſi
filius liberti hæres inſtitutus fu
ſet: ſed iure prætorio Patron
conceſſa eſt bonorum poſſeſ
partis dimidiæ contra tabulas
ſtamenti, quo extraneus hæres i
ſtitutus fuiſſet patrono præteri
§. 1. *Inſtit. de ſucceſſ. libert.*
Lege Papia inteſtato mortuo
berto maiore cẽtenario ſuccedeb
in ſolidũ, ſi nullos haberet liber
libertu

libertus, vel in virilem, ſi pauciores, quam tres liberos haberet: Tribus exiſtentibus excludebatur patronus omnimodo. Teſtato autem defuncto liberto tribus liberis hæredibus inſtitutis ſimiliter excludebatur omnimodo patronus, ijs verò exhæredatis, hæredibúſque inſtitutis extraneis, bonorum poſſeſſionem partis dimidiæ habebat patronus; paucioribus autem exiſtentibus liberis, virilis ſemper portio patrono debebatur.

Nouo jure, inteſtato liberto defuncto ſine liberis, ſuccedit patronus, liberis extantibus excluditur, ſiue vnus ſiue plures extent: Teſtato vero extraneis relictis hæredibus, Patronus impetrat bonorum poſſeſſionem partis tertiæ, non dimidiæ, vt jure veteri.

Vide *Tit. Inſtit. de ſucceſſione libertorum.*

Notandum eſt ceſſare quibuſ-

dam caſibus hanc bonorum poſſeſſionem contra Tab. nec Patronum impetrare poſſe.

Primò, Si libertus liberos ſuos hæredes reliquerit, *l. 6. hoc tit.*

Secundo ſi patronus maior annis 25. libertum capitis accuſauerit, *l.* 10. & 11. *ſuprà de jure patron. l.* 3. §. *Si capitis, l. Cum maior* 14. *in princ. hoc tit.*

Tertio ſi libertus liberam teſtamenti factionem à principe impetrauerit, *l.* 3. §. *Idem.* Aliud eſt, ſi ab ipſo patrono impetrauerit, *l. Paulus* 47. §. *Patroni filius, hoc tit.*

Quartò ſi libertus natalibus fuerit reſtitutus, non ſi jus aureorum annulorum impetrauerit, *l. 3. hoc tit.*

Quinto ſi patronus nummos accepit vt manumitteret, *d. l.* 3. §. *ſi quis nummos.*

Sexto, ſi patronus libertatis cauſa interpoſita exegerit, vel reuendiderit, *l. Sicut* 20. *ſupra de jure*

Digitized by Google

patronatus, *l. Iulianus 37. hoc tit. l. 2. Cod. de bonorum poſſeſſ. contra tab. liberti.*

Septimo, ceſſat hæc bonorum poſſeſſio ſi libertus tantundem reliquerit patrono quod portionem faciat, idque liberum ab omni onere, *l. Siue 21. §. 1. ſup. de jure patron.*

Denique poſſeſſionem non impetrat patronus ſi alimenta denegauerit liberto, quia & ius patronatus amiſit, *l. 5. ſuprà de jure patronatus.*

Item ceſſat bonorum poſſeſſio hæc, ſi Patronus capite minutus fuerit, *l. Si libertus, l. 3. hoc tit. l. 1. in fine, infrà de aſsignandis libertis.*

Notandæ ſunt duæ differentiæ inter bonorum poſſeſſionem contra tabulas, quæ liberis datur, & eam quæ patronis: Illa ſiquidem totum teſtamentum reſcindit, hæc pro parte tantum, dimidia jure

Digitized by Google

veteri, hodie tertia. Illa datur aduerſus lignum, etiam nullo exiſtente hærede, & ante aditam hæreditatem, hæc poſt aditam hæreditatem tantum, *l. Illud 4. ſup. de bon. poſſeſſ. contra tab. l. 3. §. vt patronus, hoc tit.*

Titvlvs III.

De libertis vniuerſitatum.

QVæ diximus, de libertis priuatorum intelliguntur: de libertis verò vniuerſitatum dubitatum fuit inter Iuriſconſultos, an vniuerſitates poſſent bonorum poſſeſſionem impetrare: ſed tandem obtinuit vt poſſent, temporaque petendę bonorum poſſeſſionis ex eo tempore cederent, quo decernere de ea petenda potuerunt municipes.

TITVLVS IV.

De aſsignandis libertis.

IVs patronatus vt ſuprà diximus tranſit in omnes liberos patroni in poteſtate exiſtentes tempore mortis ipſius, niſi exhæredati ſint, idque æqualiter in omnes, niſi patronus vni vel pluribus libertum libertoſue aſſignauerit, vt patet ex Senatuſconſulto quod Claudianis temporibus, Velleio Rufo & Oſtbrio Scapula Coſſ. factum eſt: quo caſu, mortuo patrono, is ex liberis ſolus ius patronatus habet, cui libertus aſſignatus eſt, eo autem defuncto ad alios reuertitur; *l.* 1. *&* 2. *hoc tit.*

Fit autem aſſignatio hæc vel teſtamento, vel codicillis, vel etiam inter viuos, quibuſcumque verbis etiam nutu pure, vel ſub conditione; *l.* 1. §. *aſsignare, & l. aſsignare* 7. *hoc tit.*

Digitized by Google

TITVLVS V.

Si quid in fraudem factum ſit.

SI fraudandorum debita po
tiore patronorum cauſa, liber
res ſuas alienauerint, edicto Præ
toris duplex actio introducta eſ
videlicet Fabiana & Caluiſiana
quibus reuocata alienatione pe
inde portionem ſuam conſequit
patronus, ac ſi alienatio facta no
eſſet.

Caluiſiana agitur ſi inteſtatu
Fabiana, ſi teſtatus deceſſerit libe
tus, *l.* 3. §. *ſi inteſtatus, hoc tit.*

Eſt autem locus his actionibu
ſiquidem mortis cauſa alienaue
libertus, indiſtinctè, id eſt, ſi
dolo id fecerit, ſiue non.

Si verò non mortis cauſa alien
uerit, ita demum locus eſt, ſi do
id fecerit libertus, idque agenti p
trono probandum eſt, *l.* 1. §. 1. *l*

tit. l. Patronus ſuprà de probat.

Nec intereſt, is cui alienatio facta eſt, fraudis vel doli conſcius fuerit nec ne: inſpicitur enim dolus liberti alienantis, *l.* 1. §. *dolum hoc tit.* aliter quam in Pauliana actione, quæ aduerſus conſcium tantùm locum habet, *l.* 1. *&* *l.* 10. *infr. quæ in fraudem creditorum.*

Eæ actiones non reuocant actionem in ſolidum, ſed tantum pro parte. Actio Pauliana reuocat in ſolidum. *l.* 1. §. *Si pluribus hoc tit.*

TITVLVS VI.

Si Tabulæ teſtamenti nullæ extabunt vnde liberi.

POſt bonorum poſſeſſiones, quæ teſtamento condito locum habent, ſequuntur eæ quæ ab inteſtato, cum ſcilicet nullæ tabulæ teſtamenti extant, quarum prima eſt bonorum poſſeſſio *vnde li-*

beri, quam Prætor omnibus nat
ralibus liberis, ſiue adhuc in p
teſtate ſint, ſiue emancipati fu
rint, dummodo in adoptiua fam
lia non ſint, pollicetur: quæ b
norũ poſſeſſio neceſſaria eſt ema
cipatis tantum: Adoptiuis libe
non aliter competit, quam ſi
poteſtate remanſerint. *l.* 1. §.
hoc tit.

TITVLVS VII.

Vnde legitimi.

SEcunda eſt quam Prætor p
licetur generaliter ijs omnib
quibus lex vel Senatuſconſultu
vel conſtitutio hæreditatem defe
l. 3. *hoc tit.* Cuiuſmodi ſunt agna
patroni, Mater, liberi; Et hæc q
dem bonorum poſſeſſio neceſ
ria non eſt, ſed eam Prætor intr
duxit, ne quid Edicto ſuo deeſſ

Titvlvs VIII.

Vnde Cognati.

Tertia eſt bonorum poſſeſſio, *vnde Cognati*, quæ nudam habet Prætoris indulgentiam, vt ait *l.* 1. *hoc tit.* Quia ſcilicet ex ea ad bona defuncti veniunt, qui jure ciuili nullo modo ſuccedere poterant, cuiuſmodi ſunt Cognati, propriè ſumpti; hoc eſt qui per fœminini ſexus perſonas cognatione junguntur §. 1. *Inſtit. de legitima agnat tutela.* Agnati qui capitis minutione jus agnationis amiſerunt.

Item agnatæ etiam integri juris, quæ media Iuriſprudentia non ſuccedebant jure ciuili, §. *Cæterum*, *Inſtit. de legitima agnatorum ſucceſſione.*

Item liberi in aliena familia exiſtentes, qui ex prioribus partibus edicti non locabantur, ex hac quoque parte veniebant.

Item vulgò quæſiti, *l. 2. §. Itaque, l. 4. hoc tit.*

Differt hæc bonorum poſſeſſio à præcedenti, quod illa datur legitimis in infinitum, hæc vſque ad ſextum gradum tantum.

TITVLVS IX.

De Succeſſorio Edicto.

NOn ſatis fuit Prætori tot bonorum poſſeſſiones introduxiſſe, dum curabat ne bona defunctorum jacerent ſiue hærede, niſi quoque inter eas & vniuſcuiuſque earum varios gradus ſucceſſionem introduxiſſet, præfinito tempore intra quod bonorum poſſeſſio ab vnoquoque impetrari deberet.

Succeſſorio itaque Edicto cauit Prætor, non tantum vt liberis non petentibus ſuccederent legitimi, vel legitimis cognati, ſed etiam vt prioris gradus liberis vel agnatis,

Digitized by Google

vel cognatis repudiantibus, ſequentes gradus admitterentur vt ij qui repudiauerant ex prima parte admitterentur, ſecunda vel tertia, quaſi ſibi ipſis ſuccedentes.

Tempus autem petendæ vel repudiandæ bonorum poſſeſſioni præfinitum, eſt annus liberis, & parentibus cæteris centum dies, *l. 1. §. Si ita cum ſeqq. & §. largiùs hoc tit.*

Titvlvs X.

De gradibus & affinibus & nominibus eorum.

Qvoniam in bonorum poſſeſſionibus & legitimis hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur, proximiores gradu aliis præferuntur, vixque vlla controuerſia ſucceſſionis inteſtati definiri poteſt ſine graduum cognationis exacta cognatione: Ideo hic tractatur

de gradibus cognationis & affinibus.

Cognatio eſt vinculum juris ſeu neceſſitudo, quæ inter eos qui ex communi ſtipite propinquo, manarunt, intercedit: Cognati ſiquidem dicuntur quaſi vnà communiterue nati, vel ab eodem orti, progenitiue, *l.* 4. §. 1. *hoc tit.*

Eſtque cognatio alia ciuilis tantum, vt ea quæ per adoptionem: naturalis tantum, vt inter vulgo quæſitos & ſeruos: naturalis & ciuilis, vt ea quæ intercedit inter eos qui ex legitimis nuptiis quæſiti ſunt, *d. l* 4 §. *cognationis, hoc tit.*

Affinitas eſt neceſſitudo ſeu vinculum juris, quod inter coniugem & alterius coniugis cognatos eſt: videlicet vxoris meæ cognati omnes mihi ſunt affines: & contra, cognati mei, vxori meæ ſunt affines: *d. l.* 4. §. *ſed quoniam, hoc tit.*

Gradus nihil aliud eſt, quam diſtantia cognati vnius ab alio, quæ

Digitized by Google

diſtantia & graduum enumeratio, vt intelligi poſſit,

Sciendum eſt, duplicem eſſe cognationis lineam, directam ſcilicet quæ ex liberis & parentibus conſtat, collateralem, quæ ex reliquis omnibus cognatis conſtat, qui neque nos genuerunt, nec à nobis geniti ſunt.

In linea directa quot ſunt generationes, tot ſunt gradus, neque in hac re eſt inter jus ciuile & canonicum differentia: In linea collaterali quoque jure ciuili ſemper generata perſona gradum adiicit, §. *Hactenus*, *Inſtit. de gradibus cognationis*, ita vt quoties quæritur de duorum cognatorum diſtantia & gradu, ab vno incipiendum eſt, & aſcendendum ad communem ſtipitem, rurſuſque deſcendendum ad alium, & quot ſunt generationes intermediæ, tot ſunt gradus.

Iure autem Canonico aliter ſe res habet, nam aſcendunt tantum ad communem ſtipitem, nec deſ-

cendunt vt jure ciuili, itavt in linea collaterali æquali, id eſt, quæ æqualiter diſtat à communi ſtipite, quo gradu vnus diſtat à communi ſtipite, diſtat ab alio, de cuius cognatione agitur: atque ita euenit vt duo gradus legales ſeu ciuiles, vnum canonicum conficiant; puta fratres qui ſunt in primo gradu jure canonico, jure ciuili in ſecundo: Conſobrini jure canonico in ſecundo, jure ciuili in quarto: *Canone ad Sedem 35. quæſt. 5.*

In linea autem collaterali inæquali, quo gradu remotior diſtat à communi ſtipite, eodem diſtat ab eo, de cuius cognatione agitur, quam numerandi rationem vt valde abſurdam, plerique reprobarunt, vt Hottomanus *diſputationum juris ciuilis cap. 5. & diſputatione de gradibus & affinibus.*

Cujacius eam nouam, nec admodum neceſſariam cenſet in *Rubrica de conſang. & Affinit. extra.* Et ſane non ſine controuerſia vi-

detur in Eccleſia recepta, pleriſque ciuilem rationem ſequentibus, vt patet ex *d. Canone, Ad ſedem & cap. vltimo, Extra. de conſang. & affinit.*

Affinitatis gradus nulli ſunt jure ciuili, *l.* 4. §. *Gradus, hic.* Iure canonico iidem qui & cognationis, ita vt quo gradu quis eſt cognatus vxori meæ, eodem mihi eſt affinis & contra.

Fuere & tria diuerſa genera affinitatis jure canonico, quæ ſublata ſunt, *Cap. Non debet, extra, de Conſang. & Affinit.* Quæ & jure ciuili non incognita, *l. uxorem* 15. *D. de ritu nuptiarum.*

TITVLVS XI.

Vnde vir, & vxor.

DEficientibus cognatis Prætor dabat bonorum poſſeſſionem viro & vxori, dummodo fuiſſent in matrimonio mortis tempore, juſtumque fuiſſet matrimonium, *l. vnica hoc tit.*

TITVLVS XII.

De veteranorum & militum ſucceſsione.

IN veteranorum & militum ſucceſſione, hoc ſingulare fuit, vt damnato ob militare delictum milite, vel veterano, bona tamen eius ad cognatos pertinerent, non ad fiſcum, *l. 1. & 2. hoc tit.*

In paganis ſecus obtinuit: neque enim damnati vltimo ſupplicio, potuere teſtamentum condere, vel legitimos hæredes, bonorumue poſſeſſores habere.

TITVLVS XIII.

Quibus non competit bonorum poſſeſsio.

PRætor bonorum poſſeſſionem denegat ijs qui defunctum te-

Digitized by Google

ſtari prohibuerint, vel teſtamentum jam factum mutare, ſiue ipſi prohibuerint, ſiue domini vel patres eorum, *l. vnica, hoc tit.*

TITVLVS XIV.

Vt ex legibus, Senatuſconſultis bonorum poſſeſſio detur.

VLtimo loco Prætor generaliter pollicitus eſt, ſe daturum bonorum poſſeſſionem ijs omnibus quibus lege, Senatuſconſulto bonorum poſſeſſionem dari opporteret; §. 7. *Inſtit. de bonorum poſſeſſ. l. vnica hoc tit.* quæ bonorum poſſeſſio differt à bonorum poſſeſſione *vnde legitimi:* Illa ſiquidem competit ijs, quibus lege defertur hæreditas, hæc competit ijs, quibus lege defertur bonorum poſſeſſio, *l. vnica, §. vlt. hoc tit. l. 3. ſup. vnde legitimi.*

TITVLVS XV.

Quis ordo in bonorum poſſeſsionibus ſeruetur.

IN bonorũ poſſeſſionibus concedendis, hic ordo ſeruatur; primum bonorum poſſeſſio contra tabulas, deinde ſecundum tabulas, ſi tabulæ teſtamenti extent: Si autem non extent, primum vnde liberti, deinde vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor.

TITVLVS XVI.

De ſuis & legitimis hæredibus.

EXplicatis hæreditatibus teſtamentariis, & bonorum poſſeſſionibus tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, ſequuntur hæreditates legitimæ; quæ ab inteſtato deferuntur, quarum duplex

cauſa eſt; aliæ ſiquidem deferuntur ex jure veteri, puta ex duodecim tabulis, aliæ ex jure nouo, hoc eſt, ex Senatuſconſultis & conſtitutionibus, *l.1. & 3. ſup. de petitione hæreditatis.*

Lege 12 Tabularum defertur hæreditas, primũ ſuis, deinde agnatis.

Sui ſunt liberi tã naturales quam adoptiui, qui proximum gradum obtinent & in poteſtate defuncti ſunt tempore mortis, vel etiam qui proximi ſunt eo tempore quo maximè certũ eſſe incipit inteſtatum defunctum eſſe, quo numero ſunt filius, filia, nepos, neptis ex filio, nepotes autem ex filia jure veteri non ſuccedebant, hodie ſuccedunt æqualiter cum ſuis, nulla habita ratione poteſtatis, §. *Item vetuſtas, & §. vlt. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtato, Nouella* 118. *cap.* 1. ex qua deſumpta eſt authentica *in ſucceſſionem, Cod. de ſuis & legitimis.*

Deficientibus ſuis lex 12. Tabu-

larum proximos agnatos ad ſucceſſionem vocabat, hoc eſt, cognatos per virilis ſexus perſonas coniunctos ſiue naturales, ſiue adoptiuos: per adoptionem enim jus agnationis acquiritur, *l.* 1. §. *vlt*. Idque obtinebat l. 12. Tab. abſque diſtinctione ſexus: Poſtea lege Voconia fœminæ jure agnationis nullis ſuccedebant, exceptis conſanguineis: ſed Iuſtinianus tandem fœminis agnatis jus ſuum reſtituit, & vni gradui cognatorum jus agnationis dedit, videlicet liberis ſororis, vt vna cum agnatis ad ſucceſſionem auunculi admitterentur, §. *Cæterum*, §. *hoc etiam, Inſtit. de legitima agnatorum ſucceſſione:* Et tandem omnibus cognatis, licet ex fœminis tantum deſcendentibus, jus agnationis conceſſit, ſeu potius jus, ſiue prærogatiuam agnationis omnimodo ſuſtulit, voluitque vt omnes ſola proximitatis ratione inſpecta, ad ſucceſsionem

Digitized by Google

admitterentur, *d. Nouella* 118. *cap.* 4. ex quo deſumpta eſt authentica *poſt fratres, Cod. de legit. hæred.*

Hoc tamen obſeruandum vt fratres ex vtroque parente præferantur fratribus ex vno tantum latere, *d. Nouella* 118. *cap.* 3.

Inter ſuorum & agnatorum ſucceſsionem hoc intereſt, quòd in ſucceſsione deſcendentium eſt repreſentationi locus, & hæreditas diuiditur in ſtirpes, non in capita, excepto vno caſu, cùm ſcilicet liberi fratris cum fratre defuncti, hoc eſt, patruo ſuo, ſuccedunt, *d. Nouella* 118. *cap.* 30.

TITVLVS XVII.

Ad Senatuſconſultum Tertyllianum & Orphitianum.

EX Senatuſconſultis defertur ſucceſsio liberorum: Matri ex Senatuſconſulto Tertylliano;

Matris liberis ex Orphitiano.

Differentia eſt inter jus vetus & nouum: nam lege 12. Tabularum, neque mater liberis, neque matri liberi ſuccedebant; poſtea his duobus Senatuſconſultis jus mutuæ ſucceſsionis introductum, ſed non plenum: ab initio ſiquidem ex Senatuſconſulto Tertylliano mater ita demum ſuccedebat, ſi jus trium liberorum haberet, ex conſtitutione Iuſtiniani indiſtinctè mater vocatur ad ſucceſſionem, deinde jure veteri fratres excludebant omnino matrem, ſorores cum ipſa vocabantur, Pater omnino matrem excludebat: Iure vero nouo, pater, mater, fratres & ſorores ſimul concurrunt, & ſuccedunt in virilem, *d. Nouella* 118. *cap.* 2.

Ex Senatuſconſulto Orphitiano liberi ſuccedunt matribus, nec intereſt ex legitimis nuptiis procreati fuerint, an vulgò quæſiti, quem-

Digitized by Google

admodum nec in Tertylliano: in his enim ſucceſsionibus conſideratur ſola naturalis cognatio, & ideo capitis minutione hæ hæreditates non perimuntur, §. *ult. Inſtit. de Senatuſc. Orphitiano.*

LIBER XXXIX.

TITVLVS I.

De operis noui nuntiatione.

DE Ratione coniunctionis huius tituli & sequētium cum præcedentibus, vide hic Cujacium *in Paratitlis*, cuius ſumma eſt: Explicatis omnibus actionibus in rē & mixtis, itemque ijs actionibus in perſonam, quæ ex contractu, vel quaſi, naſcuntur, ſequuntur remedia quædam inſtar actionum obtinentia,

edicto Prætoris vel legibus ſpecialiter introducta quibuſdã caſibus, quibus neque actio in rem, nec in perſonam, ex contractu vel quaſi competebat.

Quod vt plenus intelligatur, notandum eſt, quadrimembrem illam obligationum diuiſionem ſuprà initio tertiæ partis propoſitam, continere quidẽ præcipuas & frequentiores cauſas obligationum, non tamen ita eſſe completam, vt omnes omninò ſpecies obligationũ comprehendat: ſunt enim quædam quæ proprio quodam jure ex variis cauſarum figuris naſcuntur, vt ait Iuriſconſultus in *l. 1. D. de obligat.* Sunt quædam quæ nominatim lege, ſunt quædam quæ jure honorario ex edicto Prætoris introductæ, *l. obligamur 52. D. de obligat.* quæ proprias & ſeparatas cauſas habent, & ſub nullo ſupradictæ diuiſionis membro propriè continentur, quarum varia exẽpla

Tribonianus

Tribonianus Pandectarum compilator inſeruit, vt deinceps cæterarum actionum expolitionem proſequatur.

Primum eſt noui operis nuntiatio cui toties locus eſt, quoties quis nouum opus molitur in ſuo quod alteri ius prohibendi habere contendenti, nocere poteſt.

Nouum autem opus facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid, priſtinam faciem operis mutat, *l.* 1. §. *Opus, hoc tit.* Poteſtque hæc nuntiatio fieri propria authoritate, nec neceſſariam habet Prætoris aditionem, *l.* 1. §. *Nuntiatio, hic.*

De ea verò quatuor aut quinque noſcenda & diſcutienda Vlpianus proponit, videlicet, quibus ex cauſis fiat, quæ perſonæ nuntient, quibus nuntietur, in quibus locis fiat nuntiatio, & quis ſit eius effectus: *l.* 1. §. *Nunc videmus, hoc tit.*

Quod ad primum attinet, Nunciationis triplex videtur eſſe cauſa, Naturalis, publica, & impoſititia.

Naturalis, cum in noſtras ædes quid immittitur, cum inædificatur in noſtro: Publica quoties leges aut Senatuſconſulta, conſtitutioneſuè tuemur: Impoſititia, cum quis contra ſeruitutem impoſitam facit. *l. De pupillo* §. *Et belle, hoc tit.*

Vel breuius, Nunciatio fit aut iuris noſtri conſeruandi cauſa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia, *l.* 1. §. *Nuntiatio* 16. *hoc tit.*

Quod ad ſecundùm attinet, ſcilicet quæ perſonæ nuntient: vel nuntiatio fit proprij iuris conſeruandi gratia, vel publici.

Si proprij iuris, ij demum nuntiare poſſunt ad quos res pertinet iure dominij, *l.* 1. §. *Iuris hic*, vel quaſi dominij vt emphiteuta ſu-

perficiarius, *l. 3. in princ.* §. *ſi ego. hoc tit.*

Tutor quoque & Curator nuntiare poſſunt, *l.* 1. §. 1. Quin imò & creditor Hypothecarius, *l.* 9. an & qui ſeruitutem habet, nuntiare poſſit? Et verius eſt, poſſe *l.* 1. §. 3. *de remiſsionibus*, *l.* 5. §. *Velleius & l.* 8. *hoc tit.* Quod intellige de ea ſpecie ſeruitutis quæ prohibendi operis expreſsè vim ac partes continet, cuiuſmodi eſt ſeruitus altius non tollendi, in aliis enim ſecus obſeruatur: *l.* 14. *hoc tit.* vt docet Cuiacius 1. *Obſeruat.* 17.

Vſufructuarius autem nouum opus nuntiare non poteſt, *l.* 1. §. *Vſufructuarius*, ſuo nomine ſcilicet; nomine enim domini rectè nuntiare poteſt vt & quilibet, *l.* 10. §. *Item hoc tit.*

Si iuris publici tuendi cauſa nuntiatio fiat, puta quod quid in loco publico, ſacro fiat, vel aliquid

contra leges & Senatuſconſulta, omnes ciues opus nouum nuntiare poſſunt, quia omnium intereſt, *l.* 3 §. *vlt.* & *l.* 4. *hoc tit.* Excipitur pupillus cui nuntiationis executio non datur, niſi ad ipſius commodum priuatum res pertineat, *l.* 5. *in princ. hoc. tit.*

Quod attinet ad tertium, quibus ſcilicet nuntietur, Iuriſconſultus ait, nuntiandum iis qui domini operiſuè nomine in re præſenti ſunt, cuiuſcumque conditionis ſint, dummodo domino renunciari poſſit; Ideoque fabris, ſeruis, mulieribus, nuntiatio fieri poteſt, *l.* 5. §. *Nuntiari, hoc tit.*

Quod attinet ad quartum, quibus in locis nuntiatio fiat, nuntiatio fieri debet in re præſenti, ideſt eo loco vbi fit opus, *l. de pupillo*, §. *Nuntiationem*, *cum ſequentibus l.* 10. & 11. *hoc tit.*

Quod attinet ad quintum: effectus nuntiationis hic eſt, vt à quo-

Digitized by Google

cumque facta ſit, ſiue iure, ſiue iniuria, opus omnino inhibeatur, nec poſſit poſt nuntiationem quidquam operis fieri, alioquin, ſi quid factum ſit ante remiſſionem vel ſatisdationem, cogitur deſtruere is qui fecit per interdictum reſtitutorium, in id à Prætore ſpecialiter introductum, *l.* 1. *in princ. l. Prætor* 20. *hoc tit.* vel per interdictum, quod vi aut clam. *l.* 7. §. 2. *D. quod vi aut clam.*

Oblata autem vel præſtita ſatiſdatione de opere reſtituendo, ab eo qui opus cœpit, permittitur ei opus perficere, *l. de pupillo* 5. §. *ſi is cui* 17. Quod ita intelligendum eſt, niſi actor, ſiue is qui denuntiat, paratus ſit de iure ſuo docere & cognitionem ſuſcipere, tunc enim non cogitur ſatis accipere, ſed rebus in eodem ſtatu manentibus, debet cauſa nuntiationis apud Magiſtratum diſceptari, & intra tres menſes terminari, *l. vni-*

ta, Cod. de noui operis nuntiatione, alias eſt *lex vlt. Cod. de ædificiis priuatis* : quod videtur Iuſtiniani conſtitutione inductum : nulla enim in Pandectis, vel veteri iure, dilationis illius trimeſtris mentio reperitur : quod & iure Canonico comprobatum, *Cap. penult. & vlt. ext. de noui operis nunciatione.*

Cæterum ſi poſt interpoſitam cautionem de opere reſtituendo, impedimentum adferatur operi perficiendo, qui cautionem præbuit agens interdicto prohibitorio, conſequitur à Prætore ne vis ſibi fiat, *d. l. prætor* 20. *de noui operis nunciat.* atque ita conſequitur quidem vt opus perficere poſſit, remanente tamen ad huc vinculo nuntiationis, quod non tollitur abſolutè, niſi per remiſſionem, quæ fit vel voluntate ſeu conuentione partium vel authoritate Prætoris, qua de re tra-

Digitized by Google

ctabitur infrà, *Tit. de Remiſſionibus.*

TITVLVS II.

De damno infecto, & de Sugrundis, & protectionibus.

SEcundum remedium quod vim quoque actionis obtinet, à Prætore quoque introductum, eſt cautio damni infecti, quæ toties locum habet, quoties ex ruïna vicinarum ædium, damnum aliquod timetur: quam cautionem niſi præſtet is à quo exigitur, Prætor mittit in poſſeſſionem eum qui denuntiauit, vt ſibi caueretur, & per eam quidem miſſionem quæ ex primo decreto fit, non deiicitur dominus de poſſeſſione, nec poſſidet is qui miſſus eſt, ſed ex ſecundo decreto impetrat vt ſibi poſſidere liceat, exque eo tempore incipit vſucapere.

Ideò autem Prætor id introduxit, quia ruina vicinarum ædium

damnum paſſis nulla competeb
actio, adeo vt dominus ruinoſ
rum ędium cogi non poſſet tolle
rudera, ſi omnia pro derelicto h
beret, *l.6. & l. 7. §. vlt. l. 8.*
9. hoc tit.

Hanc porro cautionem exige
poſſunt ij omnes quorum inte
eſt, & quorum periculo res eſ
veluti dominus ſuperficiariu
fructuarius creditor pignoratitiu
ij denique omnes qui ius aliquo
in re habent, *l. 11. l. 13. §. 1. cu*
ſequentibus, l. 18. hoc tit. Si mod
prius iurauerint, ſe non calun
niæ cauſa cautionem exigere,
qui bona 1: *.§. qui damni, hoc tit.*

Exigitur autem ab omnibus q
ſibi poſſident, alioquin ſequit
miſſio in poſſeſſionem.

Cæterum hæc cautio aliquan
eſt nuda repromiſſio, videlic
cùm ſuo nomine quis cauet; a
quando ſatiſdatio, cùm alieno n
mine, vel de opere in flumine p
blico, *l. Prætor ait, in princ. hoc t*

Digitized by Google

Quod porro de Sugrundis & protectionibus, ſiue proiectionibus in Rubrica adiicitur, ad cautionem quidem damni infecti pertinere videtur, ſunt enim partes ædium, ex quarum caſu, ſæpiſſimè damnum contingere & timeri ſolet, *l. 5. §. 6. & §. 8. D. de his qui effuderint vel deiecerint*; ſed de iis ſpecialiter expreſſum nihil reperitur in textu hic, nec alibi in iure, niſi in *d. l. 5. D. de his qui effuderint*, & *l. Malum* 242. §. 1. *D. de verborum ſignif.*

TITVLVS III.

De aqua & aquæ Pluuiæ arcendæ actione.

SVperioribus remediis Prætoriis ſubiungitur aliud *ex l. 12. Tab.* videlicet actio pluuiæ aquæ arcendæ, quæ tunc locum habet cum opere manufacto in agro ſuo

quis efficit, vt aqua pluuia alio modo fluat quam ſolebat antea: tunc enim dominus prædij vicini qui damnum timet, agit vt vel reſtituantur omnia in priſtinum ſtatum, vel conſequatur quod ſua intereſt.

Competit autem hæc actio dominis, & aduerſus dominos tantum, qui in ſuo aliquod opus fecerunt; aduerſus fructuarium enim & alios eiuſmodi, non datur hæc actio, *l.* 3. §. *vlt. l.* 4. *&* 5. Idque ſi contra voluntatem domini eius prædij cui nocitum eſt, factum opus fuerit, *l.* 9. §. *vlt,* *&* 10.

TITVLVS IIII.

De Publicanis, vectigalibus & Commiſsis.

FVit in Edicto Prætoris propoſita actio aduerſus publica-

nos, hoc eſt, vectigalium conductores, qui aliquid vi ademiſſent, pluſque exegiſſent quàm liceret: licet enim ſufficere videretur actio facti, & vi bonorũ raptorum, vel damni iniuriæ, è re tamen putauit eſſe prætor, aduerſus publicanos ſpecialem actionem proponere, quæ leuior eſt actione facti & vi bonorum raptorum: eſt enim in duplum tantum intra annum, poſt annum in ſimplum, *l. 1. in princ. hoc tit. & §* 2.

Item hæc actio arbitraria eſt, hoc eſt, reſtituta re euitatur pœna & condemnatio, *l.* 1. §. *Et reſtituendi, l. hoc edicto, hoc tit.* quæ actio in hæredem datur, quatenus ad eum peruenit, *l.* 4. *in princ.* & pluribus publicanis illicitè exigentibus, non multiplicatur dupli actio, ſed omnes tenentur pro parte *l. 6. hoc tit.*

Vectigal in iure variè ſumitur, aliquando enim ſignificat cano-

nem annuum, ſiue tributum, quod agrorum poſſeſſores principi vel Reipub. pendunt: Hinc vectigalia prædia, quorum frequens in iure mentio fit, § *per traditionem*, *Inſtit. de rerum diuiſione*.

Vt autem differat vectigal à tributo & ſtipendio, *docet Cuiacius* 7. *Obſeruat. cap.* 3.

Aliquando vectigal ſignificat id quod portorii nomine in tranſuectione mercium à mercatoribus fiſco ſoluitur, & ita ſæpè in iure, & maximè in hoc titulo ſumitur.

Vectigalia porro conſtituere, vel diminuere, vel reformare, ſolus Imperator poteſt, *l. vectigalia* 10. *hoc tit.*

Commiſſum in hoc titulo nihil aliud eſt, quam merces non profeſſæ ſeu potius caſus mercium non profeſſarum in fiſcum: qui enim fraudandi vectigalis gratia merces apud publicanos non pro-

Digitized by Google

ſitebantur, eas omnimodò amittebant, vt etiam ij qui illicitas merces tranſuehebant, earum enim dominium ſtatim amittebatur, *l. Commiſſa* 14. *hoc tit.*

Titvlvs X.

De donationibus.

DOnatio eſt mera liberalitas, quæ nullo iure cogente fit; eſtque duplex, inter viuos ſcilicet & cauſa mortis.

Inter viuos eſt iterum duplex; alia enim eſt mera & ſimplex & pura donatio; alia, quæ cauſam habet.

Donatio pura & ſimplex verè donatio eſt, *d. l. Generaliter*, *Cod. de Reuocandis donationibus*: Donatio autē quæ cauſam aliquam habet, fitque vt aliquid fiat, vel ſequatur propriè mera donatio non eſt. Sed habet aliquid negotij admix-

tum, ideóque cauſa propter quam donatio facta eſt, non ſequuta, donatori eiuſue heredi liberum eſt agere, vel condictione ob rem dati re non ſequuta, vel actione præſcriptis verbis, tanquam ex contractu innominato petere id quod intereſt, *l. Ea lege, Cod. de condictione ob cauſam datorum; l. hereditatem 28. hoc tit.*

Perficiebatur autem donatio iure veteri mancipatione, in iure ceſſione, traditione, aut ſtipulatione: iure nouo ex conſtitutione Iuſtiniani perficitur ſolo conſenſu, *§. alia, Inſtit. de donationibus, l. ſi quis argentum, Cod. de donationibus.*

TITVLVS 6.

De mortis cauſa donationibus & capionibus.

MOrtis cauſa donatio eſt, quæ propter mortis ſuſpicionem fit, ſeu cogitatione mortalitatis,

cùm quis ſe mauult habere, quàm eum cui donat, magiſque eum cui donat quam hæredem ſuum, quæ donatio, licet tribus modis fiat, *vt ait Iulianus in l. 2. hoc tit.* nunquam tamen plene & abſolutè perfecta cenſetur, quàm morte donatoris ſequuta; æquiparatur enim vltimis voluntatibus; reuocatur autem pœnitentia donatoris, eiuſdem conualeſcentia & præmoriente donatario, idque vel actione in rem vtili, quaſi dominium perpetuò penes donatorem remanſerit, vel condictione ob rem dati, re non ſequuta, admiſſa Sabinianorum & Proculeianorum ſententia, qui in ea re diſſentiebant, *l. ſi mortis 29. l. Senatus 35. §. Ergo, hoc tit.*

Licet autem mortis cauſa donationes adnumerentur vltimis voluntatibus & legatis, ſeu fideicōmiſſis comparentur, eſt tamen aliqua inter eas differentia, nam le-

gata & fideicommiſſa relinqui non poſſunt, niſi ab iis qui teſtamenta facere poſſunt, ideóque filiusfamilias fideicommiſſum relinquere non poteſt, mortis cauſa tamen donare poteſt, *l. tam is 25. hic.*

Item in donationibus cauſa mortis, inſpicitur tempus donationis, vt ſcilicet donatarius ſibi aut alteri in cuius poteſtate eſt, acquirat, non tempus mortis: In legatis autem ſecus; ita in mortis cauſa donationibus, ſæpè dominium transfertur viuo donatore, in legatis nunquam.

Quod igitur dicitur, donationes cauſa mortis per omnia æquiparari legatis, §. 1. *Inſtitut. de donationibus*, dicendum eſt, id verum eſſe quantum ad legem falcidiam, & interdictum quod legatorum.

Digitized by Google

LIBER XL.

TITVLVS I.

De Manumiſsionibus.

TRACTATVRO de Præiudicialibus actionibus, quibus quæritur, liberne quis ſit, an ſeruus, libertinus an ingenuus, neceſſarium fuit à Manumiſſionibus tractatum incipere, quia ſcilicet per manumiſſionem ſerui, liberi & libertini fiunt.

De Manumiſſionis autem definitione, & variis ſeruorum manumittendorum modis, itemque de triplici libertinorum ſtatu, qui iure veteri obſeruabatur, & in deſuetudinem abiit, videndus *Iuſtinianus tit. de libertinis, & ibi-*

dem Theophilus, Vlpianus in fragmentis tit. 1. Gaius lib. 1. Instit. tit. 1.

In hoc verò titulo, antequam de duobus Manumiſſionis generibus, videlicet vindicta & Teſtamento, de quibus ſolis in hoc libro tractatur, diſſerat, quædam ad manumiſſiones generaliter pertinentia, tradit; veluti, ſeruos cuiuſcumque ætatis manumitti poſſe, itemque furioſos, *l. pen. & vlt. hoc tit.* Item ſolos dominos, qui liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habent, manumittere poſſe, non autem damnatos vltimo ſupplicio, vel capitali crimine, *l. 8. hoc. tit.* non curatores adoleſcentium aut furioſorum, *l. Seruus* 13. non filios familias, niſi voluntate patris. *L. 7. 16. & 17. hoc tit.*

TITVLVS II.

De Manumiſsis vindicta.

VIndicta Manumiſſio fit apud Prætorem, Proconſulem, & Præſidem, apud omnes denique Magiſtratus, qui legis actionem habent: Vnde & apud Magiſtratus municipales manumiſſio fieri poterat, ſi legis actionem haberent, vt quidam eorum habuere.

Et apud Proconſulem quidem Manumiſſio fieri potuit ſtatim atque vrbem egreſſus, apud legatum eius, non item: *l.* 2. *ſupra de officio Proconſulis.* Nec obſtat *l.* 17. *hic in fine*, cui addenda eſt negatiua, vt docuit Cuiacius, 1. *Obſeruat. cap.* 1.

Magiſtratus autem ipſi apud ſeipſos manumittere poſſunt ſeruos proprios, quamuis apud colle-

gam, vel alium Magiſtratum, qui non maius ſed par officium habeat, manumittere non poſſint, *l. apud* 14. *ſupr. tit. prox. l.* 18 §. 1. *& l.* 5. *hoc tit.* Fiebat autem Manumiſſio illa ſolemnibus quibuſdam verbis, vindicta impoſita, id eſt virgula, *l. Manumiſsion.* 23. *hoc tit. & d. l. apud*, §. 1. *ſupr. tit. prox.*

TITVLVS III.

De Manumiſsionibus, quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus imponuntur.

EO ſolo genere manumiſſionis ſerui ad collegia & vniuerſitates pertinentes; manumitti potuerunt, hiſque ſiue ſuis hæredibus defunctis, vniuerſitates ſuccedebant, *l.* 2. *hoc tit. & tit. ſuprà de libertis vniuerſitatum.*

TITVLVS IV.

De Manumiſſis teſtamento.

TEſtamento manumiſſio fit duobus modis, vel verbis directis, vel precariis per fideicommiſſum. Directis verbis libertas relingui tantum potuit iis ſeruis qui & tempore conditi teſtamenti, & tẽpore mortis teſtatoris fuerunt: & hoc modo manumiſſi ſtatim adita hæreditate ipſo iure liberi fiunt, abſque vllo facto hæredis, proinde ipſius liberti non ſunt, ſed defuncti: Vnde dicuntur in iure Orcini liberti, aliquando liberti familiæ, *l. Si ſocrus* 28. *hoc tit.* Quamquam enim nullius liberti dicantur paſſim, ad familiam tamen teſtatoris pertinent & ad liberos teſtatoris, *l. 3. §. plane, D. de legit Tutor.* Hoc eſt liberi Teſtatoris ius patronatus habent.

eſſent, iuſta ex cauſa & ſine fraude, ita vt euocari non poſſent, libertas tamen ſeruis concederetur perinde ac ſi manumiſſi fuiſſent ab hæredibus vel legatariis, aut aliis qui libertatem præſtare deberent, *l. Neque infantes 36. & l. Non tantum 51. §. Senatusconſ. hoc tit.* Quæ duo Senatusconſulta locum habebant cùm libertas fideicommiſſaria relicta fuerat ſeruis defuncti.

Si verò alienis relicta fuiſſet, Senatuſconſulto Iumetiano cautum fuerat, vt ij à quibus relicta eſſet libertas, ſi adeſſent, cogerentur manumittere, ſi non adeſſent, perinde libertas competeret, ac ſi manumiſſi eſſent, *l. Si eum ſeruum 28. §. Si quis ſeruum hoc tit.*

Et quoniam hæc tria Senatuſconſulta eam poteſtatem vrbanis tantum Magiſtratibus conceſſerant in eos, qui ſub ſua Iuriſdictione

ctione eſſent, Senatuſconſulto Articuleiano cautum eſt, vt in Prouinciis Præſides Prouinciæ cognoſcant, licet hæres non ſit eius Prouinciæ, *l. Non tantum, §. Sed Articuleiano, hoc tit.*

TITVLVS VI.

De ademptione libertatis.

VT datur teſtamento libertas, ita & adimi poteſt: quin imo jure ipſo pro adempta aut non data habetur, quoties lex impedimento eſt libertati, quod ſæpè contingit, vt docebit infra Titulus, *Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiant*; & *l. 8. 9. 10. ſupra de Manumiſſ.*

TITVLVS V.

De fideicommiſſariis libertatibus.

FIdeicommiſſaria libertas eſt quæ verbis precariis & non ciuilibus à defuncto relicta eſt, ſiue teſtamento, ſiue codicillis, ſiue ab inteſtato; quemadmodum enim pecuniarium fideicommiſſum etiam ab inteſtato relinqui poteſt, ita & libertas: quâ etiam ratione non tantum ab hærede relinqui poteſt, ſed & ab omnibus, à quibus fideicommiſſum pecuniarium relinqui poteſt, *l. generaliter, hoc tit.*

Non tantum propriis, ſed & alienis ſeruis relinqui poteſt; hoc autem modo manumiſſi, non ſunt liberti defuncti teſtatoris, aut familiæ eius, ſed eorum qui eos manumiſerunt, qui licet non ſponte manumiſerint, iura tamen

patronatus habent; ſed non eadem quæ reliqui patroni, vt ſuprà diximus.

Cæterum quoniam ſæpè eueniebat vt hæredes ſeu legatarij, à quibus fideicommiſſaria libertas relicta erat, voluntati teſtatoris non obtemperarent, ſeruoſque libertate defraudarent, ſubuentum eſt fideicōmiſſariis libertatibus, tribus Senatuſconſultis, videlicet Rubriano, Iuntiano, & Daſumiano.

Rubriano cautum fuerat, vt ſi hi, à quibus libertatem præstari oporteret, euocati à Prætore, adeſſe nollent, vt eam præſtarent, latitarent v. g. pronuntiaret ſeruos perinde liberos ac ſi decreto manumiſſi eſſent: Et ita hi à quibus relicta erat libertas, iure Patronatus decidebant. *L. Cùm vero, §. Subuentum cum ſeq. hoc tit.*

Daſumiano Senatuſconſulto; cautum fuerat, vt ſi hi qui præſtare deberent libertatem abſentes

Titvlvs V.

De fideicommiſſariis libertatibus.

Fideicommiſſaria libertas eſt quæ verbis precariis & non ciuilibus à defuncto relicta eſt, ſiue teſtamento, ſiue codicillis, ſiue ab inteſtato; quemadmodum enim pecuniarium fideicommiſſum etiam ab inteſtato relinqui poteſt, ita & libertas: quâ etiam ratione non tantum ab hærede relinqui poteſt, ſed & ab omnibus, à quibus fideicommiſſum pecuniarium relinqui poteſt, *l. generaliter*, *hoc tit.*

Non tantum propriis, ſed & alienis ſeruis relinqui poteſt; hoc autem modo manumiſſi, non ſunt liberti defuncti teſtatoris, aut familiæ eius, ſed eorum qui eos manumiſerunt, qui licet non ſponte manumiſerint, iura tamen

patronatus habent; ſed non eadem quæ reliqui patroni, vt ſuprà diximus.

Cæterum quoniam ſæpè eueniebat vt hæredes ſeu legatarij, à quibus fideicommiſſaria libertas relicta erat, voluntati teſtatoris non obtemperarent, ſeruoſque libertate defraudarent, ſubuentum eſt fideicõmiſſariis libertatibus, tribus Senatuſconſultis, videlicet Rubriano, Iuntiano, & Daſumiano.

Rubriano cautum fuerat, vt ſi hi, à quibus libertatem præstari oporteret, euocati à Prætore, adeſſe nollent, vt eam præſtarent, latitarent v. g. pronuntiaret ſeruos perinde liberos ac ſi decreto manumiſſi eſſent: Et ita hi à quibus relicta erat libertas, iure Patronatus decidebant. *L. Cùm verò, §. Subuentum cum ſeq. hoc tit.*

Daſumiano Senatuſconſulto; cautum fuerat, vt ſi hi qui præſtare deberent libertatem abſentes

TITVLVS V.

De fideicommiſſariis libertatibus.

FIdeicommiſſaria libertas eſt quæ verbis precariis & non ciuilibus à defuncto relicta eſt, ſiue teſtamento, ſiue codicillis, ſiue ab inteſtato; quemadmodum enim pecuniarium fideicommiſſum etiam ab inteſtato relinqui poteſt, ita & libertas: quâ etiam ratione non tantum ab hærede relinqui poteſt, ſed & ab omnibus, à quibus fideicommiſſum pecuniarium relinqui poteſt, *l. generaliter, hoc tit.*

Non tantum propriis, ſed & alienis ſeruis relinqui poteſt; hoc autem modo manumiſſi, non ſunt liberti defuncti teſtatoris, aut familiæ eius, ſed eorum qui eos manumiſerunt, qui licet non ſponte manumiſerint, iura tamen

patronatus habent; ſed non eadem quæ reliqui patroni, vt ſuprà diximus.

Cæterum quoniam ſæpè eueniebat vt hæredes ſeu legatarij; à quibus fideicommiſſaria libertas relicta erat, voluntati teſtatoris non obtemperarent, ſeruoſque libertate defraudarent, ſubuentum eſt fideicõmiſſariis libertatibus, tribus Senatuſconſultis, videlicet Rubriano, Iuntiano, & Daſumiano.

Rubriano cautum fuerat, vt ſi hi, à quibus libertatem præstari oporteret, euocati à Prætore, adeſſe nollent, vt eam præſtarent, latitarent v. g. pronuntiaret ſeruos perinde liberos ac ſi decreto manumiſſi eſſent: Et ita hi à quibus relicta erat libertas, iure Patronatus decidebant. *L. Cùm vero, §. Subuentum cum ſeq. hoc tit.*

Daſumiano Senatuſconſulto; cautum fuerat, vt ſi hi qui præſtare deberent libertatem abſentes

TITVLVS V.

De fideicommiſſariis libertatibus.

FIdeicommiſſaria libertas eſt quæ verbis precariis & non ciuilibus à defuncto relicta eſt, ſiue teſtamento, ſiue codicillis, ſiue ab inteſtato; quemadmodum enim pecuniarium fideicommiſſum etiam ab inteſtato relinqui poteſt, ita & libertas: quâ etiam ratione non tantum ab hærede relinqui poteſt, ſed & ab omnibus, à quibus fideicommiſſum pecuniarium relinqui poteſt, *l. generaliter, hoc tit.*

Non tantum propriis, ſed & alienis ſeruis relinqui poteſt; hoc autem modo manumiſſi, non ſunt liberti defuncti teſtatoris, aut familiæ eius, ſed eorum qui eos manumiſerunt, qui licet non ſponte manumiſerint, iura tamen

patronatus habent; ſed non eadem quæ reliqui patroni, vt ſuprà diximus.

Cæterum quoniam ſæpè eueniebat vt hæredes ſeu legatarij, à quibus fideicommiſſaria libertas relicta erat, voluntati teſtatoris non obtemperarent, ſeruoſque libertate defraudarent, ſubuentum eſt fideicōmiſſariis libertatibus, tribus Senatuſconſultis, videlicet Rubriano, Iuntiano, & Daſumiano.

Rubriano cautum fuerat, vt ſi hi, à quibus libertatem præstari oporteret, euocati à Prætore, adeſſe nollent, vt eam præſtarent, latitarent v. g. pronuntiaret ſeruos perinde liberos ac ſi decreto manumiſſi eſſent: Et ita hi à quibus relicta erat libertas, iure Patronatus decidebant. *L. Cùm vero, §. Subuentum cum ſeq. hoc tit.*

Daſumiano Senatuſconſulto; cautum fuerat, vt ſi hi qui præſtare deberent libertatem abſentes

eſſent, iuſta ex cauſa & ſine fraude, ita vt euocari non poſſent, libertas tamen ſeruis concederetur perinde ac ſi manumiſſi fuiſſent ab hæredibus vel legatariis, aut aliis qui libertatem præſtare deberent, *l. Neque infantes 36. & l. Non tantum 51. §. Senatusconſ. hoc tit.* Quæ duo Senatuſconſulta locum habebant cùm libertas fideicommiſſaria relicta fuerat ſeruis defuncti.

Si verò alienis relicta fuiſſet, Senatuſconſulto Iunctiano cautum fuerat, vt ij à quibus relicta eſſet libertas, ſi adeſſent, cogerentur manumittere, ſi non adeſſent, perinde libertas competeret, ac ſi manumiſſi eſſent, *l. Si eum ſeruum 28. §. Si quis ſeruum hoc tit.*

Et quoniam hæc tria Senatuſconſulta eam poteſtatem vrbanis tantum Magiſtratibus conceſſerant in eos, qui ſub ſua Iuriſdictione

ctione eſſent, Senatuſconſulto Articuleiano cautum eſt, vt in Prouinciis Præſides Prouinciæ cognoſcant, licet hæres non ſit eius Prouinciæ, *l. Non tantum, §. Sed Articuleiano, hoc tit.*

TITVLVS VI.

De ademptione libertatis.

VT datur teſtamento libertas, ita & adimi poteſt: quin imo jure ipſo pro adempta aut non data habetur, quoties lex impedimento eſt libertati, quod ſæpè contingit, vt docebit infra Titulus, *Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiant*; & *l.* 8. 9. 10. *ſupra de Manumiſſ.*

TITVLVS VII.

De ſtatuliberis.

SErui, quibus libertas purè relicta eſt, eam ſtatim conſequuntur adita hæreditate ipſo jure, ſcilicet, ſi directo, vel manumiſſione, aut authoritate Magiſtratus, ſi per fideicommiſſum, vt ſupra diximus. Illi autem quibus vel in diem, vel ſub conditione relinquitur, non ante eam conſequuntur, quam conditione vel die exiſtente, dicunturque interim ſtatuliberi, non quòd ſtatu ſint liberi; ſunt enim verè ſerui, ſed quod ſtatutam in tempus vel conditionem, libertatem habeant, *l.* 1. *hoc tit.*

Ex quibus apparet ſtatuliberum definiri poſſe eum cui in diem vel ſub conditione verbis directis libertas data eſt.

Dixi verbis directis, quia ij, qui-

bus per fideicommiſſum relinquitur ſub conditione, non ſunt ſtatu liberi, ſed tantum ſtatuliberorum inſtar obtinere dicuntur in jure, *l.* 37. *D. Ad leg. falcid.* Pendente igitur conditione vel die ſtatuliberi ſerui ſunt, nihilque à cæteris ſeruis differunt; ideoque quod ex ancilla interim naſcitur, libertatem non conſequitur, *l.* 16. *hoc tit.* Et quicquid interim acquirunt, dominis ſeu hæredibus acquirunt, perindeque domini ex eorum contractibus vel delictis conueniuntur vel agunt ac ex contractibus cæterorum ſeruorum, *l. ſtatuliberi.* 29. *hoc tit.* In hoc tantum à cæteris ſeruis diſtant, quod etiam inuitis dominis ad libertatem perueniunt exiſtente conditione, nec vllo pacto eorum conditio deterior fieri poteſt per hæredem vendendo vel alienando, vel aliis quibuſcumque modis *l. ſtatu liberorum* 33. *hoc tit.*

TITVLVS VIII.

Qui ſine Manumiſſione ad libertatem perueniant.

SVnt alij caſus quibus ſerui ſine Manumiſſione liberi fiunt, veluti ſi ſeruus necem domini detexerit, *l.* 5. *hoc tit.* Si à domino habitus fuerit pro derelicto ob infirmitatem, *l.* 2 *hoc tit.* Si venditus fuerit ea lege vt manumitteretur: Moram enim trahente emptore, ipſo jure fit liber ex conſtit. D. Marc. ad Aufidium Victorinum, cujus frequens in jure mentio, *l.* 1. *hoc tit. l.* 2. & 3. *Cod. Si mancipium ita fuerit alienatum.*

Titvlvs IX.

Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt, & ad l. Æliam Sentiam.

Contra ſunt quidam caſus quibus ſerui, licet manumiſſi ſint, liberi tamen non fiunt, veluti ſi ſeruus venditus vel donatus fuerit eâ lege, ne manumitteretur: eſt enim ea vis pactionis, vt libertatem ipſo jure impediat, quamuis per plures dominos ſeruus perducatur variis alienationibus. Pacta ſiquidem venditionibus mancipiorum adhibita, perſonæ ipſorum ſemper cohærent, *l. penult. Cod. Si mancipium ita fuerit alienal.* & paſſim *toto titulo ſupr. de ſeruis exportandis.*

Item liberi non fiunt manumiſſi in fraudem creditorum ex l. Ælia Sentia, vel in fraudem fiſci à do-

mino capitalis criminis reo, *l. 8. ſupr. de Manumiſſ.*

Item ſeruus ſpecialiter pignori obligatus manumitti non poteſt: generalis verò hypotheca non officit libertati; *l. 3. ſup. de Manumiſs. l. 4. 26. & 29. hoc tit. toto titulo Cod. de ſeruo pignori dato manumiſſo.*

TITVLVS X.

De jure aureorum annulorum.

QVamquam Manumiſſi libertini fiant, non ingenui, aliquando tamen euenit, vt ex poſt-facto ſerui nati à domino manumiſſi, vel ingenuorum loco habeantur, vel ingenui fiant. Ingenuorum loco ſunt qui jus annulorum aureorum à principe impetrauerunt, quod plerumque ditioribus libertinis & benemeritis concedebatur, vt tanquam ingenui & quaſi equeſtri dignitate de-

corati in ſpectaculis & omnibus publicis locis pro ingenuis haberentur & à plebe ſecernerentur. Iuſtinianus jus illud omnibus manumiſſis conceſſit *Nouella* 78. De eo jure vide Cujacium 7. *obſeru. cap.* 14.

TITVLVS XI.

De natalibus reſtituendis.

VEre ingenui fiunt ij, qui licet in ſeruitute nati ſint, à principe natalibus reſtituti, id eſt illi ſtatui, iiſque natalibus, quibus initio homines fuerunt: & hi maximè differebant ab his qui jus aureorum annulorũ impetrauerant: In omnibus ſiquidem & viuentes & morientes ingenui cenſebantur, & plenæ ingenuitatis ſtatu gaudebant; *l.* 3. *&* *vlt.* §. *vlt. hoc tit.* Illi autem moriebantur libertini, & cenſebantur tantum ingenui, ſaluo

jure patroni, *l. pen. & vlt. ſup. titulo proximo.*

Solebat porro reſtitutio natalium à Principe concedi conſentiente patrono, *l. vlt. in princ. hoc tit.* Neque enim Princeps cuiquam beneficium cum alterius iniuria concedit.

Titvlvs XII.

De liberali cauſa.

IAm explicatis Manumiſſionum ſpeciebus & effectibus, incipit tractare de liberali cauſa.

Eſt autem liberalis cauſa præiudicialis actio, qua quis ex ſeruitute in libertatem, vel contra ex libertate in ſeruitutẽ petitur, quæ olim non aliter ordinari poterat quam per aſſertorem, id eſt, libero aliquo, periculo ſuo cauſam ſuſcipiente pro eo de cuius ſtatu agebatur, quod ideo obſeruabatur, ne

Digitized by Google

forte ſeruus aduerſus dominum judicio conſiſteret; hodie etiam ſine aſſertore rectè ordinatur, *tit. Cod. de aſſertione tollenda*, hoc videlicet obſeruando, vt ſi is de cuius ſtatu agitur, ſit in poſſeſſione libertatis, rei, ſi verò in poſſeſſione ſeruitutis, actoris partes ſuſtineat, *l.* 10. *hoc tit.*

Neque verò ei ſoli licet litem mouere, vel proclamare ad libertatem, ſed & omnibus parentibus, liberis, agnatis, etiam eo inuito qui in ſeruitute detinetur, *l.* 1. *hoc tit.*

Cæterum ordinata liberali cauſa interim liberi loco habetur, adeo vt actiones omnes mouere poſſit, etiam aduerſus eum qui ſe dominum dicit, *l. Ordinata, hoc tit.*

TITVLVS XI

Quibus ad libertatem procla
licet.

NOn omnes ad liber
clamare poſſunt, v
iores viginti annis, qui
ſe venundari ad pretium
pandum. Sunt & alij, *l.*

TITVLVS X

Si ingenuus eſſe dice

PRæiudicialis quoque
quâ quis ex libertini
genuitatem, vel contra
in qua ordinanda is acto
obtinet qui præiudicium
ſecundum intentionem
in omnibus præ judicijs,
liter, D. de exceptionibus;
eſt qui non eſt in poſſe

Erat autem ſæpiſſimè locus huic præiudicio, cum quis ſe manumiſſum quidem fuiſſe fatebatur, ſed non ex juſta ſeruitute; quo caſu cautum fuerat Senatuſconſulto, vt poſt quinquennium à manumiſſione, non liceret ei qui in libertinitate detentus fuerat in ingenuitatem proclamare; *l. 2. & 5. hoc tit.*

TITVLVS XV.

Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.

IN liberali judicio ſæpe euenit vt deciſio controuerſiæ ſtatus, pendeat ex ſtatu alicuius defuncti, qua in re Senatuſconſulto cautum fuit, vt de eius ſtatu, qui omnium opinione palam in diem mortis vt liber vixiſſet, quæri non poſſet poſt quinquennium, in deteriorem ſcilicet cauſam, id eſt, vt quis in ſeruitutem redigeretur, nam in me-

Digitized by Google

liorem cauſam etiam recte quæritur de ſtatu defuncti poſt quinquennium, *l.* 1. §. *vlt. hoc tit. l.* 4. *& penult. Cod. eodem.*

TITVLVS. XVI.

De colluſione detegenda.

COërcendæ colluſionis cauſa, quâ ſæpe domini nimia indulgentia luſoriè liberali judicio patiebantur ſe vinci à ſeruis, vel patroni à libertis, cautum fuit Senatuſcōſulto Ninniano Domitiani temporibus, vt ſi quis intra quinquennium continuum à ſententia lata, colluſionem detexiſſet, pro præmio efficeretur dominus ſerui, qui colludente domino liber pronuntiatus fuiſſet, vel patronus liberti, qui colludente patrono ingenuus pronuntiatus fuiſſet, *l.* 2. *hoc tit.* Poteſtate ſcilicet omnibus ciuibus detegendæ colluſionis con-

Digitized by Google

ceſſa, ne quis per fraudem in jura ciuitatis vel ingenuitatis ingreſſus, ampliſſimum ordinem inquinaret.

Pluribus autem ſimul detegere volentibus, conceditur detectio cauſa cognita idoneiori, *l. vlt.* §. 1. *hoc tit.*

LIBER XLI.

TITVLVS I.

De acquirendo rerum dominio.

ACTVRO de interdictis ſeu judiciis poſſeſſoriis, quæ & ipſa perſonalia ſunt, *l.* 1. §. *penult. D. de interdictis*, neceſſarium fuit de poſſeſſione prius diſſerere: & quoniam poſſeſſionis & dominij eſt frequens comparatio, præcipuuſque poſſeſſionis effectus, eſt do-

Digitized by Google

minij acquiſitio, ideò præmittitur titulus *de acquirendo rerum dominio.*

Eſt autem dominium rei proprietas, quæ vel acquiritur modis acquirendi à jure gentium introductis, veluti occupatione rei communis, quæ nullius ſit, alluuione & aliis pleriſque, de quibus Iuſtinianus in titulo *de rerum diuiſione*, à §. *ſingulorum* vſque in finem tituli, & Iuriſconſulti in nouem huius tituli prioribus legibus tractãt: vel modis acquirendi à jure ciuili, veluti vſucapione, de qua infra.

Vſitatiores autem acquirendi dominij modos inter Romanos, ſex enumerat Vlpianus titulo 19. Regul. videlicet mancipationem, traditionem, vſucapionem, in jure ceſſionem, adiudicationem & legem.

Mancipatio erat propria ſpecies alienationis rerum mancipi, quæ certis modis, libripende, & quinque teſtibus præſentibus fiebat,

Digitized by Google

interque ciues Romanos tantum, locum habebat, & Latinos.

Traditio eſt modus alienationis juris gentium, quo res, præcipuè corporales transferuntur, incorporalium enim nulla propriè traditio; ſed eſt aliquid quod ſit loco traditionis, veluti patientia, *l. quoties 20. ſupra de ſeruitutibus.*

Traditio duplex. Vera quæ fit de manu in manum, & ciuilis, ſeu ficta vt traditio clauium.

Ad hoc autē vt hoc modo transferatur dominium, debet præcedere aliqua juſta cauſa: nuda enim traditio nihil operatur, *l. nunquam. 31. hoc tit.*

Item requiritur, vt is qui tradit, dominus ſit, alioquin nuda tantum poſſeſſio transfertur.

De vſucapione dicetur infra.

Ceſſio in jure erat modus alienationis, tam rerū mancipi, quàm non mācipi, quæ per tres personas fiebat ſcilicet per eum qui in jure cedebat, videlicet dominum; per

Digitized by Google

vindicantem, hoc eſt eum cui cedebatur; & per addicentem, hoc eſt Prætorem qui rem ceſſam addicit; Vlpianus *dicto titulo*. §. 9.

Adjudicatione dominia acquirebantur in actionibus familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum: Vlpianus *d. tit.* §. 16. §. *ſi familiæ Inſtit. de officio Iudic.*

Lege denique acquiritur dominium in legatis, quæ recta viâ tranſeunt ad legatarium. Item caduca & ereptitia ex lege Pappia Popæa: Ipſo jure fiebant fiſci: §. 17. *tit. apud Vlpianum.*

Quod ad perſonas per quas acquirere poſſumus, ſciendum eſt, non tantum per noſmetipſos, ſed & per ſeruos noſtros, & filios quos in poteſtate habemus ex omnibus cauſis indiſtinctè nos acquirere: per ſeruos item alienos quos vel bona fide poſſidemus, vel in quibus vſumfructum habemus: Item

que per liberos homines, quos bona fide, tanquam ſeruos poſſidemus, acquirimus tantum ex duabus cauſis, videlicet ex re noſtra, & ex operis eorum: qua de re vide Iuſtinian. *tit. per quas perſ. l. 2. Inſtit. & l. 10. 19. 21. 23. hoc tit.*

TITVLVS II.

De acquirēda vel amittenda poſſeſsione.

POſſeſſio eſt detentio corporis, animo ſibi habendi: eſtque duplex: Naturalis ſcilicet & ciuilis.

Ciuilis eſt detentio corporis animo domini, hoc eſt, opinione, affectione, intentione domini: cùm ſcilicet quis ita rem detinet, vt ſe exiſtimet dominum: vnde vt ciuiliter quis poſſideat, neceſſe eſt, vt rem nactus ſit ex juſta aliqua cauſa, quæ eius animum imbuere potuerit, hac opinione vt ſe dominum exiſtimet.

Dicitur autem ciuilis, quia à jure ciuili probatur, effectumque ciuilem habet, nempe vſucapionem.

Naturalis poſſeſſio eſt detentio cuiuſlibet rei ſine affectione dominij; eſtque duplex: alia juſta, alia iniuſta.

Iuſta eſt quæ aliquo jure nititur, veluti poſſeſſio pignoris, quam habet creditor: naturalis eſt & iuſta.

Iniuſta poſſeſſio eſt quæ nullo jure nititur, vt detentio quam habet fur rei furtiuæ & quilibet malæ fidei poſſeſſor.

Notandũ eſt depoſitarium, commodatarium, colonum, nequidem naturaliter poſſidere.

Ratio eſt quia non ſuo nomine, ſed alieno nomine poſſident, & in cauſa poſſeſſionis is ſemper poſſidere cenſetur, cuius nomine poſſidetur. *l. quod meo 17. hoc tit.* Vnde nullo temporis ſpatio acquirũt; *l.2. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annorum.* Quamuis malæ fidei poſſeſ-

ſores tricēnali poſſeſſione tuti ſunt, *l. 3. Cod. de præſcript. 30. annorum.*

Item notandum, aliud eſſe poſſidere, aliud eſſe in poſſeſſione: hoc facti eſt; illud animi, *l. 3. §. vlt. hoc tit.*

Acquiritur poſſeſſio corpore & animo, non corpore ſolo vel animo ſolo. Retinetur animo ſolo, amittitur regulariter corpore & animo ſimul, aliquando animo ſolo; cum ſcilicet amiſſio inchoatur ab animo, tunc enim ſufficit ſolus animus, ſi verò inchoetur à corpore, corporis & animi actus requiritur, §. *poſsidere, Inſtit. de interdictis, l. 3. §. 1. & 5. In amittenda, l. quemadmodum* 8. *l. quod meo* 18. *hoc tit.*

Nec tantum acquirere poſſumus poſſeſſionem per noſmetipſos, ſed & etiam per eos, quos in poteſtate habemus, indiſtinctè ex omnibus cauſis: per ſeruos alienos, itemque per liberos homines, quos

bona fide poſſidemus, ex duabus cauſis, ex re noſtra & operis eorum: *l. 1. §. Item acquirimus, cum ſeqq.*

Denique acquirere poſſumus poſſeſſionem etiam per procuratorem & quemlibet qui noſtro nomine poſſeſſionem ingrediatur, *d. l. 1. §. per procuratorem.*

TITVLVS III.

De vſucapionibus & vſurpationibus.

PEr traditionem à domino factam dominium in accipienté transferri, à non domino, ſolam poſſeſſionem ſuprà didicimus. Sed quoniam vix vllus certè ſe dominum aſſerere poſſet, niſi aliquod præfinitũ eſſet temporis ſpatium, per quod priores domini à poſſeſſoribus repellerentur, bono publico introductum eſt, ne dominia perpetuò in incerto eſſent, & vt

Digitized by Google

poſſeſſoribus eſſet aliquis finis ſollicitudinis & periculi, ne domini poſt præfinitum à lege tempus res ſuas vindicare poſſent, dominio ſcilicet à poſſeſſoribus per vſucapionem acquiſito, *l. 1. hoc tit. & l. vlt. inf. pro ſuo.* Eſt enim vſucapio nihil aliud, quam acquiſitio dominij per vſum, ſeu poſſeſſionem, vel vt Vlpianus definit, adeptio dominij per continuationem poſſeſſionis temporis à lege definiti.

Eſt autem tempus illud jure veteri anni in mobilibus, biennij in immobilibus, hodie ex conſtitutione Iuſtiniani, trium annorum in mobilibus, in immobilibus vero decem anni inter præſentes, viginti inter abſentes: transformata eſt enim vſucapio in longi temporis præſcriptionem, *l. vnic. Cod. de vſucap. transform. tit. Inſtit. de vſucapionibus*, quæ transformatio vt probè intelligatur, ſciendum eſt, non omnes res etiam in

commercio exiſtentes, potuiſſe vſucapi, & in iis rebus quæ vſucapionem non recipiebant, vt plurimum habebat locum longi temporis præſcriptio, vt innumeris exemplis probari poſſet, nam ſeruitutes vſucapi non poterant, *l.* 14. *Seruitutes, ſup. de ſeruitut.* Diuturno tamen vſu ſeu longi temporis præſcriptione acquirebantur rectè, *l. ſi quis diuturno*, 10. *D. ſi ſi ſeruitus vindicetur.*

Ius pignoris vſucapione non extinguebatur, *l. vſucapio. Cod. de pignoribus & hypotec.* Longi tamen temporis præſcriptione creditor repellebatur, *l. vlt. Cod. de obligat. & action.*

Denique prædia prouincialia vſucapi non poterant, longi temporis tamen præſcriptione acquirebantur, *d. tit. inſtit. de vſucap.*

Iuſtinianus autem ſublata illa rerum differentia, transformauit vſucapionem in longi temporis

Digitized by Google

præſcriptionem, hoc eſt voluit vt dominium non breuiori tempore acquireretur, quam decem annis inter præſentes & viginti inter abſentes.

De vſucapione autem tria ſcienda ſunt; videlicet quis poſſit vſucapere, quæ res vſucapiantur, & quanto tempore.

Quod ad primum attinet, omnes qui bona fide poſſident, vſucapere poſſunt; nec intereſt paterfamilias quis ſit, an non: maior an minor: dummodo enim quis animum poſſidendi habeat vſucapere poteſt, licet pupillus ſit: furioſi quidem non poſſunt incipere vſucapere, quia nec incipere poſſidere poſſunt, ſed cœptã vſucapionẽ furor ſuperueniens nõ impedit.

Vno ſane caſu furioſus incipit vſucapere, videlicet per ſeruum ex cauſa peculiari.

Ratio eſt, quia & eo caſu ignorãtes per ſeruũ acquirunt poſſeſſionẽ

& vſucapiunt, ſingulari jure: *l. peregre, ſupra, de acquirenda poſſeſsione.*

Regula autem juris eſt certiſſima, furioſos ex omni cauſa acquirere poſſe, ex qua ignorantes acquirunt, § *Sui, inſtit. de hæreditat. quæ ab inteſtato.* Vide *l.* 4. §. 1. *cum ſeq. hoc tit.*

Quod ad ſecundum attinet, res omnes quæ in commercio ſunt, vſucapi poſſunt, ſi poſſunt poſſideri, niſi lex aliqua vſucapionem impediat.

Impediunt autem vſucapionem rerum furtiuarum, lex. 12. Tabul. & lex Attinia; vi poſſeſſarum lex Iulia & Plautia; Rerum pupilli vel minoris, Oratio Seueri, ſeu Senatuſconſultũ quod eam ſequutũ eſt, *l. Bona fide* 48. *ſup. de acquir. rerum domin. l.* 4. §. *Quod autẽ hoc tit.* fundi dotalis, lex Iulia. Vbicũque enim lex alienationem alicuius rei prohibet, vſucapionem quoque prohibere cenſetur, quia alienationis verbo

verbo continetur vſucapio, *l. Alienationis 28. infra de verborum ſignificatione.*

Ex quibus apparet, non quemcumque bonæ fidei poſſeſſorem ſemper vſucapere poſſe, cùm ſcilicet lex aliqua vſucapionem impedit: Et ita euenit, vt bonæ fidei poſſeſſor ſit ratione fructuum, faciatque fructus ſuos, neque tamen vſucapiat. Et contra, aliquando euenit vt quis vſucapiat & non faciat fructus ſuos. Videnda *dicta lex Bonæ fidei 48. ſup. de acquirendo rerum dominio.*

Quod attinet ad tertium, ex ſuperioribus patet vſucapionis tempus jure veteri fuiſſe in mobilibus anni, hodie triennij; in immobilibus biennij jure veteri, jure nouo decem annorum inter præſenter, & viginti inter abſentes, dummodo dominus ſciat rē ſuam ab alio poſſideri, domino enim ignorante, requiritur tricennale

tempus ex *Nouella Iuſtiniani* 119. *cap.* 7. quo tempore triginta ſcilicet annorũ etiam malæ fidei poſſeſſor quilibet tutus eſt per conſtitutionem Honorij & Theodoſij, quâ cautum eſt, vt omnes actiones, tam in rem quam in perſonam triginta annorum ſpatio finirentur, *l.* 3. *Cod. de præſcription. triginta vel quadraginta annorum.*

TITVLVS IV.

Pro ſoluto.

DIximus ad vſucapionem requiri bonam fidem: Bona fides autem nihil aliud eſt quam æſtimatio juſtæ cauſæ ſeu juſti tituli ex quo quis rem nactus eſt: titulo, inquam, habili ad dominium transferendum. Eiuſmodi varij explicantur in ſequentibus.

Primus eſt titulus *Pro ſoluto*, quo

vſucapiunt omnes qui rem alienam bona fide ſolutionis cauſa à non domino acceperunt, exiſtimantes eum eſſe dominum: *l.* 1. *hoc tit.*

TITVLVS V.

Pro emptore.

SEcundus titulus eſt, *Pro emptore*, quo vſucapiunt qui bona fide rem alienam à non domino emerunt, vel eius litis æſtimationem præſtiterunt: eſt enim litis æſtimatio ſimilis emptioni, *l.* 1. *&* 3. *hoc tit.*

Requiritur vt quis rectè emerit, nec ſufficit exiſtimare ſe emiſſe, quia error falſæ cauſæ vſucapionem non parit, niſi fortè juſta aliqua erroris cauſa ſit, vt in ſpecie *legis* 2. *in p. &* § 15. *&* 16. *hoc tit.*

Differt vſucapio *pro emptore*, ab vſucapione *pro ſoluto*, & aliis, quod in emptionere quiritur bona

fides, & tēpore contractus, & tempore traditionis, *l.2. in p.* in alio autē ſufficit bona fides tempore traditionis. Item in titulo *pro ſoluto*, ſufficit opinatus titulus, & ideo indebiti ſoluti eſt vſucapio, aliud in emptione, *l. pen. ſup. tit. prox.*

TITVLVS VI.

Pro hærede.

TErtius titulus eſt pro hærede, vel poſſeſſore, quo vſucapiūt qui hæreditatem vel bonorū poſſeſſionem ex juſta aliqua cauſa nacti ſunt, cùm ſcilicet exiſtimant ſe hæredes eſſe, aut bonorū poſſeſſores, aliter enim hic ſumitur (pro poſſeſſore) quam ſæpe in jure: pro poſſeſſore enim ſæpe quis dicitur poſſidere, qui pro prædone poſſidet, aut nullo titulo ex iniuſta cauſa, *l. pro hærede 2. in fine, ſup. de petit. hæredit.* Hic autem

Digitized by Google

ſignificat poſſidere pro bonorum poſſeſſore.

Hoc titulo vſucapiunt tantum qui habent teſtamenti factionem, *l. vlt. hoc tit.*

Ex viui bonis nihil vſucapi poteſt pro hærede, *l. 1. hoc tit.*

TITVLVS VII.

Pro donato.

QVartus titulus eſt *pro donato*, quo is vſucapit cui donationis cauſa res tradita eſt.

Requiritur vt valeat donatio, vnde & perſonæ quibus donari non poteſt, hoc titulo vſucapere non poſſunt, veluti ſi pater filio vel filiæ in poteſtate exiſtenti, donauerit; *l. 1. §. Si pater, & l. 4. hoc tit.* Si maritus vxori, vel contra, *l. 1. §. vlt. & l. 3. hoc tit.*

TITVLVS VIII.

Pro derelicto.

QVintus titulus eſt, *pro derelicto*, quo vſucapit is qui rem à non domino derelictam credens à domino derelictam eſſe, & ideo fieri occupantis, eam adprehendit ac poſſidere cœpit.

Dixi à non domino, quia ſi dominus rem habuerit pro derelicta, ſtatim fit occupantis, quia nullius, *l. 1. & 2. & l. 5. §. 1. hoc tit.*

Vſucapi non poſſunt merces leuandæ nauis cauſa deiectæ, quia non videntur derelictæ.

TITVLVS IX.

Pro legato.

SExtus eſt titulus *pro legato*, quo vſucapit is cui ex cauſa legati res aliena à non domino tradita eſt, quam bona fide accepit, *l. 1. & 4. hoc tit.*

Digitized by Google

Requiritur vt verè res ſit legata, nec ſufficit exiſtimare eam rem ſibi legatam eſſe, niſi in caſu *legis 4. §. 1. hoc tit. l. 2. & vlt.*

TITVLVS X.

Pro dote.

SEptimus titulus eſt *pro dote* quo vſucapit maritus, cui res aliena in dotem data eſt, ſiue inæſtimata, ſiue æſtimata, quamquam hoc poſteriore caſu vſucapiat quoque pro emptore.

Neque diſtinguendum eſſe arbitror res mobilis ſit, an ſoli: fundum enim in dotem datum à marito vſucapi poſſe, conſtat hac ratione, quia titulus pro dote eſt habilis ad transferendum dominium, & inter titulos transferendi dominij enumeratur in §. *Per traditionem, Inſtit. de rerum diuiſione.*

Digitized by Google

Quibus autem caſibus traditio ipſa à domino facta dominium transfert, ijdem caſibus ſi à non domino fiat procedere ſolet accipienti vſucapio.

Nec obſtat quod putat Cuiacius, fundi dotalis prohibitam eſſe alienationem lege Iulia, ac per conſequens & vſucapionem.

Reſpondendum enim eſt prohibitam eſſe eam alienationem, qua fundus deſinit eſſe dotalis, & mulier indotata fit. Hæc autem vſucapio quæ fit à marito, tantum abeſt vt mulierem faciat indotatam, quin imo facit dotatam, quæ verè non erat: Ideoque non mirum ſi maritus vſucapere poſſit etiam rem immobilem, quia non facit contra legem Iuliam, quæ vult conſeruare dotem mulieribus.

Ad hoc autem vt procedat hæc vſucapio, requiritur vt verè conſiſtat matrimonium: *l.* 1. §. 3. *hoc tit.*

Digitized by Google

TITVLVS XI.

Pro ſuo.

VLtimus titulus eſt *pro ſuo*, qui cum omnibus ſuperioribus titulis concurrit, *l.* 1. *hoc tit.* aliquando etiam ab his ſeparatus eſt, vt in partu ancillæ bona fide poſſeſſæ, & in fructibus rerum omnium bona fide poſſeſſarum.

Digitized by Google

LIBER XLII.

TITVLVS I.

De re judicata & de effectu ſententiarum & de interlocutionibus.

INTER juſtas poſſidendi & vſucapiendi cauſas, poteſt enumerari judicatum & miſſio in poſſeſſionẽ quæ ex ſecundo decreto fit: juſtè enim poſſidet, qui authore Prætore poſſidet: ideo non mirum, ſi poſt explicatos varios vſucapiendi titulos, ſequatur titulus de re judicata, & de effectu ſententiarum, & de interlocutionibus.

Res judicata dicitur, quæ finem controuerſiarum pronuntiatione

Digitized by Google

judicis accepit, quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit, *l. 1. hoc tit.*

Vel breuiùs: Res judicata eſt lis, ſiue cauſa, ſententia judicis definita.

Eſt autem ſententia, decretum à judice rectè interpoſitum de ſumma aut capitulo quodam litis, abſolutionem rei, vel condemnationem certam actoris vel rei continens.

Dixi rite, quia ſententia quæ fertur, non ſeruato judiciorum ordine, ſententia nulla eſt, & effectum nullum habet.

Dixi denique condemnationem certam continens, quia ſententia quæ ſiue certa quantitate eſt, nullius eſt momenti, §. *Curare, Inſtit. de actionibus, & tit. Cod. de Sententia quæ ſine certa quantitate profertur.*

Interlocutio eſt præceptum judicis in principio vel medio litis

Digitized by Google

interpoſitum, ad litis præparationem & ordinationem ſpectans, non etiam litem dirimens: vocaturque aliquando præiudicium, aliquando juſſum, aliquando etiam ſententia, ſed impropriè, nam multum ab ea differt.

Interlocutio enim ab eodem Judice retractari poteſt: *l. quod juſsit hic*; Sententia non item, *l. 2. Cod. de ſententiis ex periculo recitandis.*

A ſententia definitiua appellatur, ab interlocutione non item, *l. 36. Cod. de appellat.*

Quod attinet ad effectum ſententiæ & rei judicatæ, hic præcipuus eſt, vt lis omnino finiatur, executionique mandetur judicatum, conceſſo tamen tempore condemnato ad ſatisfaciendum: tempus autem illud ex *l. 12. Tabul.* erat triginta dierum, poſtea conſtitutionibus principum, fuit duorum menſium, denique conſtitu-

Digitized by Google

tione Iuſtiniani quatuor mēſium, *l. 2. & 3. Cod. de vſuris rei iudicatæ.* Quod tempus nonnunquam judex arctat vel prorogat pro cauſæ & perſonarum qualitate, *l. 2. hoc tit.* Eo vero præterito, ſi non ſatisfaciat reus, Prætor ſeu Magiſtratus extra ordinē, ſuam vel judicum à ſe datorum ſententiam exequitur per apparitores ſeu exequutores litium, captis pignoribus: hoc tamen ſeruato ordine, vt primum res mobiles, deinde vt res ſoli capiantur & diſtrahantur, iiſque non ſufficientibus, perueniatur ad nomina, qua de re videnda lex *A D. Pio 15. hoc tit.*

TITVLVS II.

De Confeſsis.

IVdicatis ſimiles ſunt in jure confeſſi, quia, vt ait Iuriſconſultus, *l. 1. hoc tit.* quodammodo

ſua ſentẽtia damnantur, vnde quæ tempora concedebantur judicatis ad judicatum faciendum, eadem & confeſſis dabantur ex l. 12. Tab. Æris confeſſis, rebuſque judicatis triginta dies juſti ſunto, *l. Certum*, 6. §. *vlt. hoc tit.*

Ad hoc autem vt confeſſus pro judicato habeatur, hæc requiruntur.

Primò vt ſit maior viginti quinque annis, *l.* 6. §. I*n pupillo*: dominus *litis*, §. *Sed an. d. l.* 6. Confeſſio in jure facta ſit, ſeu in judicio: Confeſſio enim extraiudicialis, ſeu extra judicium facta, licet vim aliquam habeat ad probandum, non tamen facit vt aliquis pro judicato habeatur.

Deinde requiritur, vt præſente aduerſario facta ſit, *d. l.* 6. §. *ſi quis*.

Denique requiritur, vt ſponte non per vim, aut metum, aut errorem facta ſit, *l.* 2. *hoc tit.*

Digitized by Google

Quod intelligendum eſt in cauſa ciuili, ſeu pecuniaria, in criminalibus enim ſola confeſſio non facit quem pro judicato, niſi probationibus aliunde concurrentibus, *l.* 1. §. *Diuus*, *&* §. *Si quis*, *D. de quæſtionibus*, *l.* 6. §. *Sed etſi fundum hoc tit.*

Solet & alia afferri differentia hac in re inter cauſam ciuilem & criminalem, videlicet quod in ciuili cauſa confeſſio nunquam ſcinditur, ſed integra capienda eſt, quatenus & pro confitente & contra eum facit, non autem tantum quatenus contra eum facit, *l. non vtique*, *D. de exceptionibus*. Bartholus *ad l. Aurelius* §. 1. *de liberatione legata*. Nec obſtat lex *Si quidem Cod. de exceptionibus*, quia intelligi debet, cùm apertè conſtat de intentione.

In criminalibus autem ſi quis partim pro ſe, partim contra ſe quid faſſus fuerit, ſcinditur con-

feſſio, ei que ſtatur, quatenus contra confitentem facit, non quatenus pro eo, niſi ipſe manifeſtè probauerit.

Ratio eſt quia in delictis ſemper præſumitur dolus, *l.* 1. C*od. ad l.* C*orneliam de Siccariis*, *l. Si non conuitij*, C*od. de iniuriis.*

Titvlvs III.

De ceſsione bonorum.

SI judicatus vel confeſſus intra legitima tempora non ſatisfeciſſet, ex l. 12. Tab. permittebatur creditoribus in eum manus iniicere, inque vinculis & compedibus detinere, ſexaginta diebus, ſicque vinctum in comitiis tribus nundinis exhibitum venundare, vel in varias partes diſſecare, quod quia inhumanum nimis, l. Iulia ſubuentum eſt miſeriæ debitorũ, conceſſo beneficio ceſſionis bo-

Digitized by Google

norum, cuius remedio vinculorum & carceris moleſtia liberantur, non autem omnino ab obligationibus, nam poſtea ad pinguiorem fortunam reuerſi, conueniri poſſunt quatenus facere poſſunt; §. *vlt. Inſtit. de actionibus & §. vlt. de replicationibus.*

Fieri autem poterat ceſſio bonorum non tantum in jure, ſed etiam extra jus, verbis, vel per nuntium, vel per Epiſtolam, *l. vlt. hoc tit.*

TITVLVS IV.

Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.

EXequutio judicati, vt diximus, fit pignoribus captis extra ordinem. Verum aliquando euenit vt debitor ante condemnationem vel in jus vocationem, latitet, neque ſe deffendat, quo caſu ex edicto Prætoris creditores in poſſeſ-

ſionem mittuntur. Ideo hic tractatur generaliter de variis cauſis ex quibus in poſſeſſionem eatur.

Sunt autem tres, videlicet legatorum ſeruandorum cauſa ventris nomine, & rei ſeruandæ cauſa: ex quibus cauſis non in vnius rei poſſeſſionem miſſio fit, ſed omnium bonorum.

De duabus prioribus ſupra dictum eſt, de tertia hic agitur, crediti ſeruandi cauſa, & tunc locum habet cùm debitor abſens eſt, non ex juſta cauſa, vel latitat, neque ſui copiam facit, neque boni viri arbitratu defenditur, *l. 2. & 7. hoc tit.*

Item hæc miſſio in poſſeſſionem locũ habet, ſi defuncto nullus hæres extet, *l. 8. & 9. cum ſeqq. hoc tit.*

Cæterum hæc miſſio in poſſeſſionem in rem eſt, .i. prodeſt omnibus creditoribus, *l. cum vnus 12. tit. ſeq. de bonis author. Iud. poſſid.*

Digitized by Google

TITVLVS V.

De bonis authoritate iudicis poſſidendis vel vendendis.

MIſſi in poſſeſſionem ex primo decreto non poſſident, ſed tantum cuſtodiæ cauſa in poſſeſſione eſſe creduntur, *l. 3. §. vlt. ſup. de acquir. poſſeſſ.* Sed ſi reus perſeueret in contumacia, nec ſatisfaciat, creditores ex ſecundo decreto impetrant vt ſibi poſſidere liceat, & diſtrahere bona debitoris, in qua diſtractione hæc obſeruantur.

Primum vt eo loco venditio fiat vbi debitor domicilium habet, *l. 1. & 2. hoc tit.*

Secundum in bonis debitoris emendis, primò præfertur creditor, deinde cognatus, & inter creditores is cui maior pecunia debetur, *l. cum bona 6. hoc tit.* aliàs *l. 1.*

de priuileg. creditorum.

Tertio id obſeruatur vt in pretij diſtributione præferantur primùm hypothecarij & priuilegiarij creditores, deinde quod reliquum eſt, inter alios pro portione diſtribuatur.

Priuilegiarij autem creditores ſunt, is qui impenſam funeris fecit, *l.* 17. *in principio*: mulier quæ dotem repetit, *l.* 17. §. *vlt. l.* 18. *hoc tit. l. vnica Cod. Cum priuilegio dotis.* Is qui depoſuit, depoſitum repetens, *l.* 24. §. 2. Is qui pecuniam credidit in refectionem ædificij, vel ad armandam nauem *d. l.* 24. §. 1. quæ omnia priuilegia non ex tempore, ſed ex cauſa æſtimantur, *l. priuilegia hoc tit.*

TITVLVS VI.

De ſeparationibus.

SÆpe etiam euenit, vt concurrentibus hæredis creditoribus

Digitized by Google

cum creditoribus defuncti, ſeparatio poſtuletur bonorum & creditorum defuncti à bonis & creditoribus hæredis, ſeorſim habita ratione, quæ tribus præcipue caſibus impetrari ſolet.

Primò, cùm poſt aditam hæreditatem hæredis bona venduntur, quæ non ſunt ſuffectura omnibus creditoribus, tam hæredis quam defuncti: tunc enim creditores defuncti & poſt eos legatarij, impetrant bonorum defuncti ſeparationem à bonis hæredis, *l.* 1. *hoc tit.* & *l.* 61. Creditores autem hæredis illam ſeparationem impetrare non poſſunt, quia ſcilicet debitori cuilibet liberum eſt deteriorem conditionem creditorum facere, adeundo hæreditatem, vel aliam quamlibet obligationem ſuſcipiendo, *d. l.* 1. §. *ex contrario.*

Ita demum autem impetrant creditores defuncti, hanc ſeparationem, ſi obligationem non no-

uauerint, & fidem hæredis ſequuti fuerint, pignus puta accipiendo, *d. l.* 1. §. *ſi quis pignus*, *l. vlt. hoc titul.*

Secundus caſus, quo impetratur ſeparatio, eſt cùm ſeruus hæres inſtitutus à domino, cum libertate ei ſuccedit, *d. l.* 1. §. *vlt. Inſtit. de hæredum qualitate & differentia.*

Tertius caſus eſt, cùm quis ſuſpectam hæreditatem dicens, compulſus fuit adire, nec poſtea reſtituere potuit, hoc enim caſu, ipſi deſideranti ſuccurri ſolet aduerſus creditores hæreditarios ex reſcripto D. Pij, *d. l.* 1. §. *Sed ſi quis*, vt perinde ſcilicet teſtatoris bona diſtrahantur, atque ſi adita hæreditas non eſſet.

Eſt & alius caſus, quo etiam ſeparatio impetratur, in *l. penult.* §. 1.

TITVLVS VII.

De Curatore bonis dando.

MIſſis creditoribus in poſſeſſionem, boniſque creditoris poſſeſſis, ſolet à Prætore creari Curator ex conſenſu maioris partis creditorum, qui donec bona diſtrahantur, ea adminiſtret, actioneſque omnes moueat &, ſuſcipiat, & rata ſunt omnia quæ cum eo geruntur, nec tenetur curator cauere de rato, *l.* 1. *&* 2. *hoc tit.*

Solet autem Curator conſtitui vnus ex creditoribus, volens tamen, non inuitus, niſi ex magna neceſſitate, *d. l.* 2. §. *quæritur*; diſtractis autem bonis curator ille, nulla actione conueniri poteſt, *l. penult. & vlt. hoc tit.*

Digitized by Google

TITVLVS VIII.

Quæ in fraudem creditorum facta ſunt vt reſtituantur.

DEbitores timentes diſtractionem pignorum ſuorum, ſæpe multa alienant in fraudem creditorum, cui fraudi vt obuiam iret, Prætor introduxit actionem, quæ Pauliana appellatur, qua curator bonorum omnia reuocaret quæ in fraudem creditorum facta eſſent, neque enim tantum alienationem reuocat hæc actio, ſed omnia omnimodo quæ in fraudem creditorum geſta ſunt, ſiue contrahendo, ſiue paciſcendo, ſiue debitores acceptilatione liberando, omnia denique quibus res ſuas vel jus quodlibet minuiſſet, *l.* 1. 2. 3. & 4. Quæ actio datur tantum in ſcientem ſeu participem fraudis, in ignorantem autem aliquando datur

tur cauſa cognita, puta ſi ex cauſa lucratiua rem poſſideat, *l.* 10. *hoc tit.*

LIBER XLIII.

TITVLVS I.

De interdictis, ſiue extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt.

EXPLICATIS jam ferè omnibus actionibus, tam in rem, quæ de rerum dominio competunt: quam in perſonam, quæ ex obligatione naſcuntur; ſupereſt vt de poſſeſſione & judiciis poſſeſſoriis; interdictis ſcilicet, ſiue de extraordinariis actionibus, quæ hodie loco interdictorum ſunt, agatur; neque enim interdictis propriè hodie vtimur, quia omnia judicia ſunt extraordinaria, §. *vlt. Inſtit. de interdictis.*

Eſt autem interdictum, enuntiatum Prætoris inter duos qui de poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione contendunt, emiſſum: vel eſt decretũ, quo Prætor definit penes quem poſſeſſio rei, de qua agitur, eſſe debeat, donec de proprietate judicatũ ſit; neque enim interdicto cauſam proprietatis definiunt, exceptis quibuſdam, veluti de itinere, actuque priuato reficiendo, de mortuo inferendo, de liberis exhibendis, quæ de ſola poſſeſſione non ſunt, ſed velut proprietatis cauſam continent, *l.* 2. § *quondam, hoc tit. l.* 3. §. *ait prætorum duobus ſequentibus, D. de itinere actuque priuato.*

Antequam autem de ſingulis interdictorum ſpeciebus agat, tradit in hoc titulo tres interdictorum diuiſiones.

Prima eſt interdictorum, alia ſunt de rebus diuinis, veluti de locis ſacris, & religioſis, alia de rebus humanis, & hæc iterum vel ſpectant publicam vtilitatem, vel rei familia-

Digitized by Google

ris commodum, *l.* 1. *in princ. l.* 2. §. 1. *hoc tit.*

Secunda diuiſio: quædam exhibitoria ſunt, quædam prohibitoria, quædam reſtitutoria, quædam denique mixta; hoc eſt, partim exhibitoria, partim prohibitoria, *l.* 1. §. 1. *hoc tit.* §. *Summa autem Inſtit. de interdictis.*

Tertia: quædam in præſens tempus, quædam in præteritum referuntur.

Quarta: quædam perpetua ſunt, quædam annalia, *l.* 1. §. *vlt.*

Quinta: alia ſunt ſimplicia, in quibus vnus tantum actor eſt, alter reus, vt in interdicto vnde vi, alia duplicia, in quibus vterque eſt actor, & vterque reus, vt interdictum vti poſſidetis & vtrubi, §. *Tertia, Inſtit. de interdictis.*

Sunt etiam qui velint interdicta duplicia alio ſenſu dici; videlicet quòd tam recuperandæ, quàm adipiſcendæ poſſeſſionis, ex *l.* 2. §. *vlt.*

hoc tit. quod refellit Cujacius 4. *Obſeruat. cap.* 13.

Sexta diuiſio eſt, quod quædam ſunt adipiſcendæ ſeu adquirendæ poſſeſſionis, alia retinendæ, alia denique recuperandæ poſſeſſionis, de qua diuiſione, vide §. *Adipiſcendæ, cum tribus ſequentibus, Inſtit. de interdicto, & l. 2. §. vlt. hoc tit.*

TITVLVS II.

Quorum bonorum.

POſt generalem titulum de interdictis, ſequuntur duo, quibus variæ interdictorũ ſpecies explicantur, & vt in actionibus incœpit ab iis, quæ erant de vniuerſitate, ſic & in interdictis, incipit à generalibus, quæ de vniuerſitate: poſtea acturus de interdictis, quæ de rebus ſingulis competunt.

Primum itaque interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis vniuerſorum bonorum, quod appellatur, (*quorum bonorum*) à primis verbis Edi-

cti, vt & pleraque alia interdicta.

Competit autem bonorum poſſeſſori, vel hæredi, ad acquirendam poſſeſſionem corporalem rerum defuncti, aduerſus eos, qui quid ex his bonis pro herede aut pro poſſeſſore poſſident.

Differt à petitione hæreditatis, quia interdictum eſt de poſſeſſione tantum, petitio hæreditatis eſt de jure ipſo, ſeu de proprietate.

TITVLVS III.

Quod legatorum.

SEcundum interdictum eſt interdictum quod legatorũ, quod eſt interdictum reſtitutorium adipiſcendæ poſſeſſionis, competens hæredi bonorumque poſſeſſori aduerſus legatarios, qui non ex voluntate hæredis, ſed ex propria authoritate, res ſibi legatas occupauerunt, quod ideo plerique introductum putant quia quarta falcidia, in retentione tantum eſt, non in

vindicatione, ex quo interdicto qui conuentus non reſtituit, damnatur in id quod intereſt, *l. vlt.* §. 2.

TITVLVS IV.

Ne vis fiat ei qui in poſſeſsionem miſſus erit.

Tertium interdictum eſt interdictum prohibitorium, quo Prætor vim fieri vetat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt eius juſſu, ex quacumque cauſa, eumque tuetur data actione, in eum qui prohibuit, vel fecit ne in poſſeſſione eſſet, in id quod intereſt actoris, *l.* 1. *in princ.* §. *hæc actio.*

Eſt autem generale hoc interdictum, pertinetque ad omnes, qui in poſſeſſionē à Prætore miſſi ſunt quacumque ex cauſa, ſiue rei ſeruandæ, ſiue ventris nomine, ſiue legatorum.

Eſt autem inter has cauſas differentia, quòd in cæteris cauſis actio

eſt annua, ex legatorum autem cauſa, perpetua eſt, *d. l.* 1. §. *huic.* Et hæc eſt fortè ratio, cur interdictum ſequatur in Pandectis, nam in Edicto perpertuo erat vltimum; poteſt & alia reddi ex *l.* 1. §. *quæſitum ſuperioris tituli.*

TITVLVS V.

De tabulis exhibendis.

QVartum eſt interdictum exhibitorium, quo Prætor jubet eum qui tabulas teſtamenti habet penes ſe, vel dolo malo fecit quominus has penes ſe haberet, eas exhibere, nec tantum tabulas teſtamenti, ſed etiam omnia quæ ad cauſam teſtamenti pertinent, puta ad Codicillos.

Nec inter eſt valeat teſtamẽtum, necne, dummodò mortuus ſit qui fecit, ad viui enim tabulas non pertinet hoc interdictum, *l.* 1. *hoc tit.*

Digitized by Google

Competit hoc interdictum iis omnibus quorum intereſt & qui quid in teſtamento ſcriptū habent, *l. 3. §. ſolent, hoc tit.*

Exhibere porro eſt materiæ ipſius apprehendendę copiam facere, idque apud Prætorem fieri debet, vt ex authoritate eius ſignatores admoniti, veniant ad recognoſcenda ſigna, *d. l. 3. §. exhibere, hoc tit.*

Niſi vero exhibitæ fuerint tabulæ, condemnatio fit in id quod intereſt actoris, veluti æſtimationem hæreditatis, ſi hæres ſit qui agat, in æſtimationem legati, ſi legatarius, *d. l. 3. §. Condemnatio.*

TITVLVS VI.

Ne quid in loco ſacro fiat.

INterdicta quæ de rebus ſingulis competunt, alia publici juris tuendi gratia, ſeu de publicis rebus, alia priuati juris tuendi cauſa;

Digitized by Google

quæ publici juris, omnibus & ad-
uerſus omnes competere ſolent, *l. 1. D. de locis, & itineribus publicis, l. 2. §. Hoc interdictum, D. Ne quid in flum. l. 1. § ult. de via publica.*

Primum interdictum eſt interdictum prohibitorium, quo Prætor in loco ſacro quid fieri vetat, ex quo damnum irrogetur.

Hoc interdictũ ſequebatur aliud interdictum de mortuo inferendo & ſepulchro inædificando, de quo ſupra *lib. 11.* dictum eſt.

TITVLVS VII.

De locis & itineribus publicis. VIII. *Ne quid in loco publico, vel itinere fiat.*

SEcundum eſt interdictum prohibitorium quo Prætor prohibet quid in loco itinereue publico, fieri, ex quo quid damni alicui detur.

Digitized by Google

Sunt autem viæ publicæ, viæ militares, quæ exitum, aut ad mare, aut ad vrbes, aut aliam viam militarem habent, quarum numero etiam habentur viæ vicinales, quæ ex agris priuatorum collatis factæ ſunt, quarum memoria non extat, *l. vlt. de locis, & itineribus publicis.*

Publicus, autem locus eſt qui vſui publico deſtinatus eſt, *l.2. §. ad ea.*

Loca autem quæ ſunt fiſci, pro publicis non habentur, quia res fiſcales quaſi propriæ & priuatæ principis ſunt. Ideoque hoc interdictum ad eas non pertinet, *dicta l. 2. §. Public. cum ſeq.*

Ceſſat hoc interdictum, quotieſcumque quid fit in loco publico permiſſu principis, qui aliquando in publico ædificare permittit, ſine tamen alterius incommodo, *d. l. 2. §. ſi quis à principe.*

Digitized by Google

TITVLVS IX.

De loco publico fruendo.

TErtium eſt interdictum prohibitorium, quo Prætor publicanos & omnes qui locum publicum fruendum conduxerunt, tuetur, iiſque vim fieri vetat, quominus ſecundum legem locationis vtantur fruantur, *l.* 1. *hoc tit.*

TITVLVS X.

De via publica & ſi quid in ea factum eſſe dicatur. XI. *De via publica & itinere publico reficiendo.*

QVartum eſt interdictum prohibitorium quo Prætor vim fieri vetat viam publicam, iterque publicũ reficienti, dummodo ſine detrimento alterius id fiat, ante

quod interdictum proponitur titulus de via publica, quo docetur viarum publicarum curam ad Ædiles pertinere, & curare debere ne quid in ea fiat vel poſitum ſit, quo vſus eius impediatur.

TITVLVS XII.

De flumine publico, ut quid in flumine publico ripaue eius fiat, quo peius nauigetur.

QVintum eſt interdictum prohibitorium, quo Prætor in flumine publico ripaue eius quid fieri vetat, quo ſtatio iterue nauigij deterius fiat.

Eſt autem flumen publicū quod perenne ſit, hoc eſt ſemper fluat: reliqua priuatorum fluminum numero habentur, ad hocque interdictum non pertinent, *l.* 1. §. 2.

Statio eſt locus, vbi naues tutò ſtare poſſunt, *l.* 1. §. *ſtationem hoc tit.*

Fit autem ſtatio deterior multis

modis, de quibus vide *l.* 1. *§. Deterior, cum ſeqq. hoc tit.*

TITVLVS XIII.

Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque priori æstate fluxit.

SExtum interdictum eſt interdictum prohibitorium, quo Prætor quid fieri in flumine ripaue eius vetat, quo aqua aliter fluat, quàm priore æſtate fluxit, cui affine eſt aliud interdictum reſtitutorium quo id quod factum eſt, Prætor reſtitui iubet, *l. vnica*, §. *deinde hoc tit.*

TITVLVS XIV.

Vt in flumine publico nauigare liceat.

SEptimum eſt interdictum prohibitorium, quò Prætor vim

fieri vetat in flumine publico nauiganti, aut in foſſa, lacu, ſtagnoue publico.

TITVLVS XV.

De ripa munienda.

VLtimum eſt interdictum prohibitorium quo Prætor vim fieri vetat fluminis ripam reficienti, dum tamen caueat damni infecti in annos decem, & dummodo nauigatio deterior non fiat, *l. vnic. hoc tit.*

Satiſdatur itaque vicinis, antequam opus factum ſit, nam poſt opus factum, nullam actionem habent, niſi fortè legis Aquiliæ, *l. vnica*, §. *dabitur*, *cum ſeq.*

Et hæc de interdictis, quæ publici juris tuendi cauſa cõpetunt, quamquam & hoc vltimum, potius priuatum, quam publicum commodum ſpectet.

Digitized by Google

TITVLVS XVI.

De vi & vi armata.

POſt interdicta quæ de rebus ſacris & publicis competunt, ſequuntur ea quæ vel rei familiaris, vel iuris, vel officij tuendi cauſa competunt.

Quorum primum eſt interdictũ *vnde vi*, quod eſt interdictum ſimplex reſtitutorium recuperandæ poſſeſſionis competens vi deiecto è fundo aduerſus eum qui vi deiecit, eſtque duplex; vnum de vi priuata ſiue quotidiana, de quo agitur in *l.* 1. aliud de vi publica, ſiue armata, de quo agitur in *l.* 3.

Inter quæ duo interdicta duæ ſunt differentiæ, nam interdictum de vi quotidiana competit tantum poſſidenti ſibi, *l.* 1. §. *Interdictum* 23. *hoc tit.* Interdictum autem de

vi armata competit etiam iis qui ſibi non poſſident, veluti colono, creditori, *l. Colonus* 11.

Item interdictũ de vi quotidiana, liberis aduerſus parentes, & libertis aduerſus patronos non competit: interdictum autem de vi armata competit, *l.* 1. §. *Interdictum, hoc* 43. *hoc tit.*

Denique interdictum de vi quotidiana tantum ei datur, qui nec vi, nec clam, nec precario poſſidet: interdictum autem de vi armata datur etiam ei qui vitiosè ab aduerſario poſſidet, *l. Sed ſi* 14. *hoc tit. cum ſeq.*

Habet autem locum in rebus immobilibus tantum: de mobilibus enim competit actio, vi bonorum raptorum, quæ famoſa eſt: interdictum non item, *l. Neque* 13. *hoc tit.*

Cæterum, notandum eſt præter hoc interdictum annuum, poſſe etiam eum qui vi dejecit aliquem

de fundo, accuſari publico judicio de vi priuata vel publica, de quibus dicemus infra in *tit. ad legem Iuliam de vi publica & priuata.*

Titvlvs XVII.

Vti poſsidetis.

SEcundum interdictum eſt *vti poſsidetis*, quod eſt duplex; Prohibitorium, retinendæ, & conſeruandæ poſſeſſionis, hoc enim Prætor prohibet vim fieri ſine, vitio ab aduerſario poſſidenti, *l. 1. hoc tit.*

Eſt autem locus huic interdicto, quotieſcumque duo de poſſeſſione & proprietate prædij alicuius ſimul contendunt, aſſerentes vtrique ſibi poſſeſſionem & proprietatem.

Dixi, Prædij, quia de re mobili hoc interdictum non datur, ſed

vtrubi, quod ab *vti poſsidetis* interdicto in eo differt, quod in *vtrubi* is vincit, qui maiore parte anni, rem de qua agitur tenuit: in interdicto autem *vti poſsidetis*, is vincit qui tempore redditi interdicti poſſidet, ſed hodie vtriuſque interdicti vis exæquata eſt, *l. vnica infrà, vtrubi, §. retinendæ, verſic. Sed interdicto, inſtit. de interdictis.*

TITVLVS XVIII.

De ſuperficiebus.

TErtium eſt interdictum *de* ſuperficiebus.

Eſt autem ſuperficies, (vel vt mauult Cujacius, *ſuperficium*, ex *l. ſi area, de leg.* 2. *&* *l. ſi ex lapidicinis, D. de iure dotium*,) quicquid ſolo inædificatum eſt.

Superficiarius autem eſt qui in alieno ſolo ædificauit quod à domino conduxit, vel in perpetuum,

Digitized by

vel in plures annos, ſub annua penſione, quæ Solarium appellatur.

Licet auté ſuperficiarius neque ciuili, neque naturali jure dominus ſit, *l.* 1. §. 1. *& l. vlt.* à Prætore tamen in pleriſque quaſi pro domino habetur, eique actiones conceduntur quaſi domino, *l.* 1. §. *ait Prætor hoc tit.* Ideoque quemadmodum proprietario vel poſſeſſori corporis, datur interdictũ *vti poſsidetis* ad conſeruandam poſſeſſionem, ita & ſuperficiario competit interdictum, quo Prætor vim fieri vetat ei quominus ſuperficie vtatur ex lege locationis.

TITVLVS XIX.

De itinere actuque priuato.

QVemadmodũ ad exemplum actionis in rem quæ de proprietate rerum corporalium com-

petunt, aliæ ſunt introductæ quæ de quaſi proprietate ſeruitutum, ita inſtar interdictorum quæ de poſſeſſione corporum competunt, introducta ſunt interdicta quæ de quaſi poſſeſſione ſeruitutum, veluti interdictum de itinere, actuque priuato quod datur ei qui hoc anno nec vi, nec clam, nec precario vſus eſt: quo Prætor perinde conſeruat dominum prædij dominantis in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, ac conſeruat poſſeſſorem prædij in vera poſſeſſione ipſius prædij, per interdictum *vti poſsidetis*, cum hac tamen differentia, quòd in interdicto *vti poſsidetis*, in quo de vera poſſeſſione agitur, inſpicitur præſens tempus: at verò in ſeruitutibus, quarum quaſi poſſeſſio in vſu earũ conſiſtit, qui non poteſt eſſe continuus, inſpicitur tantum an actor hoc anno vſus ſit, vt patet ex verbis interdicti, ab Vlpiano relatis, in *l.* 1. *hoc tit.* & *l.* 1. *tit.*

ſeq. Eſtque & aliud interdictũ quo Prætor vim fieri, vetat ei qui iter actumue reficere vult, competitque hoc interdictum, tam domino proprietatis prædij, quàm vſufructuario.

Titvlvs XX.

De aqua quotidiana & æſtiua.

DE cæteris ſeruitutum ſpeciebus idem fere dicendum eſſe, quod de ſeruitute itineris, actuſue priuati, diximus, docet interdictum de aqua quotidiana & æſtiua, quo Prætor tuetur eum qui habet ſeruitutem aquæ ductus, prohibetque vim fieri ei qui hoc anno vſus eſt, quominùs ducat, ſeruato ſcilicet aquæ modo, quod interdictum locum habet, non tantum, ſi quis ex loco priuato aquam ducat, ſed etiam ſi ex publico, puta ex caſtello, hoc eſt

Digitized by Google

ex receptaculo aquarum publico, ſi ſcilicet ei conceſſum ſit jus à principe, *l.* 2 §. *ait Prætor* 38 *cum ſeqq. hoc tit.* Quod interdictũ cauſã proprietatis abſumit, *d. l.* 1. § 1.

Aqua quotidiana eſt quæ ſingulis diebus ducitur, æſtiua quæ æſtate tantum: differuntque hæ ſeruitutes potius propoſito conſtituentium, quàm natura, *l.* 1. §. 2. & 3. & *l.* 6. *hoc tit.* Suntque ſeparata vtriuſque interdicta.

TITVLVS XXI.

De riuis.

SVnt de ſeruitutibus tria adhuc interdicta.

Primum eſt *de riuis*, quo Prætor ei qui jus aquæ ducendæ habet, vim fieri vetat, quominus riuos, ſpecus, ſepta, aquæ ducendæ cauſa reficere & purgare poſſit, de quorum vocabulorum ſignificatione, vide *l.* 1. §. 1. *cum ſeqq.*

Digitized by Google

TITVLVS XXII.

De fonte.

SEcundum eſt *de fonte*, quo Prætor vim fieri vetat ei, qui ſeruitutem aquæ hauſtus habet, quominus eodem vtatur, quod interdictum locum habet de fonte, ſiue de lacu, vel piſcina, aqua hauriri debeat.

Eſt & aliud interdictum, quo vim fieri vetat fontem purgare volenti, *l. vnica*, §. *deinde hoc tit.*

TITVLVS XXIII.

De Cloacis.

TErtium eſt interdictum *de Cloacis*, quod duplex eſt: vnum prohibitorium quo Prætor vim fieri vetat cloacam purgare, vel reficere volenti, de quo in *l. 1. in*

princip. Aliud reſtitutorium, quo Prætor jubet reſtitui quod in cloaca publica ædificatum eſt, vel immiſſum, de quo in *d. l.* 1. § *penult.*

Titvlvs XXIV.

Quod vi aut clam.

POſt interdicta quæ de ſeruitutibus competunt, proponitur generale interdictũ reſtitutorium, quo Prætor id omne quod vi aut clam factũ eſt, reſtitui jubet, quod ab interdicto *Vnde vi* differt, quia illud eſt de poſſeſſione recuperanda, hoc eſt de opere facto vi aut clam reſtituendo.

Eſt autem locus huic interdicto quotieſcumque aliquod opus cuiuſcumque generis ſit, factum eſt in ſolo vel circa ſolũ; ad alia enim non pertinet, *l* 1. §. *hoc interdictum*, idque maximè ſi opus fiat poſt denuntiationem, de qua dictum eſt *titulo*

titulo de noui operis nuntiatione.

Competit hoc interdictum, non tantum dominis prædiorum, ſed & omnibus quorum intereſt, puta fructuario, & aliis, *l. Competit* 16. *hoc tit.*

Vis interdicti hæc eſt, vt ſi is qui opus fecit poſſideat; patientiam & impenſam tollendi operis, qui fecit nec poſſidet, impenſam: qui poſſidet nec fecit, patientiam tantum debeat præſtare, *d. l.* 16. §. *vlt.*

TITVLVS XXV.

De Remiſsionibus.

INterdicto *quod vi aut clam*, non tenetur is cui nuntiatio remiſſa eſt, ideoque ſubiicitur *Titulus de Remiſsionibus.*

Eſt autẽ Remiſſio abolitio nuntiationis, quæ vel à Prætore fit, vel etiam conuentione partium.

Satiſdatio de opere reſtituendo eſt loco remiſſionis.

TITVLVS XXVI.

De Precario.

PRecarium eſt quod precibus petentis vtendum conceditur tamdiu quamdiu is qui conceſſit patitur, in quo vltimo præſertim diſtat à commodato, quod fit ad certum tempus & vſum.

Ex precario autẽ datur non tantum interdictũ reſtitutorium, quo ſtatim reſtitui poſſeſſionem jubet Prætor, ſed etiam datur actio *præſcriptis verbis*, tanquam ex contractu innominato ſimili contractui commodati, *l.* 1. §. 1. *in fine*, & *l.* 19. §. *vlt. hoc tit.*

Interdictum hoc pertinet non tantum ad res ſoli, ſed & etiam ad res mobiles: nec tantum ad res corporales, ſed & ad ſeruitutes, *l.* 3. & 4. *hoc tit.*

Digitized by Google

Præſtatur in Precario tantum dolus & lata culpa, *l.* 8 § *Generaliter, hoc tit. l. Contractus de Reg. Iuris.* Et hæres eius qui precarium accepit, tenetur tantum quatenus ad eum peruenit, in quibus etiam à commodato differt, *l.* 8. § *vlt.*

TITVLVS XXVII.

De arboribus cædendis.

IIs qui alienis arboribus in prædia ſua impendentibus damnum patiuntur, ſuccurrit Prætor duplici interdicto.

Primum habet locũ cùm in ædes arbores impendent, eoque permittitur ei qui damnum patitur, arborem adimere, ſibique habere: *l.* 1. *in principio.*

Secundum habet locum, ſi in agrum arbores impendeant, quo caſu permittitur, non quidem adimere, ſed coërcere, vſque ad quin-

decim pedes à terra, *d. l. vnica*, §. *deinde*.

TITVLVS XXVIII.

De glande legenda.

EST & interdictum *de glande legenda*, quo Prætor vim fieri vetat ei cuius glans, hoc eſt fructus quilibet in vicinum agrum cadit, quominùs poſſit tertio quoque die legere & auferre.

TITVLVS XXIX.

De homine libero exhibendo.

OFficij tuendi cauſa introductum eſt interdictum *de libero homine exhibendo*, quod interdictum omnibus competit, *l.* 3. §. *Interdictum*, quia nemo prohibendus eſt libertati fauere, & datur aduerſus omnes, qui dolo malo liberos homines retinent.

Digitized by Google

TITVLVS XXX.

De liberis exhibendis, item ducendis.

PArentibus quoque qui liberos habent in poteſtate, competit interdictum de liberis exhibendi & ducendis, quod aduerſus omnes locum habet, qui liberos aliorum detinent dolo malo, idque ſine vlla exceptione, niſi ex magna cauſa, putà ſi pater vel maritus liberos retineant, *l.* 1. §. 2. *cum ſeq. & §. vlt. & l.* 3. *hoc tit.*

TITVLVS XXXI.

Vtrubi.

DE interdicto *Vtrubi* dictum eſt in titulo *vti poſsidetis.*

Digitized by Google

TITVLVS XXXII.

De Migrando.

INterdictum *de Migrando* proponitur inquilino, qui ſoluta penſione vult migrare, ſi dominus prædij, res inquilini in domum illatas velit retinere.

Dixi, ſoluta penſione, quia ea non ſoluta, eſt juſta retentio, propter jus taciti pignoris, quod cùm non habeat locum in colono, ideo ceſſat hoc interdictum, *l.* 1. §. 1. *hoc tit. l. eo jure in quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.*

TITVLVS XXXII.

De Saluiano Edicto.

DEnique à Saluio Iuliano compilatore Edicti perpetui,

Digitized by Google

introductum eſt interdictum quo dominus prædij poſſeſſionem rerum in prædium illatarum & pignori obligatarum, nanſciſcitur & adquirit.

Differt à Seruiana actione, quod illa eſt de jure pignoris, hoc de ſola poſſeſſione.

LIBER XLIV.

TITVLVS I.

De Exceptionibus, Præſcriptionibus, & Præiudiciis.

EXPOSITIS jam ferè omnibus judiciorum & actionum ſpeciebus, ſequuntur quædã omnium actionum communia, cuiuſmodi ſunt tractatus de exceptionibus, tractatus de obli-

gationibus & actionibus in genere, de verborum obligationibus, de fideiuſſoribus, & alia quædam, de quibus infra.

Exceptio, eſt intentionis actoris excluſio, *l.* 2.

Vel Exceptio eſt conditio quæ modo eximit reum damnatione, modò minuit damnationem, *l.* 22. *hoc tit.*

Præſcriptionis nomen generaliter ſumptum, idem ſignificat quod exceptio, hinc præſcriptio rei judicatæ, *l. Iudicata, tit. ſeq.* Præſcriptio doli, *l.* 91. *de ſolut.* Præſcriptio fori, *l. pen. & vlt. de except.* Pro exceptione dicitur.

Specialiter autem Præſcriptio eſt exceptio quæ ex lapſu temporis competit, vt in *tit. de præſcript. longi temporis, & de præſcriptionibus* 30. *vel* 40. *annorum lib.* 7. *Cod.*

Præiudicium in hoc titulo alio ſenſu ſumitur quam ſuprà in titu-

Digitized by Google

lis *de liberali cauſa* & *ſi ingenuus eſſe dicatur* & paſſim in jure, videlicet pro præiudiciali actione, *l.* 1. *de rei vindic.* §. *Præiudiciales*, *Inſtit. de actionibus*, nam hic ſignificat exceptionem, quâ actor hac ratione repellitur, quod per rem minorem velit præiudicium facere maiori judicio. Exempla ſunt in *l.* 13. 16. 18. *hoc tit.*

Solebant autem Exceptiones inſeri actionum formulis, *l.* 7. *D. de conditionibus Inſtit. lib.* 2. *hoc tit.*

Idque obtinebat præcipuè in actionibus ſtrictis, nam in bonæ fidei judiciis Exceptiones ipſo jure inſunt, ideoque non eſt neceſſarium eas formula contineri.

Prima & præcipua Exceptionum diuiſio hæc eſt, quòd aliæ ſint perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ.

Perpetuæ ſunt quæ ſemper agentibus obſtant, & litem ipſam perimunt, & hæ ſemper opponi poſ-

ſunt ante ſententiam, poſt ſententiam nunquam, *l.* 4. *&* 8. *Cod. hoc tit. l.* 2. *Cod. Sententiam reſcindi non poſſe.*

Excipiendæ ſunt Velleiani & Macedoniani exceptiones, quæ etiam poſt ſententiam opponi poſſunt, *l. Tametſi, D. Ad Macedonianum.*

Temporales ſeu dilatoriæ ſunt quæ ad tempus tantum obſtant, & litem differunt: Et harum rurſus aliæ quæ de perſonis judicium conſtituentibus proponuntur, vt procuratoriæ, fori declinatoriæ, quæ à Rhetoribus tranſlationes appellantur; quæ omnino ante litẽ conteſtatam opponi debent: aliæ ſunt quæ differunt ipſam exactionem ſeu petitionem. Vide *l.* 3. *hoc tit.* & Cujacium *lib.* 18. *Obſeruat. cap.* 34.

Secunda diuiſio. Aliæ ſunt perſonales, ſeu perſonæ cohærentes; aliæ rei cohærentes, ſeu in rem.

Rei cohærentes, omnibus pro-

Digitized by Google

ſunt, tam principalibus debitoribus quàm fideiuſſoribus; perſonales non egrediuntur perſonam, nec proſunt fideiuſſori, *l. exceptiones, hoc tit.*

Sunt quædam Exceptiones perſonales, quæ nequidem hæredi competunt, *l. 25. D. de re Iudic.*

Tertia diuiſio. Aliæ in fauorem reorum introductæ ſunt, aliæ in odium actorum. Fauorabiles pariunt condictionem indebiti, odioſæ non item, *l. qui exceptionem. D. de condit. Ind.*

Quarta diuiſio eſt quod Exceptiones opponuntur, aut quia factum ſit quod fieri opportet, vt in exceptione rei venditæ, aut quia factum ſit quod fieri non opportuit, vt in exceptione doli, aut quia factum non ſit quod fieri debuerat, *l. Exceptiones* 10. *hoc tit.*

TITVLVS II.

De Exceptione rei iudicatæ.

PRima ſpecies Exceptionis quæ ſpecialem titulum & tractatum habet, eſt Exceptio rei judicatæ, quæ toties locum habet, quoties de eadem re & cauſa inter eaſdem perſonas quæſtio ſemel deciſa reuocatur, *l. 3. & 5. hoc tit.*

Eandem autem cauſam facit origo petitionis, *l. ſi mater, §. eandem, & l. 14. in princ. hoc tit.*

Differunt actiones in perſonam ab actionibus in rem, quod ſingulas obligationes ſingulæ cauſæ ſequuntur, nec vlla earum alterius petitione vitiatur: In actionibus autem in rem, ſi agatur non expreſſa cauſa, omnes cauſæ vna petitione apprehenduntur, *l. Et an eadem, §. actiones hoc tit.*

Dixi, inter eaſdẽ perſonas, quia

res inter alios judicata, aliis non nocet, neque prodeſt, niſi jus vnius ex alterius jure pendeat, vt in *l. ſæpe*, 63. *de re iudicata*, vel niſi res, qua de agitur, indiuidua ſit, *l. loci corpus* 4 §. *Si fundus ſupra*, *ſi ſeruitus vindicetur.*

TITVLVS III.

De diuerſis & temporibus præſcript. & de acceſsionibus poſſeſsionum.

SEcunda exceptio eſt præſcriptio temporis, quæ varias ſub ſe Præſcriptionum ſpecies continet, quæ vt intelligantur, ſciendum eſt omnes actiones aut eſſe prætorias aut ciuiles.

Prætoriæ aut ſunt pœnales, aut reiperſequutoriæ.

Pœnales annuæ ſunt excepta actione furti manifeſti.

Reiperſequutoriæ aut ſunt reſciſſoriæ, aut non.

Reſciſſoriæ annuæ ſunt, vt Pauliana & reſciſſoria vſucapionis.

Non reſciſſoriæ perpetuæ ſunt vt hypothecaria, Publiciana. Videnda *lex in honorariis infrà de obligat. & act. & tit. de perpet. & temp. act. in Inſtit.*

Ciuiles actiones aut ſunt in rem, aut in perſonam.

Actiones in rem aduerſus bonæ fidei poſſeſſorem decem vel viginti annis ſiue præſcriptione longi temporis perimebantur: olim etiam anno vel biennio in rebus quæ vſucapi poterant, vt patet ex *titulo de vſucapionibus.*

Aduerſus malæ fidei poſſeſſorem actiones in rem olim erant perpetuæ, hodie finiuntur tricennio, *l. 3. Cod. de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum*, excepta hypothecaria quæ aduerſus debitorem quadraginta annis durat, *l. Cum notiſſimi eodem tit.*

Actiones in perſonā erant quo-

que jure veteri perpetuæ, ſed conſtitutione Honorij & Theodoſij præſcriptione 30. annorum, omnes indiſtinctè perimuntur, *d. l. ſicut.* 3. *Cod. de præſcriptione* 30. *vel* 40. *annorum: l.* 1. *Cod. de annali exceptione.*

Quæ omnia intelligi debent, de iis quibus nullus legibus, Senatuſconſultis, aut edictis prætorum finis præfinitur ſpecialiter. Fuere enim pleræque actiones certo tempore concluſæ, puta querela inofficioſi teſtamenti, actio redhibitoria, & quanti minoris, ad quas non pertinet ſupradicta conſtitutio Honorij.

Quoniam verò in præſcriptione longi temporis locus erat acceſſioni poſſeſſionis, ideo de ea in *hoc tit. tractatur.*

Eſt autem Acceſſio, continuatio ſeu coniunctio poſſeſſionis authoris cum poſſeſſione ſucceſſoris, quæ tunc demum locum habet, cùm

Digitized by Google

c
lu
p
ſit
p
ſi

n
q
q
q
im
ci
di
ve
im
rec
ign
hoc
C
in
qu
obt
fiat
hoc
cu

ralis eſt, nempe annua, exceptio perpetua.

Præter generalem exceptionem doli, tractatur in hoc titulo & de ſpeciali exceptione metus, quæ ab exceptione doli differt, quia in rem ſcripta eſt, & ideo quibuſcunque agentibus opponi poteſt: exceptio verò doli, perſonam complectitur eius, qui doloſè fecit, *l.* 4. §. *Metus pen. hoc tit.*

Titulus V.

Quarum rerum actio non detur.

QVarta eſt exceptio Iuriſiurandi, quę competit ei, qui actore deferente, vel judice, in judicio jurauit, ſe dare non oportere, de quo jureiurando ſi conſtet Prætori, denegatur omnis actio actori, *l. ait Prætor* 7. *&* *l. nam poſtea*, *ſupra de iureiurando*, *l.* 1. *in princ. hoc tit.*

Proponuntur, & in hoc titulo duæ aliæ exceptiones.

vtriuſque tam authoris quam ſucceſſoris poſſeſſio eſt juſta & ciuilis: vitioſæ enim poſſeſſionis nulla eſt acceſſio. Videnda *lex Pomponius* 13. *ſup. de acquirenda poſſeſſ.* *l.* 8. 11. *&* 14. *cum ſeq. hoc tit.*

TITVLVS IV.

De doli mali & metus exceptione.

TErtia eſt exceptio doli mali quæ toties locum habet quoties occaſione juris ciuilis, ſeu ex ſummo jure aliquid exigere vult contra naturalem æquitatem, *l.* 1. *hoc tit.* Dolo enim facit qui contra naturalem æquitatē aliquid exigit.

Differt hæc exceptio ab actione doli, quod hæc actio ſubſidiaria eſt, nec datur niſi deficiente omni alia.

Exceptio doli generalis eſt, & concurrit cum omnibus aliis exceptionibus, *l. palam.* §. *etſi generaliter hoc tit.* Actio doli tempo-

ralis eſt, nempe annua, exceptio perpetua.

Præter generalem exceptionem doli, tractatur in hoc titulo & de ſpeciali exceptione metus, quæ ab exceptione doli differt, quia in rem ſcripta eſt, & ideo quibuſcunque agentibus opponi poteſt: exceptio verò doli, perſonam complectitur eius, qui doloſè fecit, *l.* 4. §. *Metus pen. hoc tit.*

TITVLVS V.

Quarum rerum actio non detur.

QVarta eſt exceptio Iuriſiurandi, quę competit ei, qui actore deferente, vel judice, in judicio jurauit, ſe dare non oportere, de quo jureiurando ſi conſtet Prætori, denegatur omnis actio actori, *l. ait Prætor* 7. *&* *l. nam poſtea, ſupra de iureiurando, l.* 1. *in princ. hoc tit.*

Proponuntur, & in hoc titulo duæ aliæ exceptiones.

Prima eſt quæ competit liberto aduerſus patronum, qui onerandæ libertatis cauſa, à liberto ſtipulatus eſt: de qua exceptione vide *l. 1. §. quæ onerandæ, cum ſeqq. hoc tit.*

Secunda eſt quæ competit ei, qui alea victus conuenitur, ſiue ex ſtipulatu, ſiue ex quocunque contractu aleæ occaſione interpoſito: de qua videnda *l. 1. §. 1. hoc tit. & tit. de aleatoribus ſupra, idemque titulus de aleatoribus Cod.* In quo præter exceptionem hanc, multa alia in aleatores, & aleatorum ſuſceptores ſtatuuntur.

TITVLVS VI.

De Litigioſis.

VLtima ſpecies exceptionis, eſt exceptio litigioſi, quæ locum habet, quotieſcumque quis rem litigioſam emit, vel ex alia quacumque cauſa accepit, volun-

Digitized by Google

taria ſcilicet, non neceſſaria, & agere vult aduerſus eum, cum quo auctor eius litigabat: emptori enim eam rem perſequenti obſtat exceptio litigioſi.

Eſt autem litigioſa res, de cuius proprietate, ſeu dominio lis conteſtata eſt: controuerſia enim de hypotheca rem litigiosã non facit.

Deſideratur autem, vt lis conteſtata ſit, denuntiatio enim futuræ litis, rem litigioſam non facit & qui propter futuram litem, rem alienat, vt duriorem aduerſarium ſubſtituat, tenetur actione prætoria in factum, de qua diximus ſup. in *tit. de alienatione iud. mut. cauſ. fact.*

Præter exceptionem litigioſi, eſt & pœna litigioſi, videlicet duplum, quod præſtatur vel fiſco, vel aduerſario: fiſco quidem, ſi res litigioſa vendita ſit & integra remaneat domino actio, vel ei cuius intereſt: ſi vero res ſacra effecta ſit,

vel dedicata & ita exempta commercio hominum, præſtatur adnerſario, *l. vlt. hoc tit.*

Pœna litigioſi præſtatur tantum à ſciente. Exceptio nocet tã ſcienti, quam ignoranti, & habet locum in voluntariis tantum alienationibus, non in neceſſariis, vt ſunt diuiſiones, quæ fiunt inter cohæredes, ſocios. Item quæ dotis vel tranſactionis cauſa fit. Vid. *Tit. de litigioſ. Cod. & Nouell. de litigioſis, & ad eam Cuiac.*

TITVLVS VII.

De obligationibus & actionibus.

OMnium quoque judiciorum communia, ſunt tractatus de obligationibus, & actionibus, quarum quædam traduntur hic definitiones, diuiſiones, & quædã præcepta generalia, ad omnes ſpecies obligationum & actionum perti-

Digitized by Google

nentia: & primùm de obligationibus, quia ex obligatione oritur actio.

Eſt autem obligatio iuris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur ad aliquid faciendum vel dandum. Eſt autem obligatio triplex: naturalis tantum, ciuilis tantum, naturalis & ciuilis ſimul.

Naturalis tantum, eſt quæ ſolo vinculo naturalis æquitatis tantum continetur, *l. Stichum*, §. *naturalis*, *inf. de ſolut.*

Cuius multa occurrunt in iure exempla: frequentiora ſunt hæc.

1. Serui tam dominis quam quibuſlibet aliis, ex contractibus, naturaliter tantum obligantur, & obligant, *l. Serui.* 14. *hoc tit. & paſſim.*

2. Filius-familias patri, & contra: item fratres qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, naturaliter tantum inuicem obligantur, & obligant: *l. frater à fratre, de condit. indeb.* Extraneis autem omnibus rectè filijfamilias obligantur ciuiliter & con-

ueniri poſſunt, *l. filius-famil.* 59. *hoc tit.*

3. Pupilli ſine tutoris authoritate contrahentes, obligantur naturaliter, maximè ſi locupletiores facti ſint, vel proximi ſint pubertati: *l. naturaliter*, §. *vlt. cum l. ſeq. ſup. de condictione indeb.*

Nec obſtant lex pupillus 59. Item lex quod pupillus ſupra de condictione indebiti, in quibus dicitur pupillum nec naturaliter quidem obligari, quia illi textus debent intelligi de pupillo infante, aut proximo infantiæ, vel non locupletiori facto.

Quartum exemplum: Ex nudo pacto oritur obligatio naturalis, *l.* 5. §. *Imperator inſ. de ſolut.*

Quamquam autem ex naturali obligatione, nulla actio detur, nec inutiliter tamen de ea in jure tractatur, quoniam plerique ſunt obligationis naturalis effectus jure ciuili comprobati: nam condictionem in-

Digitized by Google

debiti impedit *l.* 14. 15. *de condict. indeb. l.* 10. *hoc tit.* naturale debitum in compenſationem venit, *l.* 6. *D. de compenſat.* in conſtitutum deduci poteſt, *l.* 1. § *debitum, de conſtit. pecunia.* Denique obligationi naturali pignora & fideiuſſores accedere poſſunt, *l.* 6. §. *vlt. & l. ſequenti inf. de fideiuſſ.*

Ciuilis tantum obligatio eſt, quæ ſolo juris vinculo, abſque vlla naturali æquitate conſiſtit, cuiuſmodi eſt obligatio, quæ oritur ex judicato, quod nec parit, nec tollit obligationem naturalem, *l. Iulianus* 60. *ſupr. de condict. indeb.*

Item litterarum obligatio, quæ ex ſola ſcriptura oritur, nulla præcedente numeratione, de qua in titulo de litterarum obligat.

Naturalis & ciuilis ſimul, obligatio eſt quæ vtroque jure & naturali & ciuili confirmatur, cuiuſmodi ſunt omnes contractus.

Sunt & aliæ obligationis diuiſio-

nes, puta quod aliæ ſunt ciuiles, quæ aut legibus conſtitutæ, aut certo jure ciuili comprobatæ, aliæ prætoriæ, quas prætor ex ſua Iuriſdictione introduxit: Deinde quod aliæ ex contractu, vel quaſi; ex maleficio, vel quaſi, naſcuntur: de qua diuiſione vide *l.1. cum ſequentibus hic* & Iuſtinianum *tit. de obligat. in Inſtit.*

Actionis verbum in jure variis modis ſumitur: aliquando enim latiſſimè pro omni jure, ſeu modo rei alicuius perſequendæ, ſiue in jure, hoc eſt coram Magiſtratu, ſiue in judicio, hoc eſt coram judicibus datis, ita vt complectatur non tantum actiones propriè ſumptas, ſed & præiudicia, interdicta, ſtipulationes etiam prætorias, quæ inſtar actionum obtinent, *l. Actionis* 37. *hoc tit. l. pecuniæ*, §. *actionis*, *inf. de verborum ſignific.*

Propriè autem aut ſpecialiter, actio eſt formula, ſeu ius perſequendi in iudicio coram iure dato quod

nobis

nobis debetur, maximè cùm agitur in perſonam; nam actio in rem, petitio propriè dicitur, *l. actio. 21. hic. d. l. pecuniæ. §. actionis.*

De variis porrò actuum diuiſionibus, videndus Iuſtinianus *tit. Inſtit. de actionibus*, vbi ſex actionum diuiſiones, & ſingularum ſpecierum naturam dilucidè expoſuit.

SEPTIMA PARS.

LIBER XLV.

TITVLVS I.

De Verborum Obligationibus.

TRes olim erant ſpecies verborũ obligationis: dictio dotis, de qua ſupr. in *tit. de jure dotium*. Iuſiurandum liberti, *l. 7. ſup. de operis liberti.* & *l. Et per iuſiurandum inf. de acceptilatione*: & ſtipulatio, de qua ſola in hoc titulo tractatur.

Eſt autem ſtipulatio, verborum conceptio, quibus is qui interrogatur daturum facturũue, ſe quod interrogatus eſt, reſponderit, *l. 5. §. ſtipulatio, hoc tit.*

Ideo autem de ſtipulationibus vltimo loco agitur, quia ſunt omnium aliorum contractuum & negotiorum acceſſiones, neque enim per ſe ſubſiſtere poteſt ſola ſtipulatio, & niſi præcedat aliqua cauſa, ex ea cum effectu agi non poteſt, *l. 2. §. circa primum, ſuprà de doli mali & met. except.* Eſt ſiquidem introducta aliarum obligationum firmandarum cauſa.

Stipulationum variæ ſunt diuiſiones.

Prima eſt, quod quædam certæ ſunt, quædam incertæ.

Certæ ſunt in quibus de re certa conuenit; incertæ in quibus de incerta, *l. ſtipulationum 74. cum ſeq. hoc tit.* Ex certis datur condictio certi, ex incertis actio ex ſtipulatu, *it. Inſtit. de verb. obligat.*

Digitized by Google

Secunda diuiſio: quædam in dando, quædam in faciendo conſiſtunt, *l. 2. hoc tit.*

Stipulationes, quæ in faciendo conſiſtunt, ſunt incertæ, ideoque his pœna ſubiici ſolet, ne in incerto ſit quantitas ſtipulationis, §. *vlt. Inſtit. de verb. oblig.*

Tertia diuiſio ſtipulationũ. Aliæ diuiduæ ſunt, aliæ indiuiduæ.

Diuiduæ ſunt quæ fiunt de rebus partium præſtationem recipientibus, in quibus ſolutio poteſt fieri per partes, & ideo hæredes ex his agunt, & conueniuntur pro portione hæreditaria: cuiuſmodi ſunt ſtipulationes quantitatis & ſpecierum, id eſt, corporum certorum.

Indiuiduæ ſunt, quæ fiunt de rebus indiuiduis diuiſionem non recipientibus, cuiuſmodi ſunt ſeruitutes omnes excepto vſufructu & ſeruitute oneris ferendi, ſtipulatio generis & alternatiua: in his hæredes agunt & conueniuntur om-

nes & ſinguli in ſolidum. Vide *l.* 2. 3. 4. *&* 72. *ſtipulationes, & l. In executione* 81. *hoc tit.*

Qua in re notandum, ſtipulationum alias eſſe diuiduas petitione & præſtatione, vt promiſſio pecuniæ certæ: alias indiuiduas petitione & præſtatione, vt promiſſio operis, ſeruitutis: alias diuiduas petitione, indiuiduas præſtatione, vt ſtipulatio hominis incerti: alias denique indiuiduas petitione, præſtatione autem indiuiduas, vt ſtipulatio euictionis. De qua diuiſione, vide *D. legē in executione* 81. *h. t.*

Quarta diuiſio ſtipulationũ. Aliæ ſunt conuentionales, aliæ prætoriæ: aliæ judiciales, aliæ communes. *l.* 5. *hoc tit. l.* 1. *D. de prætoriis. ſtip.*

Conuentionales formam accipiunt ex voluntate contrahentium: Prætoriæ vero legem accipiunt de mente Prætoris; ideoque in his nihil immutare, addere, vel detrahere licet: *l. in conuentionalibus* 52. *hoc tit.*

Digitized by Google

Prætoriæ quidem ſubdiuiduntur in alias ſpecies, de quibus inf. *titulo de Prætoriis ſtipulationibus*.

Prætoriæ autem eæ ſunt, quæ ex mero Prætoris officio proficiſcuntur, hoc eſt, quæ à ſolo Prætore exigi ſolent, vt cautio dãni infecti.

Iudiciales ſunt, quæ à mero judicis dati officio proficiſcuntur, vt de dolo cautio.

Communes ſunt, quæ tam à Prætoris officio, quàm ab officio judicis proficiſcuntur. Vide *l. 5. hoc tit.*

TITVLVS II.

De duobus reis conſtituendis.

QVamquam non tantum verbis, ſed & quolibet genere contrahendi, correi conſtitui poſſint; quoniam tamen ſæpius contingit, vt per ſtipulationem quæ firmandis obligationibus adiici ſolet, fiant, merito titulo de ver-

borum obligationibus ſubiicitur titulus de duobus reis conſtituendis. Vt quæ ſit natura huiuſmodi obligationis pluribus vel in plures in ſolidum acquiſitæ, explicetur.

Sunt igitur duo rei ij quibus ſingu'is eadem obligatio acquiritur, vel qui ex obligatione eadem in ſolidum tenentur.

Ii quibus acquiſita eſt, dicuntur rei ſtipulandi, vel credendi: hi vero qui obligantur vel tenentur in ſolidum, dicuntur rei debendi vel promittendi.

In his obligationibus, licet diuerſæ ſint perſonæ, vna tamen eſt obligatio: & ideo ſolutione ab vno vel vni facta, itemque petitione tollitur, *l.* 1. *&* 6 § 1. *&* *l.* 16. *hic.*

Non tantum autem per ſtipulationem duo correi fiunt, ſed & cæteris omnibus contractibus: itemque teſtamento, *l.* 9. *hoc tit.*

Notandũ eſt correum, ſeu vnum ex correis debendi ſoluentem, ad-

Digitized by Google

uerſus correum, nullam actionem habere partis pecuniæ ſolutæ exigendæ cauſa, niſi ei ceſſa ſit actio à creditore: ſi enim aliquam actionem haberet, maximè actionem negotiorum geſtorum, vt exiſtimant Accurſiani: eam vero habere non poteſt, quia ſoluendo, non alienum, ſed ſuum negotium geſſit, ideoque correi vice mutua fideiubebant, aliquando vt poſtea conuenti, tam principali, quàm fideiuſſorio nomine, & ſoluẽtes partem à correo conſequerentur, *l. Reos,* 11. *hoc t.* ad quam vide Cujac. & ad *Nouellam de Reis promittendi* 99. ex qua beneficium ordinis & diuiſionis correis à Iuſtiniano conceſſum eſt, quo iure vtimur.

Titvlvs III.

De ſtipulatione ſeruorum.

NOn tantũ ex ſtipulationibus noſtris adquiritur nobis obligatio, ſed & ex ſtipulationibus eorum quos in noſtra poteſtate habemus: puta filiorumfamilias & ſeruorum.

Item ſeruorum in quibus vſumfructum habemus, vel quos bona fide poſſidemus.

Itemque ex ſtipulatione liberorum hominum, quos bona fide poſſidemus.

Quod attinet ad filios & ſeruos proprios, quidquid ſtipulantur, indiſtinctè patribus vel dominis acquirunt, excepta cauſa caſtrenſi & quaſi caſtrenſi in filiis, itemque aduentitia, ex conſtitutione Iuſtiniani. *l. 6. C. de bonis quæ liberis.*

Qua in re tamen notanda differentia inter ea quæ ſunt juris & ea

quæ ſunt facti : in iis enim quæ ſunt juris, nihil intereſt filij aut ſerui, patribus, dominiſue nominatim, an ſibi, an imperſonaliter ſtipulentur, nam ſemper dominis & patribus adquiritur, & tranſit in eorum perſonam, quoad implementum contractus, ſiue ſtipulationis.

In iis autem quæ ſunt facti, ſi ſibi ſtipulati fuerint filij vel ſerui, acquiritur quidem obligatio patri vel domino, ſed eam impleri ſufficit in perſona filij, vel ſerui, §. *ſed cum factum, Inſtit. de ſtipul. ſeruorum. l. ſtipulatio iſta*, 38 §. *hi qui, ſup. de verb. obligat.*

In ſeruis hoc ſpeciale eſt, vt ſi communes ſint, pluribus dominis acquirant ſtipulationem pro portionibus dominicis, ſi imperſonaliter ſtipulentur, ſi nominatim, dominis pro virilibus, *l. ſi communis* 37. Nominum enim expreſſio, viriles partes facit; ſi vni nominatim, tan-

tum ei ſoli , idem ſi juſſu vnius , *l.* 4. *cum ſeqq. l.* 17. *&* *l.* 22. §. 19.

Quod attinet ad ſeruos in quibus vſumfructum habemus , itemque alienos ſeruos , & liberos homines quos bona fide poſſidemus , ſtipulando nobis acquirunt ex duabus cauſis , videlicet ex re noſtra & ex ſuis operis, *l.* 18. §. *cum ſeruis*, *l.* 27. *l.* 31. *&* 33 *hoc tit.*

Extra has cauſas liber homo ſibi , ſeruus domino proprietatis acquirit.

Digitized by Google

LIBER XLVI.

TITVLVS I.

De Fideiuſſoribus & Mandatoribus.

OMNIVM quoque obligationum acceſſiones ſunt, fideiuſſores & mandatores, omni enim obligationi, ſiue ciuili, ſiue naturali, ſiue re, ſiue verbis, ſiue conſenſu contractæ, ſiue etiam ex delicto natæ, accedere poteſt fideiuſſor. *l.* 1 2. 6. §. *vlt. l.* 81. §. 1. & 5. *hoc tit.* Erat olim hæc differentia inter fideiuſſores & mandatores, quod electo reo principali liberabatur fideiuſſor, mandator non item: quam differentiam ſuſtulit Iuſtinianus. Vide *l. Grauius* 71. *hoc tit.* & *l. vlt. Cod. eod.* Iure veteri

Digitized by Google

liberum erat creditori, relicto reo & non diſcuſſo, in fideiuſſorem agere, hodie non agitur in fideiuſſorem, niſi reo diſcuſſo ex conſtitutione Iuſtiniani, *Nouell.* 4.

Quod præſtitit fideiuſſor creditori ex fideiuſſoria cauſa, id à reo repetit & conſequitur actione mãdati, niſi pro inuito fideiuſſerit, vel animo donandi, niſi condemnatus ſit iniuria judicis, aut culpa ſua, *l. Exceptione* 67. *hoc tit. l.* 5. *ſupra de liberat. legata*: vel coactus fideiuſſerit, vt in ſpecie *l. tribus* 8. *ſupra de vſufructu earum verum quæ vſu conſumuntur.*

Quotieſcumque plures pro eodem fideiuſſerunt, tenentur quidem omnes in ſolidum ipſo iure, ſed ex Epiſtola Adriani, ſi omnes ſoluendo ſint litis conteſtatæ tempore, ſcinditur inter eos actio, non quidem ipſo iure, ſed exceptionis beneficio: & ideo ſi vnus ſoluerit, ab aliis repetere non poteſt; *l. inter.* 26. *l. inter.* 51. *hoc tit.*

Digitized by Google

Fideiuſſores tutorum hoc beneficium non habent, *l. vlt. infr. rem pupilli ſaluam fore.*

Titvlvs II.

De Nouationibus & Delegationibus.

HActenus de contrahendis obligationibus dictum eſt: ſequitur jam vt de iis diſſoluendis agatur.

Sunt autem varij diſſoluendarum obligationum modi, inter quos tres ſunt præcipui & generales, quibus ſcilicet omnis omnino obligatio tolli poteſt, videlicet Nouatio, Solutio, Acceptilatio.

Nouatio eſt prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem vel naturalem transfuſio, ſeu tranſlatio, *l. 1. hoc tit.*

Vel Nouatio eſt mutatio cauſæ, vel perſonæ debendi, poteſt addi, vel rei debitæ: eſtque duplex. Voluntaria & neceſſaria,

Neceſſaria eſt quæ per litis conteſtationem fit, vel ſaltem litis conteſtatione inchoatur, perficitur judicato, *l. aliam 29. hoc tit. l.* 1. *Cod. de vſuris. rei iud.*

Voluntaria eſt quæ ex voluntate debitoris & creditoris, fit per ſtipulationem, idque dupliciter: aut enim interuentu nouæ perſonæ, quæ in locum debitoris delegatur, & dicitur delegatio, ſeu expromiſſio: vel nulla interueniente noua perſona, ſed tantum ſtipulatione ad nouandum interpoſita, quo modo iure veteri fiebat nouatio, ſi id ageretur, etiamſi non eſſet expreſſum: hodie non aliter fit quam ſi exprimatur, §. *Præterea in fine, Inſtit. quibus modis finitur obligatio: l. vlt. Cod. de Nouat.*

Notandum autem delegationem fieri duobus modis, videlicet per ſtipulationem, dato expromiſſore, vt diximus, qui in ſe omnino priorem obligationem transferat, vel per mandatum & ceſſionem obli-

Digitized by Google

gationum, cum ſcilicet creditor obligationem ſuam cedit alteri quo caſu non aliter perficitur delegatio, quam per litis conteſtationem, *l. delegare 4. hoc tit.*

Poteſt addi & tertia ſpecies Nouationis voluntariæ quæ fit ſolius rei debitæ mutatione, in qua ſcilicet mutatur debitum, non cauſa debendi, cùm ſcilicet remanentibus iiſdem perſonis in obligatione, & eodem genere & cauſa obligationis, mutatio fit rei in obligationem deductæ. Exemplum ſuppeditabit lex obligationum *fere* 44. § *vlt. D. de obligat. & actionibus*, & *l.* 24. *quando dies legati cedat*, *l.* 115. *de verborum obligationibus* & aliæ ſimiles; ex quibus conſtat ſtipulationem pœnalem obligationi præſertim faciendi ſubiectam, nouare præcedentem obligationem faciendi, eamque transformare & transfundere in obligationem pecuniæ.

An autem idem dicendum ſit

de obligationibus, quæ in dando conſiſtunt, ingens eſt contentio inter interpretes: quam vide ſi lubet, *ad d. l.* 115. *de verb. oblig. & ad d. l. obligat. fere* 44. §. *vlt.* D. *de verb. oblig.*

Nouare autem poſſumus non tantum per noſmetipſos, ſed etiam per alios, qui voluntate noſtra ſtipulantur.

Item tutor, ſi pupillo expediat, nouare poteſt, & procurator omnium bonorum, *l.* 20.

Filiifamilias vel ſerui, paternam vel dominicam obligationem nouare non poſſunt, niſi iubentibus patribus vel dominis, *l. filius* 23.

Peculiarem vero ita demum nouare poſſunt, ſi liberam peculij adminiſtrationem habeant: nam ſi non habeant, voluntate domini nouare poſſunt, *l. Seruus* 16. *l. Non ideo* 25. *& l. vlt.*

Item vnus ex pluribus reis ſtipulandi ius nouandi habere verius eſt

ex ſententia Venulei, *l. ſi rem* 31. §. 1. *hoc tit.* reiecta aliorum ſententia quæ refertur in *l. ſi vnus, in princ. ſup. de pactis.*

Vno verbo nouandæ obligationis ius habent qui ſunt domini obligationis, vel locum dominorum obtinent, vt Tutores, vel Curatores, Procuratores omnium bonorum, *l. vlt.* §. 10.

Inter Nouationem voluntariam & neceſſariam, hæ ſunt differentiæ.

Voluntaria liberantur fideiuſſores, hypothecæ, vſuræ ſiſtuntur, priuilegium actionis perit: in neceſſaria ſecus.

Ratio eſt, quia nemo litem conteſtando, cauſam ſuam deteriorem facit: *l. Nouatione* 18. & *l. aliam, hoc tit. l. non ſolet* 86. *cum ſeqq. infr. de reg. Iuris.*

TITVLVS III.

De ſolutionibus & liberationibus.

SOlutionis verbum duobus modis in iure ſumitur : generaliter & ſpecialiter.

Generaliter ſignificat omnem modum quo tollitur obligatio, & æquè latè patet ac liberationis verbum: *l. ſolutionis*, 54. *hoc tit. l. liberationis* 47. *de verb. ſignific.*

Specialiter ſignificat veram & naturalem traditionem rei vel numerationem pecuniæ debitæ, *l. ſolutam* 49. *hoc tit. & initio tituli Inſtit. quibus modis tollitur obligatio*, & paſſim in iure.

In hoc autem titulo non tantum de ſolutione ſpecialiter ſumpta tractatur, ſed & de variis liberationum ſpeciebus, puta de oblatione, quæ ſi fiat congruo loco & tempore, eamque ſubſequatur conſignatio &

depoſitio, non minus obligationem extinguit, quam ſolutio, *l. Si ſoluturus 39. hoc tit. l. Obſignatione 9. Cod. eod.*

Oblatione autem nuda non tollitur obligatio, quamquam alij plerique ſint illius effectus: puta vſurarum curſus ſiſtitur, maximè debitarum ex mora, quia per eam purgatur mora, & impedit ne committatur ſtipulatio pœnalis, *l. Traiectitiæ ſupra de obligat. & act.* Soluit Antichriſim, *l. 9. & l. 4. Cod. de vſuris.*

Vſurarum debitarum ex conuentione curſus non ſiſtitur, niſi per depoſitionem & conſignationem, *l. ſi Credit. & l. Acceptã, Cod. de Vſuris.*

Agitur & in hoc titulo de confuſione, quâ obligationem quoque omnem, tam naturalem quam ciuilem, extingui conſtat; *l. Hæres. §. quod ſi ſtipulator, ſupra de fideiuſſ. l. Stichum, §. aditio. hoc tit.*

Fit autem Confuſio, quotieſcum-

Digitized by Google

que creditor debitori, vel contra heres exiſtit, *l. pen. hoc tit. d. l. heres*, §. *quod ſi ſtipulator.*

Liberatio alia eſt rei, alia perſonæ.

Liberatio rei dicitur, quæ ipſum obligationis vinculum tollit, vt Solutio, Acceptilatio, Nouatio: Et hoc modo liberatione ſequuta, omnis omnino extinguitur obligatio, tam rei, quam correi, & fideiuſſoris, pignoris, & omnium acceſſionum.

Liberatio perſonæ eſt quæ perſonam tantum ab obligatione eximit, remanente ipſo obligationis vinculo, quod contingit capitis minutione debitoris, quo genere ſequuta liberatione, nec correi, nec fideiuſſores liberantur, *l. vlt. ſup. de duobus rei ſtipulandi.*

Quod attinet ad ſolutionem ſpecialiter ſumptam, neceſſarium eſt vt iure per eam tollatur obligatio rei ſolutæ, dominium transferri in accipientem: alioquin durat obligatio, *l. 20. 27. l. 46. hoc tit.*

Digitized by Google

Nec intereſt, ipſe debitor, an alius pro eo ſoluerit, *l. Solutione* 23. *l.* 40 *hoc tit.*

Quod intelligendum eſt de obligationibus quę in dando conſiſtunt; in obligationibus enim faciendi, hoc eſt quibus quis obligatur ad faciendum, alius pro alio facere non poteſt, vel faciendo non liberat debitorem niſi volente creditore, propter differentiam ingenij artificum, *l. inter artifices* 31. *hoc tit.*

Alteri autem quam creditori facta ſolutio, non tollit obligationem, niſi voluntate creditoris fiat.

Solet autem voluntate creditoris fieri procuratori generale mandatũ habenti: Item diſpenſatori, hoc eſt, ſeruo exigendis & fœnerandis pecuniis præpoſito; quibus perſonis facta ſolutio, etiam poſt reuocatum mandatum, vel ablatam diſpenſationem, debitorem nihilominus liberat, ſi bona fide facta fuerit, *l.* 12. 18. 34. §. 1. *cum ſeqq. hoc tit.*

Item ſolutio facta adiecto, ſolutionis gratia liberat, maximè ſi in eodem ſtatu manſerit, *l. Cum quis* 38. *hoc tit.* Dixi, Adiecto, non eius heredi, quia hæredi adiecti ſolui non poteſt, *l. ſi ſtipulatus* 81. *hoc tit.*

Negotiorum vero geſtori vel alteri cuilibet, non vero procuratori, ſolutio non aliter liberat, quam ſi creditor ratum habuerit, *l.* 58. *ſi quis offerenti*, *l.* 62. *diſpenſatorem hoc tit.*

Qui debet ex diuerſis & diſparibus cauſis, eidem ſoluendo non expreſſa cauſa in quam ſoluat, cenſetur in eam cauſam ſoluiſſe, quæ ei durior eſt, *l.* 1. *cum* 7. *ſeqq. hoc tit. & l.* 1. *Cod. eodem.*

Digitized by Google

TITVLVS IV.

De Acceptilatione.

ACceptilatio eſt imaginaria ſolutio, ſeu eſt liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriuſque contingit ab eodem nexu ſolutio, *l.* 1. *hoc tit.*

Erat actus legitimus, & ideo, neque in diem, neque ſub conditione, neque per procuratorem fieri poterat, *l.* 3. 4. *&* 5. *hoc tit. l. actus legitimi, infrà de reg. iuris.*

Eſt autem duplex acceptilatio, videlicet ſimplex, ſeu ſpecialis, per quam tolluntur tantum obligationes verbis contractæ: vt ſtipulatio, iuſiurandum liberti, *l.* 13. *hoc tit.* Generalis ſeu Aquiliana, per quam omnes omnino obligationes, in obligationem verborum deducuntur, & per acceptilationem tolluntur, §. 1. *&* 2. *Inſtit. quib. modis tollatur obligatio.*

Digitized by Google

TITVLVS V.

De Prætoriis ſtipulationibus.

PRætoriæ ſtipulationes ſunt, vt ſupra diximus, quæ edicto Prætoris introductæ ſunt, & authore Prætore exiguntur, quarum tres facit ſpecies Vlpianus, in *l.* 1. videlicet Iudiciales, Cautionales, Communes.

Iudiciales ſunt quæ propter judicium interponuntur, vt ſtipulatio de rato, iudicatum ſolui: ordinandi enim iudicij cauſa hæ ſtipulationes interponebantur, alioque ſenſu iudiciales appellantur, quam in *titulo Inſtit. de diuiſione ſtipulat.* Ibi enim iudiciales dicuntur, quia à mero Iudicis officio proficiſcuntur, vt de dolo cautio.

Cautionales ſunt quæ inſtar actionis habent, hoc eſt, actionum inſtar à Prætore poſtulantur, vt nobis nouæ

Digitized by Google

noua actio acquiratur, vt cautio damni infecti, legatorum, *l.* 1. §. *Cautionales*, *hoc tit.*

Communes ſunt quæ partim iudiciales, partim cautionales, vt cautiones iudicio ſiſtendi cauſa factæ.

Et quamquam omnis ſtipulatio natura ſui cautionalis ſit, quia id in ſtipulationibus agitur vt res cautior ſit & magis in tuto, obtinuit tamen vt eæ dicantur propriè cautionales, quæ non iudicij ordinandi cauſa interponuntur, ſed poſtulantur vt ſit noua actio, vt diximus, *l.* 1. §. *ſciendum.*

Omnes ſtipulationes Prætoriæ ſatiſdationem exigunt, exceptis paucis, quæ nudam repromiſſionem habent, vt ſtipulatio duplæ ſtipulatio de noui operis nuntiatione, cùm agitur de eo opere quod in publico ſit.

Item ſtipulatio damni infecti nudam tantum repromiſſionẽ habet, ſi de priuatis ædibus fiat, non ſi de

Digitized by Google

flumine publico, *d. l.* 1. §. *ſtipulatio. cum ſeq.*

In prætoriis ſtipulationibus hæc ſunt ſingularia.

Primò per liberam perſonam ex iis cauſa cognita, nobis acquiritur actio, *l.* 5. *hoc tit.*

Secundo quod in iis, ſi ambiguus ſermo interuenerit, Prætoris eſt interpretatio, *l.* 9. *hoc tit.* cùm in conuentionalibus contra ſtipulantem fiat interpretatio: *l. Veteribus, D. de pactis, l. ſtipulatio iſta* 38. §. *in ſtipulationibus ſupra de verb. obligationibus.*

Denique in Prætoriis ſtipulationibus nihil addi, detrahi, vel immutari poteſt conſenſu contrahentium, aliud in conuentionalibus, *l. In conuentionalibus*, 52. *ſup. de verb. obligat. & l.* 1. §. *vlt. hoc tit.*

Digitized by Google

TITVLVS VI.

Rem pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore.

STipulatio rem pupilli ſaluam fore, exigi ſolet à tutoribus, maximè legitimis, & datis à magiſtratu, ſine inquiſitione; teſtamento enim vel cum inquiſitione dati, non ſatiſdant, niſi vno vltro ſatis offerente: *Tit. Inſtit. de ſatiſdat. Tut. l. 7. hoc tit.*

Stipulatur regulariter pupillus, ſi præſens ſit & fari poſſit, ſi non poſſit, ſeruus eius aut quilibet alius, iubente prætore, per quem pupillo vtilis acquiritur actio, *l.* 2 3. *&* 4. *hoc tit.* Promittunt Tutores & fideiuſſores eorum, hæc enim cautio ſatiſdationem exigit, *l.* 1. §. 1. *&* 2.

Committitur hæc ſtipulatio, hoc eſt ex ea tunc agi poteſt, ſtatim at-

que tutelæ agi poteſt, *l.* 4. §. *hanc ſtipulationem*, *&* *l. cum rem* 11. *hoc tit.*

Titvlvs VII.

Iudicatum ſolui.

CAutio iudicatum ſolui, ſeu de iudicato ſoluendo, exigebatur olim initio litis ab eo, qui ſuo, vel alieno nomine litis defenſionem ſuſcipiebat, idque indiſtinctè, ſi in rem ageretur, ſiue enim ſuo, ſiue alieno nomine, cautioni locus erat; ſi vero in perſonam, ſatiſdare cogebatur iudicatum ſolui, ſi alieno nomine, non ſi ſuo, quæ immutata ſunt à Iuſtiniano: *Tit. Inſtit. de Satiſdat.*

Habebat hæc cautio tres clauſulas, videlicet de re iudicata, ſeu de iudicato ſoluendo, de re defendenda, & de dolo malo.

Digitized by Google

TITVLVS VIII.

Rem ratam haberi.

QVemadmodum pro alio nemo litis defenſionem ſuſcipere poteſt, ſine ſatiſdatione iudicatum ſolui, ita nemo alieno nomine litem mouere vel agere poteſt ſiue cautione idonea, quâ caueat dominum litis rem cum eo actam ratam habiturum; quæ cautio ideo introducta eſt, ne luſoria & inutilia eſſent iudicia, alieno nomine mota.

Coguntur igitur cauere hac cautione omnes qui alieno nomine agunt, niſi mandatum actis inſinuatum habeant.

Item Tutor eandem cautionem præſtare debet, ſi de eius officio dubitetur.

Excipiuntur tantum actor ciuitatis, magiſter vniuerſitatis, & curator bonis conſenſu creditorum datus, *l.* 9.

Rem autem ratam habere, nihil aliud eſt, quam probare & agnoſcere quod actum eſt à Procuratore, idque vel verbis, vel per Epiſtolam, vel actu quolibet, *l.* 5. *l.* 12. §. 1.

Habet autem hæc cautio tres clauſulas, videlicet rem ratam dominum habiturum, vel amplius non peti, *l.* 14. *cum ſeqq. hoc tit.*

Secunda clauſula eſt de defendendo eo cuius nomine agitur, ſi reus ab eo mutuò aliquid petere velit; æquum enim Prætori viſum eſt, eum qui alterius nomine experitur, eandem defenſionem ſuſcipere debere, quam cogeretur ipſe dominus litis.

Tertia clauſula, eſt dolum malum abfuturum, de qua clauſula, vide *l. Seruum* 33. §. *ait Prætor cum ll. ſeqq. ſup. de Procurat.*

Committitur hæc ſtipulatio cùm dominus litis iterum petit, vel Procurator ipſum non defendit, damnaturque fideiuſſor in id quod in-

Digitized by Google

tereſt actoris, *l. Si commiſſa* 13. *&* *l. In ſtipulatione* 19. Poteſtque committi ſtipulatio ex vna clauſula.

Cæterùm etiamſi ſtipulatio *de Rato*, Prætoriis annumeretur, ſæpiſſimè tamen ex conuentione interponitur, veluti ſi procurator vendat rem domini, aut locet, aut aliud quid gerat, quo caſu conuentionalis eſt, *l.* 10. *&* 11. *hoc tit.*

LIBER XLVII.

TITVLVS I.

De priuatis delictis.

EXPLICATIS iam omnibus actionibus, quæ ex contractibus, vel quaſi, competunt, & earum acceſſionibus, ſupereſt nunc vt de

actionibus, quæ ex delictis originem trahunt, agatur.

Delictorum autem (quatenus ſcilicet delicti vocabulum generaliter ſumitur pro eo omni quod contra legem fit, complectiturque etiam publica, quæ criminis appellatione plerumque deſignantur) alia ſunt priuata, alia publica.

Priuata ſunt, quorum perſecutio iis tantum competit quorum intereſt.

Publica, quorum perſecutio competit cuilibet ex populo.

Priuatorum iterum ſunt alia ordinaria, alia extraordinaria.

Ordinaria ſunt, quæ certa & definita à lege pœna vindicantur: & de quibus ordinaria, certa & conſtans prodita eſt iure ciuili actio, cuiuſmodi ſunt quatuor, furtum, rapina, damnum iniuria datum & iniuria.

Extraordinaria ſunt de quibus neque vlla certa actio introducta eſt, neque pœna certa, vel definita, ne-

Digitized by Google

quæ etiam per actionem de iis agitur, ſed per accuſationem, cuiuſmodi ſunt ſtellionatus, crimen expilatæ hæreditatis, & alia de quibus infrà.

Notandum eſt autem de criminibus ordinariis, receptum tandem eſſe, vt etiam extra ordinem agi poſſit relicta ordinaria actione, *l. vlt. hoc tit. & l. vlt. inf. de fruct. §. In ſumma, Inſtit. de iniuriis.*

Seruatur porro hic ordo in explicandis criminibus. Primum de priuatis ordinariis, deinde de extraordinariis, tandem de publicis.

TITVLVS II.

De furtis.

FVrtum eſt contrectatio rei alienæ fraudulosa, lucrifaciendi gratia, vel ipſius rei, vel vſus, vel poſſeſſionis.

Rei, hoc eſt, proprietatis, & poſ-

ſeſſionis, cùm ſcilicet res aliqua alicui eripitur, vel aufertur.

Vſus vt in Commodatario, qui aliter vtitur, quam ei conceſſum ſit, *l.* 54. *ſi pignore, hoc tit.*

Poſſeſſionis, cùm debitor creditori pignus aufert, in *l.* 12. §. 2. *&* *l. creditori.*

Vel furtum eſt interuerſio poſſeſſionis rei alienæ.

Poſſeſſionis inquam, quia nunquam fieri poteſt furtum, niſi interuertatur poſſeſſio.

Hinc eſt quod rei hæreditariæ furtum non fit, quia ſcilicet à nemine poſſidetur, *l. Hæreditariæ* 68. *hoc tit. l.* 1. §. *Scæuola, infra ſi is qui teſtamento liber.*

Coërcendorum autem furũ cauſſa multæ & variæ introductæ ſunt iure ciuili actiones, quarum quædam merè pœnales ſunt, quædam reiperſecutoriæ.

Pœnales ſunt furti manifeſti in quadruplũ, nec manifeſti in duplũ.

Item erant iure veteri actiones

Digitized by Google

furti concepti, oblati, prohibiti, & non exhibiti, quæ hodie ſublatæ ſunt. De quibus videndus Paulus, 2. *Sentent. tit.* 21. & Iuſtinianus, §. *Conceptum, cum ſeqq. Inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur.*

Reiperſecutoriæ actiones quæ aduerſus fures dantur, ſunt Condictio furtiua, de qua ſupra *lib.* 13.

Item Rei vindicatio & actio ad exhibendum, quæ duæ actiones non ex furto naſcũtur, ſed ex poſſeſſione rei, & ideo dantur non in ſolos fures, ſed aduerſus quemcumque poſſeſſorem: quin imò nec aduerſus fures ipſos dantur, ſi non poſſideant, niſi hoc colore, quòd dolo deſierint poſſidere.

Condictio autem datur aduerſus fures tantum, vt & actio furti, §. *vlt. Inſtit. de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur.*

Cæterum per actionem furti ſemper intelligimus actionem pœnalem dupli vel quadrupli, quamquam ali-

quando actio furti pro condictione ſumatur, vt in *l. licet cui*, 71. *hoc tit.*

Præcipuæ differentiæ inter condictionem & actionem furti, ſunt, quod condictio eſt reiperſecutoria, ſoli domino competens; oblatione, depoſitione rei tollitur, *l. parui ſupra, de condict. furtiua*: actio vero furti pœnalis competens non ſoli domino, ſed omnibus, quorum intereſt ex honeſta cauſa, *l.* 10. *&* 11. *hoc tit.*

Oblatione vel reſtitutione rei non tollitur, quia nemo pœnitentia ſua nocens eſſe deſinit, *l. qui ea mente* 65. *hoc tit.*

TITVLVS III.

De Tigno Iniuncto.

POſt generalem actionem furti, ſequuntur ſpeciales quædam actiones furto cohærentes.

Digitized by

Prima eſt actio de tigno iniuncto, quæ eſt actio ciuilis in perſonam, competens domino furtiui tigni. Id eſt materiæ cuiuſlibet ædificiis extruendis vel vineis colēdis aptæ, aduerſus eum qui ſciens ædibus ſuis, vel vineæ iniunxit, in duplum: Præter quam actionem, competit quoque in eum qui ſciens tignum alienum iunxit, actio ad exhibendum, vel rei vindicatio. quia dolo effecit vt deſineret poſſidere, non quidem ad hoc vt res ipſa reſtituatur, quia lex 12. Tabul. tignum iniunctum eximi prohibuit, ne ædificia diruerentur, vel vinearum cultura turbaretur, ſed vt damnetur reus in æſtimationem rei ab actore factam, iureiurando in litem præſtito, *l. In rem* 20. *§. tignum, D. de rei vindicat. §. Cum in ſuo, Inſtit. de rerum diuiſ. l.* 1. *&* 2. *hoc tit.*

Competit præterea & actio furti nec manifeſti, quia alienum iunxit ſuis ædibus tignum, contrectauit & furtum fecit.

TITVLVS IV.

Si is qui teſtamento liber eſſe iuſſus eſſet poſt mortem domini ante aditam hæreditatem, ſubripuiſſe aut corrupiſſe quid dicetur.

SEcunda actio eſt actio perſonalis in factū prætoria, quæ competit hæredi aduerſus ſeruum, cui libertas teſtamento directa fuerat relicta, in duplum eius rei, quam ante aditam hæreditatem contrectauit, vel corrupit dolo malo, ſpe impunitatis: quam actionem ideo neceſſarium fuit introducere, quia nulla actio competebat ciuilis, nam ſeruus hæreditarius ante aditam hæreditatem, hæreditatis eſt, quæ loco domini eſt: dominus autem dominaue de delictis à ſeruis propriis in ſeruitute commiſſis, poſt manumiſſionem nullam actionem habere poſſunt, *l.* 1. §. 1. *hoc tit.*

Digitized by Google

Titvlvs V.

Furti aduerſus Nautas, Caupones, ſtabularios.

TErtia actio eſt actio furti in duplum prætoria, quæ datur in exercitores nauium, cauponarum, ſtabulorum, ſi in iis furtum factum fuerit, ab aliquo eorum, quorum miniſterio & operâ vtuntur, quæ actio eſt ex quaſi delicto.

Aduerſus fures quidem ipſos eſt actio furti, & eſt in poteſtate eius qui furtum paſſus eſt, vtrum malit cum exercitore, iure honorario, an cum fure iure ciuili experiri, *l. vnica*, §. *Cum in caupona, hoc tit.*

Quod intelligendum eſt, cum exercitor, caupo, vel nauta, non recepit cuſtodiendum, eo enim caſu dominus rei ſubreptæ non habet actionem furti, ſed caupo, cuius periculo res fuit, *d. l. vnica*, §. *Quod ſi.*

Digitized by Google

Quæ actio ideo introducta, quia æquum viſum eſt, exercitores huiuſmodi præſtare factum eorum, quos ſibi miniſtros elegerunt, non autem aliorum; *d. l. vnic.* §. 1. *hic.*

TITVLVS VI.

Si familia furtum feciſſe dicatur.

Regulariter in delictis tot præſtantur pœnæ, quot ſunt delinquentes, ſed edicto Prætoris cautum fuit, vt ſi plures ſerui furtum fecerint, tantumdē offerendo dominus, quantum præſtaret vnus homo liber familiam ſuam retineat, hoc eſt, vnicam pœnam præſtando liberetur, quod in furto tantum receptum eſt, cui admodum obnoxij ſerui, in aliis enim delictis tot præſtantur pœnæ quot ſunt ſerui; *l. 9. ſup. de Iuriſd. l. ſi plures infrà, de iniuriis.*

Digitized by Google

TITVLVS VII.

Arborum furtim cæſarum.

EX l. 12. Tab. in eum qui furtim alienas arbores cæcidiſſet, conſtituta eſt actio in duplum, facta ſcilicet æſtimatione quanti domini interſit non cæſas fuiſſe arbores, *l. 7. & 8. hoc tit.*

Quid autem arborum appellatione contineatur, itemque cædendi verbo ſignificetur, videndum in *l. 3. 4. & 5. hoc tit.*

Concurrunt cum hac actione primum actio legis Aquiliæ, vnaque aliam extinguit, niſi plus ſit in vna, *l. 1. hoc tit.*

Si autem quis non tantum cæciderit arborem, ſed & lucrifaciendi cauſa contrectauerit, præter actionem arborum furtim cæſarum, datur & actio furti, & condictio li-

gnorum, & vindicatio, & ad exhibendum: *l.* 8. §. 1. *&* 2. *hoc tit.*

Competit & hoc caſu interdictum quod vi aut clam, *l.* 11. *hoc tit.*

Hæc actio pœnalis eſt & perpetua, hæredi, cæteriſque ſucceſſoribus competit: in hæredem non item, *l.* 7. §. *Hæc actio hoc tit.*

TITVLVS VIII.

Vi bonorum raptorum & de Turba.

SEcunda ſpecies priuati delicti; ex quo ordinaria cõpetit actio, eſt rapina, quæ nihil aliud eſt quam furtum hominibus coactis, ſeu vi factum.

Ex quo delicto iure ciuili nulla alia datur actio ordinaria, quam furti, ſed edicto Prætoris, introducta eſt actio, quæ vocatur vi bonorum raptorum, in quadruplum intra annum, poſt annum in ſimplum, quæ actio à Prætore dicitur

Digitized by Google

introducta, ne leuioris conditionis eſſet is qui vi rupit, quam qui clam amouet, vt ait Iuſtinianus, initio Inſtit. *de vi bonorum raptorum.*

Ex quo innuitur duriorem eſſe pœnam rapinæ, quam furti, quod tamen falſum erit, ſi intelligas de pœna actionis furti manifeſti, quæ eſt in quadruplum, quod totum pœna eſt, præter quam rei ipſius repetitio domino competit, per rei vindicationem, ad exhibendum, aut condictionem furtiuam.

Cujacius exiſtimauit actionem vi bonorum raptorũ non habuiſſe locum, nec eſſe introductam aduerſus fures manifeſtos, ſed tantum aduerſus fures nec manifeſtos, hoc eſt in ipſo delicto non deprehēſos.

Argumentũ ducit ex eo primùm, quòd inepta eſſet ratio Iuſtiniani, deinde ex eo, quod in iure, quotieſcumque fit mentio concurſus actionis furti cum actione vi bonorum raptorum, ſemper id expri-

mitur de actione furti nec manifeſti in duplum; non de alia, vt in *l. 1. hoc tit.*

Tentari poſſet introductam fuiſſe actionem vi bonorum raptorum à Prætore, antequam actio furti manifeſti pecuniaria in quadruplum, eſſet introducta: Conſtat enim iure veteri fures manifeſtos, non pecuniaria pœna, ſed grauiori animaduerſione punitos fuiſſe.

Optima itaque fuit ratio Prætoris, quia eo tempore, quo introduxit actionem vi bonorum raptorum, nulla erat actio furti pecuniaria vltra duplum.

Præter hanc actionem, fuit & alia actio introducta, ex hoc edicto in duplum, aduerſus eum cuius dolo malo in turba damnum factum fuiſſet, de qua tractatur in *l. 4. hoc tit.*

Digitized by Google

TITVLVS IX.

De Incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata.

NOn tantum in eum qui vi & coactis hominibus, aliquid rapuerit, datur actio in quadruplum; ſed & etiam in eum, qui ex incendio, ruina, naufragio, rate vel naue expugnata, quid recepit dolo malo, idque ex edicto Prætoris, præter quam actionem, ſunt & aliæ pœnæ ſancitæ aduerſus eos, qui ex naufragio diripiunt aliquid, ex Senatuſconſulto.

De quibus vide *l.* 3. §. *vlt. l.* 4. *&* 7. Quæ actiones hæredibus dantur & in hæredes quantum ad eos peruenit, *l.* 4. §. *vlt.*

TITVLVS X.

De Iniuriis & famoſis libellis.

TErtia ſpecies priuati delicti eſt iniuria, quo nomine ſpecialiter ſignificatur id omne quod in contemptum alicuius fit; ſiue re, ſiue verbis, ſiue ſcripto; de cuius delicti coërcitione, tam ex *l.* 12. *Tab. quàm ex l. Cornelia, & edicto Prætoris vide Iuſtinian. Inſtit. Tit. de Iniuriis.*

TITVLVS XI.

De Extraordinariis criminibus.

EXtraordinaria crimina ſunt de quibus quæſtio, pœnaue certa nulla lege conſtituta eſt: ſed arbitrio Magiſtratus coërcentur; quorum alia ſunt priuata, alia publica, vt ex ſequentibus apparebit.

Digitized by

Notandum autem eſt, de quolibet delicto, ſiue priuato, ſiue publico, extra ordinem agi poſſe, hoc eſt, non ſeruato antiquo ordine formaue legibus publicorum iudiciorum præſcripta, & pœna arbitrio magiſtratus impoſita, relicta pœna legitima.

Differunt itaque extraordinaria crimina priuata, à priuatis ordinariis, primum, quod extraordinariorum incerta eſt pœna, Ordinariorum autem certa: deinde quòd Ordinaria per actionem, extraordinaria per accuſationem coërcentur.

Publica autem extraordinaria ab aliis publicis differunt tantũ, quod Ordinariorum pœna eſſet certa, extraordinariorum incerta. Vide Cuiacium *lib. 8. Obſeruat. cap. 33.*

Cæterum in hoc titulo varia proponuntur exempla Extraordinariorum criminum, quorum facilis cuique ex ipſo contextu cognitio,

præter quæ ſunt alia quædam, quæ in *ſequent. tit.* ſeparatim explicantur.

Titvlvs XII.

De Sepulchro violato.

PRimum eſt crimen violati ſepulchri, quo tenentur ij qui dolo malo ſepulchra, ſeu ſepulturæ loca contaminant, habitando, ædificando, diruendo.

De eo autem agitur duobus modis, videlicet per accuſationem, & per actionem.

Per accuſationem agi quoque poteſt dupliciter.

Poteſt enim reus poſtulari lege Iulia de vi publica, cuius pars quædam, pœnam ſtatuebat in eum qui quid feciſſet, quo minus quis funeraretur ſepliretur ue, *l. 8. hoc tit.*

Item extra ordinem pœna extraordinaria, ſcilicet ſtatuta, aliquãdo vltimi

Digitized by Google

vltimi ſupplicij, deportationis, relegationis, pro modo ſcilicet debiti, & qualitate perſonarum, *l. vlt. hoc tit.*

Per actionem etiam agitur dupliciter.

Aut enim is agit, ad quem ſepulchrum pertinet, quo caſu arbitraria eſt pœna, & damnatio fit in id quod æquum videbitur iudicanti; aut agit is, ad quem non pertinet, quo caſu ſtatuta eſt pœna 100. aureorum, ob corruptũ ſepulchrum, vel 200. aureorum propter inhabitatum, *l. 3. & 9. hoc tit.* quæ actio popularis eſt, *l. 3 §. vlt.*

TITVLVS XIII.

De Concuſſione.

CONcuſſionis crimen committitur quotieſcumque terrore poteſtatis iniecto, aliquid ab alio extorquetur; quod crimen priua-

tum eſt, & punitur reſtitutione rei ablatæ, & arbitraria pœna, *l.* 12. *hoc tit.*

TITVLVS XIV.

De Abigeis.

ABigei propriè ſunt qui pecora ex paſcuis & armentis ſubtrahunt & deprædantur, abigendique ſtudium quaſi artem exercent, *l.* 1. §. 1.

Abigei à furibus diſtinguuntur, & numero abactorum & conſuetudine abigendi.

Puniuntur autem vt fures in duplum vel quadruplum per actionem, aut vt abigei, extra ordinem per accuſationem & inſcriptionem, *l.* 1. *Cod. hoc tit.*

Aliquando ad gladium damnantur, aliquando in metallum, *l.* 1. §. 3.

Per gladium interpretatur Cu-

Digitized by Google

jacius ludum gladiatorium, *lib.* 10. *Obſeruat. cap.* 13.

TITVLVS XV.

De Præuaricatione.

PRæuaricatio eſt proditio cauſæ in iudicio publico; eſt enim propriè Præuaricator, accuſator, qui prodita ſua cauſa, aduerſam partem adiuuat, *l.* 1. *hoc tit.*

In quem extraordinaria pœna ſtatuitur, *l.* 2.

Impropriè etiam Præuaricator dicitur Aduocatus, qui clientis ſui cauſam prodit, in quem pœna extraordinaria ſtatuitur, *l.* 1. §. *vlt.* *l.* 3. §. *quod ſi aduocatus.*

TITVLVS XVI.

De Receptatoribus.

RECEPTATORES ſunt qui delinquentes, maximè latrones, vel ab iis res ſubreptas receptant & occultant: In quos eadem quæ in latrones pœna extraordinaria ſtatuitur, differentia tamen facta inter eos, qui extraneos omnino & incognitos receptant, & eos, qui cognatos vel affines, *l. vlt. hoc tit.*

TITVLVS XVII.

De Furibus Balneariis.

EXtra ordinem quoque puniuntur fures nocturni, & capſarij, ſeu fures Balnearij, qui ſcilicet mercede accepta, ſeruanda veſtimenta accipiunt.

Digitized by Google

TITVLVS XVIII.

De Effractoribus & Expilatoribus.

ITem Effractores & Expilatores.

Sunt autem Effractores, qui vel de carcere erumpunt, ſiue effractis foribus, vel conſpiratione cum cæteris, qui in eadem cuſtodia ſunt, quorum pœna eſt extremum ſupplicium.

Expilatores ſunt quilibet atrociores fures, *l. 1. hoc tit.*

TITVLVS XIX.

Expilatæ Hæreditatis.

SI quis jacentis, id eſt, nondum aditæ hæreditatis, vel etiam poſt aditam, antequam res ab hærede poſſeſſæ ſint, res contrectauerit, furti quidem conueniri non poteſt,

quia, vt ſuprà dictum eſt, rei hæreditariæ furtum non fit, niſi ab aliquo poſſeſſa ſit, *l. hæreditariæ, ſupr. de furtis*, *l.* 1. §. *Scæuola, ſupr. Si is qui teſtamento liber &c.* Ideoque neceſſarium fuit extraordinarium iudicium ſtatuere in eum, *l.* 1. *&* 2. *hoc tit.*

Eſt autem priuatum, eiuſque perſecutio ſolis hæredibus competit, *l.* 2. *ſupr. de Extraordin. Criminibus.*

Pœna extraordinaria eſt.

TITVLVS XX.

Stellionatus.

STellionatus eſt crimen quodlibet proprio nomine carens, quo continetur verſutia quælibet & dolus: quod enim in priuatis iudiciis eſt de dolo actio, id in criminibus eſt ſtellionatus perſecutio, ideoque nunquam concurrit

Digitized by Google

cum aliis perſecutionibus criminum, ſed deficiente titulo criminis locum habet, *l. 3. hoc tit.*

Iudicium famoſum non eſt, ſed coërcitionem extraordinariam obtinet, *l. 2. hoc tit.*

TITVLVS XXI.

De Termino moto.

LEge Agraria Caij Cæſaris in eos qui terminos agrorum, extra ſuos gradus fineſue mouiſſent, conſtituta fuit pœna 50. aureorum, *l. vlt. hoc tit.*

Sed tandem obtinuit, ſublata pecuniaria mulcta, vt pro conditione perſonæ extraordinaria pœna ſtatueretur, *l. 1. & 2.*

TITVLVS XXII.

De Collegiis & Corporibus.

DEnique extra ordinem plectuntur ij omnes, qui illicita collegia & ſodalitia exercent, in eoſque eadem ſtatuitur pœna, quæ in eos, qui loca publica vel templa armatis hominibus occuparunt, *l. 2. hoc tit.*

Sunt autem Collegia & ſodalitia illicita, ea omnia quæ non permiſſu principis vel ſenatus fiunt, *l. 3. hoc tit.* Vide Cuiacium 7. *Obſeruat. cap.* 30.

TITVLVS XXIII.

De Popularibus Actionibus.

POpulares actiones ſunt ciuiles, ſeu pecuniariæ actiones, quæ cuilibet è populo competunt,

Digitized by Google

& quæ ius populi tuentur, *l.* 1. *hoc tit.* quarum varia exempla variis in locis ſupra propoſita ſunt, veluti actio in factum, de qua in *l. Si vero, §. Prætor, & §. vlt. ſupra de his qui effud. & deiec.* Actio ſepulchri violati, termini moti & ſimiles.

In hoc autem titulo traduntur quædam generaliter pertinentia ad omnes actiones populares, verbi gratia in popularibus per procuratorem agere non licere, quamquam liceat ſe defendere, *l.* 5.

Pluribus agere volentibus, præponi eum, cuius intereſt, vel idoneiorem; *l.* 2. 3 § 1.

Denique populares actiones in fideicommiſſarium non tranſire, & nec in hæredes dari, & omnes eſſe annales, *l. penult. & vlt.*

LIBER XLVIII.

TITVLVS I.

De Publicis Iudiciis.

PVblica judicia ſunt ea crimina quæ ex legibus publicorũ judiciorum veniunt, *l. 1. hoc tit.* hoc eſt, de quibus coërcendis, & animadvertendis, ſpeciali aliqua lege cautum ſunt, cujuſmodi ſunt ea quæ continentur in *tit. Inſtit. de Publicis Iudiciis*, & in *l. 1. hoc tit.*

Eorum autem alia ſunt capitalia, alia non capitalia.

Capitalia deinde alia propriè capitalia, quorum ſcilicet pœna eſt ultimum ſupplicium, *l. Tranſigere, Cod. de Tranſact.*

Impropriè autem & latè Capi-

talia dicuntur non tantum ea, quorum pœna mors eſt, ſed etiam quorum pœna exilium, aquæ & ignis interdictio, quia per has pœnas caput eximitur de ciuitate.

Non capitalia ſunt, quorum pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcitio pœna eſt, *l. 2. hoc tit.*

In omnibus publicis criminibus id obſeruatur, vt per Procuratorem neque accuſatio, neque defenſio ſuſcipi poſſit, *l. Accuſatore* 13. §. 1. *hoc tit.*

Cæterum quoniam perſecutio publicorum criminum per Accuſationem & Inſcriptionem fit, ſolentque rei cuſtodiæ tradi, ideo antequam de ſingulis publicorum iudiciorum ſpeciebus tractet, agit de Accuſationibus & Inſcriptionibus, itemque de cuſtodia & exhibitione reorum.

LIBER XLVIII.

TITVLVS I.

De Publicis Iudiciis.

PVBLICA judicia ſunt ea tantum quæ ex legibus publicorũ iudiciorum veniunt, *l. 1. hoc tit.* hoc eſt, de quibus coërcendis, & perquirendis, ſpeciali aliqua lege cautum fuit, cuiuſmodi ſunt ea quæ continentur in *tit. Inſtit. de Publicis Iudiciis*, & in *l. 1. hoc tit.*

Eorum autem alia ſunt capitalia, alia non capitalia.

Capitalia deinde alia propriè capitalia, quorum ſcilicet pœna eſt vltimum ſupplicium, *l. Tranſigere, Cod. de Tranſact.*

Impropriè autem & latè Capi-

Digitized by Google

talia dicuntur non tantum ea, quorum pœna mors eſt, ſed etiam quorum pœna exilium, aquæ & ignis interdictio, quia per has pœnas caput eximitur de ciuitate.

Non capitalia ſunt, quorum pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcitio pœna eſt, *l. 2. hoc tit.*

In omnibus publicis criminibus id obſeruatur, vt per Procuratorem neque accuſatio, neque defenſio ſuſcipi poſſit, *l. Accuſatore* 13. §. 1. *hoc tit.*

Cæterum quoniam perſecutio publicorum criminum per Accuſationem & Inſcriptionem fit, ſolentque rei cuſtodiæ tradi, ideo antequam de ſingulis publicorum iudiciorum ſpeciebus tractet, agit de Accuſationibus & Inſcriptionibus, itemque de cuſtodia & exhibitione reorum.

LIBER XLVIII.

TITVLVS I.

De Publicis Iudiciis.

PVBLICA iudicia ſunt ea tantum quæ ex legibus publicorũ iudiciorum veniunt, *l. 1. hoc tit.* hoc eſt, de quibus coërcendis, & perquirendis, ſpeciali aliqua lege cautum fuit, cuiuſmodi ſunt ea quæ continentur in *tit. Inſtit. de Publicis Iudiciis*, & in *l. 1. hoc tit.*

Eorum autem alia ſunt capitalia, alia non capitalia.

Capitalia deinde alia propriè capitalia, quorum ſcilicet pœna eſt vltimum ſupplicium, *l. Transigere, Cod. de Transact.*

Impropriè autem & latè Capi-

Digitized by Google

talia dicuntur non tantum ea, quorum pœna mors eſt, ſed etiam quorum pœna exilium, aquæ & ignis interdictio, quia per has pœnas caput eximitur de ciuitate.

Non capitalia ſunt, quorum pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcitio pœna eſt, *l. 2. hoc tit.*

In omnibus publicis criminibus id obſeruatur, vt per Procuratorem neque accuſatio, neque defenſio ſuſcipi poſſit, *l. Accuſatore* 13. §. 1. *hoc tit.*

Cæterum quoniam perſecutio publicorum criminum per Accuſationem & Inſcriptionem fit, ſolentque rei cuſtodiæ tradi, ideo antequam de ſingulis publicorum iudiciorum ſpeciebus tractet, agit de Accuſationibus & Inſcriptionibus, itemque de cuſtodia & exhibitione reorum.

LIBER XLVIII.

TITVLVS I.

De Publicis Iudiciis.

PVBLICA judicia ſunt ea tantum quæ ex legibus publicorũ iudiciorum veniunt, *l. 1. hoc tit.* hoc eſt, de quibus coërcendis, & perquirendis, ſpeciali aliqua lege cautum fuit, cuiuſmodi ſunt ea quæ continentur in *tit. Inſtit. de Publicis Iudiciis*, & in *l. 1. hoc tit.*

Eorum autem alia ſunt capitalia, alia non capitalia.

Capitalia deinde alia propriè capitalia, quorum ſcilicet pœna eſt vltimum ſupplicium, *l. Transigere, Cod. de Tranſact.*

Impropriè autem & latè Capi-

Digitized by Google

talia dicuntur non tantum ea, quorum pœna mors eſt, ſed etiam quorum pœna exilium, aquæ & ignis interdictio, quia per has pœnas caput eximitur de ciuitate.

Non capitalia ſunt, quorum pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcitio pœna eſt, *l. 2. hoc tit.*

In omnibus publicis criminibus id obſeruatur, vt per Procuratorem neque accuſatio, neque defenſio ſuſcipi poſſit, *l. Accuſatore* 13. §. 1. *hoc tit.*

Cæterum quoniam perſecutio publicorum criminum per Accuſationem & Inſcriptionem fit, ſolentque rei cuſtodiæ tradi, ideo antequam de ſingulis publicorum iudiciorum ſpeciebus tractet, agit de Accuſationibus & Inſcriptionibus, itemque de cuſtodia & exhibitione reorum.

LIBER XLVIII.

TITVLVS I.

De Publicis Iudiciis.

PVBLICA judicia ſunt ea tantum quæ ex legibus publicorũ iudiciorum veniunt, *l. 1. hoc tit.* hoc eſt, de quibus coërcendis, & perquirendis, ſpeciali aliqua lege cautum fuit, cuiuſmodi ſunt ea quæ continentur in *tit. Inſtit. de Publicis Iudiciis*, & in *l. 1. hoc tit.*

Eorum autem alia ſunt capitalia, alia non capitalia.

Capitalia deinde alia propriè capitalia, quorum ſcilicet pœna eſt vltimum ſupplicium, *l. Tranſigere, Cod. de Tranſact.*

Impropriè autem & latè Capi-

Digitized by Goog

talia dicuntur non tantum ea, quorum pœna mors eſt, ſed etiam quorum pœna exilium, aquæ & ignis interdictio, quia per has pœnas caput eximitur de ciuitate.

Non capitalia ſunt, quorum pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcitio pœna eſt, *l. 2. hoc tit.*

In omnibus publicis criminibus id obſeruatur, vt per Procuratorem neque accuſatio, neque defenſio ſuſcipi poſſit, *l. Accuſatore* 13. §. 1. *hoc tit.*

Cæterum quoniam perſecutio publicorum criminum per Accuſationem & Inſcriptionem fit, ſolentque rei cuſtodiæ tradi, ideo antequam de ſingulis publicorum iudiciorum ſpeciebus tractet, agit de Accuſationibus & Inſcriptionibus, itemque de cuſtodia & exhibitione reorum.

TITVLVS II.

De Accuſationibus & Inſcriptionibus.

ACcuſatio eſt ſolemnis delatio, ſeu poſtulatio alicuius rei criminis publici, vel extraordinarij, quæ antequam peragi poſſet, admitteretur que accuſator ad probandum, cogebatur in crimen ſubſcribere, hoc eſt, oblato libello, quo continetur & reus & genus criminis ſcriptura interueniente, cauere ſe perſeueraturum in accuſatione criminis, vſque ad ſententiam: *l. Libellorum 3. & l. Si cui crimen hoc tit.* quod introductum fuerat, ne facilè quis proſiliret ad accuſationem, ſciens non inultam fore accuſationem, pœna talionis imminente, ſi calumnioſa pronuntiaretur.

Quod autem attinet ad ordinem

Digitized by Google

quo accuſatio illa perageretur, iudiciaque publica exercerentur, varius fuit pro varietate temporum, & tandem in deſuetudinem abiit, quia omnia iudicia tã publica quam priuata, cœperunt eſſe extraordinaria, *l. 8. ſupr. de pub. Iud.*

Cæterùm cùm publicorũ criminũ accuſatio, cuilibet ex populo competat, non mirum, ſi in hoc titulo præcipue tractetur de perſonis quæ accuſare, accuſariue poſſunt.

Poſſunt autem accuſare omnes ciues exceptis paucis, vt ſunt mulier, pupillus, miles, magiſtratus, infames, pauperes, qui duos reos iam poſtularunt, libertus patronum, qui tamen omnes, ſi ſuam iniuriam perſequantur, vel ſuorum, mortemque propinquorum, ab accuſatione non excluduntur; *l. 1. 2. 8. cum 3. ſeqq.*

Accuſari autem poſſunt omnes delinquentes, exceptis quibuſdam, veluti Magiſtratus populi Romani,

Digitized by Google

legatus Cæſaris, vel Præſes, tempore ſcilicet magiſtratus.

Item legati Prouinciales, & qui abſentes ſunt Reipublicæ cauſa, *l. hos accuſare*, 12. Item rei, qui abſolutionem à principe impetrauerunt, *d. l. hos*, §. 1.

Pluribus autem ſimul accuſare volentibus eundem reum, Magiſtratus cauſa cognita magis idoneũ eligit, *l. ſi plures* 16. *hoc tit.*

TITVLVS III.

De cuſtodia & exhibitione Reorum.

REi poſtulati pro criminum atrocitate, vel perſonarum dignitate, modo in carcerem detruduntur, modo militibus cuſtodiendi traduntur, modo fideiuſſoribus, aliquando etiam ſibimetipſis, hoc eſt, ſuæ cautioni committuntur, *l.* 1. *hoc tit.*

Milites autem, itemque fideiuſ-

Digitized by Google

ſores coguntur eos exhibere, vel iis non exhibitis, ſiquidem militum nimia negligentia euaſerunt rei, milites extra ordinem coërcentur, *l. milites cum ſeqq. hoc tit.* fideiuſſores autem pœna pecuniaria plectuntur tantum, niſi dolo fecerint quò minus exhibere poſſint, tunc enim extra ordinem damnantur, *l. Si quis 4. hoc tit.*

In eos autem qui ruptis vinculis è carcere euadunt, ſtatuta eſt pœna capitis, vt ſupra diximus, *l. 1. de Effractoribus, & l. 13. hoc tit.*

TITVLVS IV.

Ad legem Iuliam Maieſtatis.

SEquuntur iam variæ ſpecies publicorum criminum, de quibus coërcēdis leges ſpecialiter latæ ſunt.

Primum eſt crimen læſæ maieſtatis, quod lege Iulia coërcetur.

Maieſtatis autem nomen ſolius

Digitized by Google

diuini numinis proprium, quo ſcilicet nihil maius dici aut cogitari poteſt, ſed latinus ſermo à diis ad homines, præſertimque principes hoc nomen tranſtulit, vt & pleraque alia deorum tantum propria.

Læſæ igitur maieſtatis crimen incurrunt qui aduerſus Imperatorem, Rempublicam, exercitum, vel eius duces, aliquid moliuntur, quocumque modo, ſiue effectu, ſiue conatu tantum ipſo & voluntate & conſilio, vt videre eſt in *l.* 1. *cum* 5. *ſeqq. hoc tit.* & *l. quiſquis Cod. eodem.*

Vnde apparet differentiam eſſe inter maieſtatis & perduellionis reum.

Perduelles enim ſunt qui aduerſus Rempublicam vel principem hoſtili animo animati, ſummam Reipublicæ palam labefactare conantur, *l. vlt. hoc tit. l. quos non hoſtes* 234. *D. de verborum ſignificatione.*

Perduellionis crimen morte non extinguitur, *d. l. vltima.*

Cæterum in hoc crimine non ea

Digitized by Google

ſeruantur, quæ in aliis criminibus, nam & omnes, quos accuſare non poſſe ſuprà diximus, ad accuſationem in hoc crimine admittuntur, *l. 7. cum ſeq. hoc tit.*

Item non tantum in delinquentes & eorum conſcios, ſed & etiam in eorum liberos aliquando animaduertitur, *d. l. quiſquis, Cod. hoc tit.*

TITVLVS V.

Ad legem Juliam de Adulteriis coërcendis.

SEcundum eſt crimen Adulterij vel ſtupri, quod coërcetur lege Iulia ab Auguſto lata, quæ & lex pudicitiæ appellatur.

Adulterium autem eſt illicitus concubitus cũ vxore vel ſponſa aliena.

Nec refert iuſtane ſit vxor, vel iniuſta, hoc eſt, non ſolemniter ducta, *l. Inter 6. hoc tit.*

Notandum eſt, quod etiamſi Adul-

terij crimen publicum ſit, ac proinde omnibus accuſatio eius patere videatur, non tamen licet conſtante matrimonio mulierem accuſare, quam maritus retinet, & probat: idque ne bene concordantia matrimonia turbentur. Sed poteſt qui vult mulierem accuſare, maritum prius lenocinij accuſare, quo peracto procedet accuſatio adulterij, *l. Conſtante 26. l. Mariti 29. hoc tit. l. Crimen, Cod. eodem.*

Hodie autem maritum vxorē adulteram retinentem, lenocinij accuſare non licet, *Authentica ſed nouo iure, Cod. hoc tit.*

Soluto autem matrimonio per diuortium, omnibus quidem patet accuſatio adulterij, ſed maritus, itemque pater præferuntur intra ſexaginta dies, omnibus aliis, nec etiam ante accuſatio ab aliis moueri poteſt, intra quod tempus maritus iure mariti accuſans, nec cogitur ſe inſcribere, & ab accuſatione deſiſtere

poteſt pro arbitrio, nec de calumnia tenetur: *l. Si maritus* 4. *hoc tit.*

Poſt ſexaginta dies admittuntur extranei, dummodò tamen intra quatuor menſes, hoc eſt intra ſex menſes à diuortio facto.

Hoc tamen obſeruandum vt de adulterio poſt quinquennium ex quo admiſſum eſt, queri non poſſit. Vide *l. Mariti*, §. *Sex menſium cum ſeqq. hoc tit.*

Quod attinet ad pœnam adulterij, verius eſt ex lege Iulia, non fuiſſe relegatione duriorem, vt patet ex *lege, Si quis viduam, l.* 5. *infr. de quæſtion.* Sed tandem conſtitutionibus principū conſtituta eſt pœna capitis, *l. Transigere, Cod. de Transact. l. Quamuis, Cod. de Adulteriis,* quæ tandem immutata fuit à Iuſtiniano in *Nouellis Authent.* Sed hodie *Cod. hoc tit.* Videndus Cuiacius *lib.* 6. *obſeruat. cap.* 11. *&* *lib.* 19. *cap.* 39. *&* *lib.* 20. *cap.* 18. *&* 19.

Digitized by Google

TITVLVS VI.

Ad legem Iuliam de vi publica.

TErtium eſt vis publica, ſeu armata quæ variis modis committitur, vt ſatis fuſè explicatur in omnibus fere huius tituli legibus. Eius pœna eſt interdictio aqua & igni, ſeu hodie deportatio, *l.* 10. §. *damnato, hoc tit. l.* 3. *infrà ad l. Iuliam peculatus.*

TITVLVS VII.

Ad legem Iuliam. De *vi priuata.*

QVartum eſt vis priuata, quam committit qui conuocatis hominibus ſiue armis, fecerit vt quis verberaretur, vel pulſaretur, *l.* 2. *cum* §. *ſeqq.*

Eius pœna eſt relegatio & publicatio tertiæ partis bonorũ, *l.* 1. *h. t.*

Digitized by Google

Titvlvs VIII.

Ad legem Corneliam de ſicariis & veneficiis.

QVintum eſt homicidium, quod coërcetur *l. Cornelia de Sicariis & veneficiis.*

Committitur autem homicidium quatuor modis: voluntate, culpa, neceſſitate & caſu fortuito.

Voluntate committitur quotieſcumque dolo malo, propoſito, conſilio dato, vel teſtimonio, vel denique quocumque alio modo, ſponte quis & data opera alteri cauſam mortis præbuit, effecitue vt innocens condemnaretur, *l. 1. hoc tit.*

Idem ſi venenis, ſuſurris magicis, alicuius mortẽ quis machinatus ſit, cuius criminis pœna eſt vltimum ſupplicium, *l. 1. & 3. hoc tit.*

Culpa homicidium committitur, quotieſcumque quis citra propoſi-

Digitized by Google

tum occidendi, alium occidit ex imprudentia, quod quidẽ crimen non coërcetur eadem pœna, quâ ſuperius, non tamen impunitum remanet, §. *Iniuria*, *&* §. *Item ſi putator*, *Inſtit. ad l. Aquil.*

Ex neceſſitate homicidium committitur, quotieſcumque quis cum moderamine inculpatæ tutelæ, & defenſionis ſuæ alium occidit, cuius nulla pœna eſt, quicquid enim quis ob tutelam corporis ſui facit, iure facere videtur, *l. 2. & 3. Cod. hoc tit. l. Vt vim de Iuſtitia & Iure.*

Caſu fortuito committitur homicidium, quotieſcumque ſine vllo propoſito, ſiue imprudentia quis alium occidit, cuius nulla quoque pœna eſt: *d. §. ſi putator*, §. *Ac ne is. Inſtit. de leg. Aquilia*, *capitulo dilectus*, *cum ſeqq. extra*, *de homicidio.*

TITVLVS IX.

De lege Pompeia de Parricidis.

SExtum eſt crimen Parricidij, quo tenetur qui patrem, matrem, auum, auiam, fratrem, ſororem, & alias perſonas, quæ enumerantur in *l.* 1. *ad l. Pompeiam de Parricid.* occidit, cujus acerbiſſima pœna deſcribitur in *l. 9. hoc tit. &* §. *alia, Inſtit. de publicis Iudiciis.*

TITVLVS X.

De lege Cornelia de falſis & de Senatuſconſulto Liboniano.

SEptimum eſt crimen falſi, quo ſignificatur id omne quod animo corrumpendæ veritatis fit, aut dicitur dolo malo ad decipiendum alterum, quod crimen coërcetur lege Cornelia de falſis, quæ paſſim

in libris Iuris vocatur Teſtamentaria, quia de falſis Teſtamentis primùm lata fuerat; eaque ſtatuebatur pœna capitis aut deportationis, & publicationis omnium bonorum, ſed tandem obtinuit, vt eadem pœna teneretur non tantum qui teſtamentum, ſed & qui inſtrumentum quodlibet aliud dictaſſet, ſcripſiſſet, adulterinum ſignum ſculpſiſſet, vel quodlibet aliud genus falſi commiſiſſet.

Præterea ſenatuſconſulto Liboniano vel edicto Claudij cautum fuerat, vt ſi quis cùm teſtamentum alienum ſcriberet, ſibi legatum, hæreditatem, aut quidlibet aliud adſcripſiſſet, pœna falſi teneretur, quamuis ex voluntate teſtatoris id feciſſet, *l. 6 l. 15. hoc tit.* quo caſu tamen pleriſque pœna remittebatur, *l. 5. l. 14. hoc tit.*

Cæterum de falſo dupliciter agi poteſt, videlicet criminaliter & per accuſationem: & ciuiliter actione in

Digitized by Google

in factum in id quod intereſt, vel etiam per exceptionem aut replicationem, *l. qui nomine*, *l. qui hodie hoc tit. l. pen. Cod. de Tranſact.*

TITVLVS XI.

De lege Iulia Repetundarum.

LEx Iulia Repetundarum, quæ Caium Cæſarem authorem habet, vt conſtat ex Ciceronis Sextiana, auaritiam Magiſtratuum coërcebat, ademptione ordinis & famæ. Pecuniariam enim pœnam cum infamiæ nota imponebat iis omnibus qui cùm in Magiſtratu, poteſtateue, vel officio quolibet publico eſſent, illicitè quid exegiſſent vel accepiſſent, *l. 1. l. 6. §. 1. hoc tit.*

Ante legem Iuliam grauior videtur fuiſſe pœna, puta exilium, vt & notauit Lipſius ad lib. 14. Annalium Taciti, hodie autem pro modo, delicti extraordinaria pœna ſtatuitur,

vt & in cæteris criminibus, *l.* 7. §. *hodie*, *D. hoc tit. d. l. hodiè* 13. *de Pœnis*.

Eadem lege prohibitum fuerat omnibus magiſtratibus populi Romani quocumque venditionis, donationis, vel quolibet alio genere contractus, quidquam adquirere in Prouincia, cui præpoſiti erant, earumque rerum prohibuerat vſucapionem, *l. penultima*, *hoc titulo*.

Iuſtiniani conſtitutio ſeparat hac in re Vrbanos Magiſtratus à Prouincialibus, vt illi ex pragmatico principis emere, & proprias ædes ædificare poſſint, non etiam donationes accipere: Hi autem nequidem ex reſcripto principis per ſe, vel per interpoſitam perſonam emere, domum vel nauem ædificare, multo minus donationem accipere poſſint. Vide legem vnicam Cod. de contractibus Iudicum, & Nouellam Leonis 84.

Digitized by Google

TITVLVS XII.

De lege Iulia de Annona.

LEge Iulia de Annona ſtatuitur pœna aduerſus eos, qui ſocietate inita, vel machinatione quacumque, effecerunt, vt annona carior eſſet, *l.* 2.

In quo crimine id ſingulare eſt, quòd etiam ſeruus dominum accuſare poteſt, *l.* 1. *hoc tit.*

Item mulieres admittuntur, *l. vlt. hoc tit.* licet regulariter neque ſeruus in dominum audiatur, neque mulieres in accuſationibus recipiantur, vt ſupra dictum eſt.

TITVLVS XIII.

Ad legem Iuliam peculatus, & de Sacrilegiis & Reſiduis.

ERat & alia lex Iulia peculatus, de reſiduis & ſacrilegiis.

Peculatus autem nihil aliud eſt, quam furtum pecuniæ publicæ: ſacrilegium, furtum pecuniæ ſacræ.

Pecuniæ verbum latè hic ſumitur pro re quacumque, vt alias ſæpe, *l. Pecuniæ*, 178. *D. de Verborum ſignificat.*

De Reſiduis autem tenetur, qui publicam pecuniam in vſus publicos deſtinatam, in ſuum vſum conuertit, *l.* 2. & *l.* 4. §. *lege, hoc tit.*

Peculatus pœna eſt aquæ & ignis interdictio, ſeu deportatio, *l.* 3. *hoc tit.* Sacrilegij vltimum ſupplicium, *l.* 9. Reſidui, relegatio cum ademptione tertiæ partis bonorum, *l.* 4. §, *quia lege, hoc tit.*

Notandum autem hæc crimina, vt & crimen repetundarum, etiam aduerſus hæredes exerceri, quia in his quæſtio principalis ablatæ pecuniæ mouetur.

Digitized by Google

TITVLVS XIV.

De lege Iulia Ambitus.

LEge Iulia ambitus pœna ſtatuẽbatur aduerſus eos qui ſuffragia populi dignitatis conſequẽdæ cauſſa redimebant, quæ in vrbe tunc deſiit locum habere, cùm Magiſtratuum creatio, ad curam principis, non ad populi fauorem pertinere cœpit, habuitque tantum locum in municipiis, in quibus ambitus pœna fuit centum aureorum, *l. vnica hoc tit.*

TITVLVS XV.

De lege Fabia de Plagiariis.

DEnique lege Fabia ſeu Fauia de Plagiariis, ſtatuta fuerat pœna capitis aduerſus eos qui ſcientes liberos homines vendidiſſent, vel emiſſent: *l. 1. hoc tit.*

Eodem crimine tenebantur qui mancipia aliena dolo malo ſuppreſſiſſent, fugitiuoſue celaſſent, vel fugam perſuaſiſſent, *l. Non ſtatim, §. vlt. hoc tit.*

Fuit & olim certis caſibus pecuniaria pœna legis Fabiæ, ſed ea in vſu eſſe deſiit, cœpitque extra ordinem animaduerti in Plagiarios.

TITVLVS XVI.

Ad Senatuſconſultum Turpilianum & de Abolitionibus criminum.

EXplicatis variis ſpeciebus criminum, ſequuntur quædam generaliter pertinentia ad omnia crimina; vt de dolo, & temeritate accuſatorum, & de contumacia reorum coërcendis.

Temeritas autem accuſatorum & dolus, Senatuſconſulto Turpilliano coërcetur; tribuſque præcipuè modis detegitur, ac totidem pœnis ſubiicitur.

Aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur.

Calumniari eſt falſa crimina intendere: Præuaricari eſt vera crimina abſcondere, prodita ſcilicet cauſa, & colludendo cum aduerſario: Tergiuerſari, eſt in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere, *l.* 1. *in princip. &* §. 4. *hoc tit.*

Calumniatorum pœna eſt talio, cui ſe ſubiiciunt per inſcriptionem accuſatores. Olim lege Rhemnia infames fiebant, frontique inurebantur littera K: hodie eſt extraordinaria pœna pro qualitate delicti, *l.* 1. §. *Calumniatoribus*, *l.* 3. *hoc tit.*

De Præuaricatorum pœna diximus ſupra *tit. de Præuaricatione.*

Tergiuerſatorum autem, hoc eſt deſiſtentium ab accuſatione non impetrata abolitione pœna eſt quinque librarum auri, cum infamia, *l.* 3. §. *vlt. ſup. de Præuaricat. l. Spurij*, §. *qui iudicij*, *infra de Decurionibus.*

Abolitio autem triplex eſt.

Prima quæ priuata dicitur, quæ poſtulante accuſatore à magiſtratu pro tribunali cauſa cognita impetratur, *l.* 1. §. *abolitio*, *hoc tit.*

Secunda eſt publica & generalis, quæ ob rem aliquando proſperè geſtam, vel ob publicam gratulationem, omnibus reis conceditur.

Tertia eſt quæ à lege fit, puta accuſatore mortuo. Videnda *l.* 1. §. *Si quis autem*, *cum ſeq.* *l.* 8. 9. 10. 11. *hoc tit.*

TITVLVS XVII.

De Requirendis Reis vel abſentibus damnandis.

REorum quoque contumacia variis modis punitur: Aut enim poſtulati præſentes ſunt, vel abſentes.

Si abſentes, rurſum diſtinguendum eſt. Vel enim abeſſe cœperunt

Digitized by Google

poſt inchoatam accuſationem ſeu delationem, vel ante.

Si poſt ceptam, condemnari poſſunt, ſiue crimen capitale ſit, ſiue non, *l. 33. §. publicè, D. de Procuratoribus.*

Si verò ante inchoatam accuſationem, & crimen capitale ſit, condemnari non poſſunt, ſed annotantur tantùm inter reos. Ita vt ſi intra annum non adfuerint, nec denuntiationibus aut edictis Magiſtratuũ, obtemperauerint, bona eorum fiſco addicuntur: ſi crimen ſit non capitale, poſſunt etiam damnari, dummodo pœna non excedat relegationem: quotieſcumque enim quid grauius irogandum eſt, nunquam abſentes damnantur: Satius enim eſt impunitum relinqui facinus nocentis, quam inauditum aut innocentem damnari. Vide *legem Prætor 15. huius tituli, l. 5. infr. de pœnis.*

TITVLVS XVIII.

De Quæſtionibus.

SI præſentes ſunt rei, neque tamen legitimis probationibus, vel confeſſione veritas erui poſſit, quæſtioni, id eſt tormentis ſubiiciuntur, non tamē temerè, ſed cauſſa cognita, multis coniecturis & argumentis, reum ſuſpectum facientibus; neque enim vnquam à tormentis incipiendum eſt, neque quidem vno exiſtente teſte, *l.* 1. *&* *l.* 20. *hoc tit.*

Cæterum non tantum rei, ſed & teſtes torqueri ſolēt, veritatis eruendæ cauſa, eo obſeruādo videlicet, vt ij qui inuiti teſtimonium dicere non coguntur, de quibus dictum eſt, *ſuprà tit. de Teſtibus*, nec torqueri quoque poſſint, *l.* 1. §. *nec fratrem, cum ſeqq. hoc tit.*

Digitized by Google

TITVLVS XIX.

De Pœnis.

COmperta tormentis legitimis, probationibus, vel alio quocumque modo, veritate criminis, rei pœnis ſubiiciuntur, ideoque hic ſequitur titulus de Pœnis, in quo varia pœnarum genera explicantur, quæ ad octo reuocari poſſunt:

Aut enim vita adimitur, aut ſeruitus imponitur, aut ciuitas aufertur, aut relegatio imponitur, aut coërcitio corporis, aut damnum pecuniæ infligitur cum infamia, aut dignitas denique aufertur, aut aliquis actus prohibetur, de quibus omnibus vide *l. 6. §. vlt. hoc tit. cum legib. ſequent. hoc tit.*

Ex iis autem locis patebit cuilibet legenti, vnumquodque genus pœnæ in varias rurſus ſpecies deduci, ſeu modos quibus pœna infligitur, nam

ademptio vitæ, puta, variis modis irrogatur, quorum alij aliis grauiores & ignominioſiores ſunt, vt exẽplis illuſtrat Vlpianus, in *d. l. aut damnum*, 8. §. 7. *cum ſeq.* D. *hoc tit.* Sic & ademptio libertatis vario genere ſeruitutis impoſitæ contingens magnam varietatem recipit, vt idem Vlpianus docet in *d. l.* 8. §. 4. *cum ſeqq. hoc tit.*

Quamquam autem ſingulis criminibus, leges quæ de eorum coërcitione latæ ſunt, certas & determinatas pœnas impoſuerint, vt ex ſuperioribus titulis ſatis conſtat, notandum tamen eſt hodie omnes pœnas arbitrarias eſſe, hoc eſt, pendere ex arbitrio judicantis, *l. Perſpiciendum*, *l. hodie*, *hoc tit.* Omnia ſiquidem judicia extraordinaria eſſe cœperunt.

Nec obſtat *l. Ordo ſup. de publicis judic.* & *lex* 1. §. *quorum ſup. ad S. C. Turpillianum*, vbi dicitur manere pœnam Legum, etiamſi

extra ordinem agatur; & pœnam non eſſe in arbitrio iudicantis; ſed legis authoritati reſeruari, ita vt neceſſe non eſſet eam in ſententia exprimere.

Reſpondendum enim eſt, legitimam pœnam, nulla quidem lege fuiſſe abrogatam, & aliquandiu manſiſſe, etiam poſtquam ordo exercendorum publicorum iudiciorum in vſu eſſe deſiiſſet; ſed poſtea tandem pœna etiam cœpit eſſe in arbitrio iudicantium. Videndus Cuiacius *lib. 8. Obſeruat. cap. 33.*

TITVLVS XX.

De Bonis Damnatorum.

INter genera pœnarum annumerauimus ſuprà ademptionem bonorum, quam vulgo confiſcationem vocant. De ea autem extat hic ſpecialis titulus, in quo doce-

tur damnatorum bona publicari aliquando expreſsè, aliquando etiam tacitè: quotieſcumque enim vel vita adimitur, vel ciuitas, aut ſeruilis conditio irrogatur, bona censētur quoque publicata, etiamſi de iis nihil in ſententia dictum fuerit, *l.* 1. *hoc tit.*

In aliis autem pœnis, puta relegatione, coërcitione qualibet corporis, vel ademptione dignitatis, non aliter bona publicantur, quam ſi ſpecialiter id ſententia contineatur, *l. liberis*, §. *Bona hoc tit.* Quæ expreſſa bonorum publicatio, non paſſim omnibus judicibus indiſtinctè permiſſa eſt, ſed tantum maioribus, puta præfectis prætorio, vicariis & præfecto vrbi, cæteris enim non ſine iuſſu principis, *l. vnica Cod. Ne ſine iuſſu principis certis iudicibus liceat confiſcare.*

Cæterum notandum eſt, jure veteri liberis damnatorum partem dimidiam bonorum, vel etiam ali-

quando omnia bona, pluribus ſci-
licet exiſtentibus liberis, conceſſa
fuiſſe, humanitatis ratione ſuaden-
te, *l.* 1. §. 1. *l.* 7. *hoc tit. l.* 10. *Cod.
eodem.* Hodie autem, non tantum
liberis, ſed etiam legitimis quibuſ-
cumque ſucceſſoribus integra ſer-
uatur damnati hæreditas, ex No-
uella 17. *Iuſtiniani de Mandatis
principum, cap.* 12. & *Nouella Iu-
ſtiniani* 134. *cap. vlt. §. vt autem*:
Vbi Iuſtinianus non videtur omni-
no prohibuiſſe publicationem bo-
norum & ea indiſtinctè ſeruaſſe
hæredibus, ſiue generi, vt in *d.
Nouella* 17. Sed tantum aſcenden-
tibus & deſcendentibus vſque ad
tertium gradum, quibus deficien-
tibus fiſcus vocatur.

Excipitur crimen Maieſtatis, in
quo ſemper eſt locus publicationi.
Miror tamen quod in *Authentica
ſi bona, Cod. de bonis proſcriptorum,*
quæ deſcripta eſt ex *d. Nouella* 134.
cap. vlt. publicationem inhiberi

ratione aſcendentium in infinitum, & quod redigitur ad tertium gradum, referri illud ad collaterales, nam in dicta Nouella nulla ſit mentio collateralis, vt nec in Epitome Iuliani.

Denique notandum publicatis bonis alicuius, non cenſeri publicata poſt damnationem acquiſita, ſed ad hæredes tranſmitti, niſi fortè damnatus deportatus fuerit: tunc enim etiam poſt acquiſita ad fiſcum pertinere, *l. 7. §. vlt.*

TITVLVS XXI.

De Bonis eorum qui ante ſententiam.

REi poſtulati duobus modis ſupplicio & condemnationi ſe aliquando eximebant, videlicet voluntaria morte & corruptione accuſatoris: vtrique occurritur in hoc titulo.

Et primo quidem ſi poſt cœptam

accuſationem ante ſententiam reus mortem ſibi conſciuiſſet, diſtinguebatur, an metu pœnæ, & vitandæ condemnationis cauſa id effeciſſet: quo caſu bona eius ad fiſcum pertinebant: ſi verò tædio vitæ, vel impatientiâ doloris, vel iuſta aliqua ſecundum opinionem Stoicorum, mortis ſibi inferendæ cauſa; quo caſu bona ad hæredes tranſmittebat, quæ intelligenda ſunt de reis capitalium criminum, nam aliorum criminum rei, mortem ſibi inferentes, bona ad hæredes transferunt. Vide *l. 3. hoc tit.*

Secundò, quæ eſt alia pars huius tituli, de his qui accuſatorem corruperunt; diſtinguendum eſt inter crimina capitalia & non capitalia. In Capitalibus licet accuſatorem corrumpere, *l. 1. hoc tit.* In non capitalibus, qui corrumpit accuſatorem, pro confeſſo habetur, *l. 2. hoc tit.*

TITVLVS XXII.

De Interdictis, Relegatis, & Deportatis.

INter genera pœnarum annumerauimus quoque ſuprà Interdictionem, Relegationem, & Deportationem: de quibus ſpecialis hic titulus.

Interdictionis nomen generale eſt, & continet non tantum locorum aliquorum, vel omnium præter vnum prohibitionem, ſeu interdictionem, ſed & etiam honorum, dignitatis, vel actus cuiuſlibet prohibitionem.

Relegatio eſt interdictio omnium locorum, præter eum in quem relegatur, puta in inſulam, vel etiam certorum, quæ ſalua ciuitate contingit, ſeu eſt exilium ſalua ciuitate contingens.

Deportatio eſt exilium cum amiſſione ciuitatis.

Digitized by Google

Inter Relegatos & Deportatos nulla eſt differentia quantum ad vinculum & exitum loci, in quem deiecti ſunt, vt egredi non liceat: ſed in cæteris multæ ſunt differentiæ.

Præcipua, ex qua aliæ manant, eſt quod Relegati ciuitatem retinent, deportati autem ciuitatem amittunt, & retinent tantum ea quæ ſunt iuris gentium, ideoque vendunt, locant, conducunt, permutant, & cæteros contractus qui ſunt iuris gentium, perinde ineunt ac ciues, ſed teſtamenti factionem, & cætera quæ iuris ciuilis ſunt, non habent.

Videnda *l. 7. cum ſequentibus*, & præcipuè 14. *&* 15. *hoc tit.*

TITVLVS XXIII.

De Sententiam paſsis & reſtitutis.

SEntentiam paſſi, hoc eſt damnati, puta in metallum, itemque in exilium miſſi, vt ſunt Relegati, deportati, omnes denique interdicti, de quibus ſuperiori titulo actum eſt, aliquando principis indulgentia reſtituuntur: & de huius reſtitutionis effectu in hoc titulo tractatur.

Eſt autem Reſtitutio duplex: Generalis & Specialis.

Generalis eſt quæ non vni tantum, ſed pluribus, aliquando omnibus damnatis, vel exulibus conceditur: quæ Reſtitutio facit tantum gratiam pœnæ, & reditum concedit in patriam ſolum, cum iure ciuitatis, non etiam bona reſtituit, aut dignitatem.

Specialis eſt quæ alicui ſpeciali-

ter conceditur à principe, eique omnia omnino reſtituit, etiam & bona & dignitatem. *l. 1. 6. 7. 9. Cod. hoc tit.*

TITVLVS XXIV.

De Cadaueribus Punitorum.

POena delinquentium extra mortem etiam extenditur: cadaueribus enim eorum denegatur ſepultura, niſi cognati ipſorum vel quilibet alij ſpecialiter impetrauerint, vt ſepelire liceat, *l. 1. & vltima.*

LIBER XLIX.

TITVLVS I.

De Appellationibus & Relationibus.

EXPOSITIONI iudiciorũ criminalium ſubiũgitur tractatus de Appellationibus & Relationibus, omnibus iudiciis, tam ciuilibus, quam criminalibus, communis.

Eſt autem Appellatio, à ſententia inferioris iudicis ad ſuperiorem facta prouocatio.

Seu eſt querela propoſita coram ſuperiori iudice, aduerſus iniquitatem ſententiæ inferioris.

Breuius definitur in *l. Præfecti, D. de Minoribus*, iniquitatis ſententiæ querela.

Digitized by Google

Relatio eſt expoſitio eorum quæ coram iudice acta ſunt: itemque opinionis iudicis de aliquo negotio, quæ à magiſtratu ad principem mittitur, vel ante ſententiam, quoties ſcilicet ambigit iudex quid ſtatuere debeat: quæ ſpecies Relationis proprie Conſultatio vocatur *l.* 1. *Cod. de Relat. & l.* 1. §. 1. 2. *&* 3. *hoc tit.* & hodie à Iuſtiniano ſublata, *Novella* 125. Vel etiam poſt ſententiam, ſi appellante condemnato, Iudex appellationem non recipiat, *l. 6. de Appellat. recipiendis.* Differunt itaque Appellatio & Relatio.

Appellatio nonniſi poſt ſententiam, Relatio etiam ante: Appellant condemnati, referunt iudices ſeu Magiſtratus. Vide *tit. Cod. de Relation.*

Quod attinet ad appellationem, cuius frequentem & neceſſarium vſum Vlpianus commendat, in *l.* 1. *huius tit.* Illius interponendæ mo-

dus duplex fuit: Verbis nempe & Scripto, *l.* 5. §. *vlt.*

Verbis ſolebat interponi appellatio, cùm ſcilicet qui cauſa ceciderat, eo ipſo die, inter acta viua voce appellabat, quo caſu ſufficiebat, ſi coram iudice dixiſſet, *Appello. l.* 2. *hic. l.* 5. §. *vlt.*

Scripto appellabatur per libellum, libello ſcilicet dato, tam iudici, à quo appellabatur, quàm ei aduerſus quem, in quo continebatur nomen eius qui appellabat, & eius aduerſus quem & à qua ſententia, *l.* 1. §. *vlt. hic.*

Inferebatur etiam aliquando libello cauſſa appellationis, quam augere, vel etiam immutare poſtea licebat, *l.* 3. §. *vlt. hic.* Idque pro arbitrio appellantis: neque enim libelli huius concipiendi formula certa vel ſolemnis, formalibus verbis circumſcripta, quæ cum rigore obſeruaretur, vt in veteribus inſtituendarum actionum formulis, in quibus

quibus qui deerrabat ſyllaba, cadebat cauſa.

Non obeſt error appellanti, nec impedit quominus eo emendato, cauſa appellationis peragatur: *l.* 1. §. 3. *in principio* & §. 1. 2. *hoc tit.*

Regulariter à ſententia inter alios dicta, non appellatur, *l.* 5. *in principio.* In qua additur exceptio, niſi ex iuſta cauſa, hoc eſt, niſi interſit.

Sæpe autem contingere poteſt vt ſententia nocere & præiudicium facere poſſit alteri, quam contra quem lata eſt: & eo caſu permittitur appellare ei cuius intereſt.

Exempla varia proponuntur in *l.* 4. §. 2. *cum ſeqq.* & *l.* 5. *hoc tit.*

Ab executione nunquam appellatur, *l.* 4. *in principio.*

TITVLVS II.

A quibus appellare non licet.

INterponēdæ appellationis modo in primo titulo huius libri expoſito, duodecim proximè ſequentibus Rubricis, totidem interrogationes ſiue quæſtiones proponuntur, in quarum explicatione vniuerſa fere appellationum materia continetur.

Prima reſpicit iudices, an ſcilicet ab omnibus appellare liceat, & notatis iis à quibus appellare non licet, vt Rubrica pollicetur, facile erit colligere à cæteris omnibus appellari poſſe.

Cum igitur appellatio ſit ab inferiori iudice ad ſuperiorem facta prouocatio, ſequitur neceſſario ab eo qui ſuperiorem non habet, appellari non poſſe: Vnde meritò Vlpianus in *l.* 1. *huius tituli*, ait ſtul-

tum eſſe adnotare à principe appellari non poſſe, cum ſuperiorem non habeat.

Sed & præter Principem ſunt iudices quidam, à quibus, licet principem ſuperiorem habeant, appellare non licet: vt Senatus; quod ne putes ex veteri quod quondam habuit, imperio retinuiſſe, notat Vlpianus id ex oratione D. Hadriani effectum eſſe: *l.* 1. §. 2. *hic.*

Secundo à Præfecto Prætorio appellare non licet: Ratio eſt, quia vice ſacra principis iudicat, *l.* 1. *Cod. de ſententiis Præfectorum Prætorio.*

Poteſt tamen ſupplicari intra biennium apud illius ſucceſſorem.

Tertio à Iudice dato à Principe ea lege vt ab eo appellari non poſſit, non licet appellare.

Dixi, *A principe*, nullus enim præter principem ita iudicem dare poteſt, *l.* 1. §. *vlt. hoc tit.*

Denique ſi litigantes ante ſen-

tentiam inuicem conuenirent ſe non prouocaturos, appellare non licet, *l.* 1. §. 3. *hoc tit.*

TITVLVS III.

Quis à quo appelletur.

SEcunda ſic concepta, quis à quo appelletur, non eſt ita accipienda, quaſi ſub *hoc tit.* tractetur de ordine appellationum, quo ſecundum Iuriſdictionum gradus, ab infimo magiſtratu, ad ſupremum peruenitur: neque enim hic tractatur de Magiſtratibus, ſed tantum de Iudice dato, & de eo qui mandatam habet Iuriſdictionem; inter quos hæc eſt differentia, quòd à Iudice dato appellatur is qui dedit, *l.* 1. *in Princip.* & *l. vlt. hoc tit.*

Ab eo autem qui mandatam habet Iuriſdictionem non appellatur is qui mandauit, ſed eius ſuperior, *l.* 1. §. 1. *hic.*

Excipitur legatus Proconſulis à quo Proconſul appellatur, *l. 2. hic.*

Qua de re tractatum fuit ſupra *lib. 2.* in titulo *de Iuriſdictione* & in titulo *de officio eius, cui mandata Iuriſdictio.*

TITVLVS IV.

Quando appellandum ſit.

TEmpora interponendæ appellationi præfinita, de quibus agitur in hoc titulo, alia fuere iure veteri; alia ius nouum præfinit.

Iure veteri, incertum qua lege, biduum in cauſa propria, triduum in cauſa aliena fuit præfinitum, ex die ſententiæ latæ, *l. 1. § Biduum 5. cum ſeq. hoc tit.* Vel ex die opinionis, vel conſultationis ad Principem miſſæ à Præſide, in cauſis, in quibus Præſes ſine iuſſu Principis pronunciare non poteſt, vt in exemplis ab Vlpiano relatis in *l. 1.*

in Princip. & §. 1. & 2. *hic.*

Item ex die nominationis ad tutelam, vel aliud munus, *l.* 1. §. *Si quis tutor cum ſeq. hoc tit.*

Iure nouo decem dies præfiniti tam in cauſa propria quam in aliena, *Nouella* 23. *cap.* 1. ex die recitationis ſententiæ.

TITVLVS V.

De Appellationibus recipiendis.

QVamquam vulgo dici ſoleat appellationem extinguere iudicatum, aut ſaltem ſuſpendere, hoc quidem verum eſt, quando appellatio recepta eſt, ſed aliquando euenit; vt Iudex à quo appellatur, appellationem non recipiat; puta quod fruſtratoriè interpoſita ſit, vel etiam ab eo qui ius appellandi non habet, *l.* 1. *in Princip. l.* 4. *hoc tit.* Vel etiam aliis ex cauſis, quibus caſibus ſi appellans iure appellaſſe

contendat, adire ſolet eum qui appellatur, ſiue princeps ſit, ſiue alius, eique ſupplicatione propoſita, conqueritur de iniuria non receptæ appellationis, & ſi res dilationem recipere poſſit, debet is à quo appellatur opinionem ſuam confeſtim manifeſtare, & mittere ad ſuperiorem, omnibus in eodem ſtatu manentibus. *l. 5. & 6. hoc tit.* Si vero res dilationem non recipiat, ſtatim ſententia executioni mandatur, nonobſtante appellatione, vt in exemplis allatis in lege vltima huius tituli.

TITVLVS VI.

De Libellis dimiſſoriis, qui Apoſtoli dicuntur.

RECEPTA appellatione, iudex à quo appellatur, dare ſolet litteras appellanti ad eum qui de appellatione cogniturus eſt, quarum

in Princip. & §. 1. & 2. *hic.*

Item ex die nominationis ad tutelam, vel aliud munus, *l.* 1. §. *Si quis tutor cum ſeq. hoc tit.*

Iure nouo decem dies præfiniti tam in cauſa propria quam in aliena, *Nouella* 23. *cap.* 1. ex die recitationis ſententiæ.

TITVLVS V.

De Appellationibus recipiendis.

QVamquam vulgo dici ſoleat appellationem extinguere iudicatum, aut ſaltem ſuſpendere, hoc quidem verum eſt, quando appellatio recepta eſt, ſed aliquando euenit; vt Iudex à quo appellatur, appellationem non recipiat; puta quod fruſtratoriè interpoſita ſit, vel etiam ab eo qui ius appellandi non habet, *l.* 1. *in Princip. l.* 4. *hoc tit.* Vel etiam aliis ex cauſis, quibus caſibus ſi appellans iure appellaſſe

contendat, adire ſolet eum qui appellatur, ſiue princeps ſit, ſiue alius, eique ſupplicatione propoſita, conqueritur de iniuria non receptæ appellationis, & ſi res dilationem recipere poſſit, debet is à quo appellatur opinionem ſuam confeſtim manifeſtare, & mittere ad ſuperiorem, omnibus in eodem ſtatu manentibus. *l. 5. & 6. hoc tit.* Si vero res dilationem non recipiat, ſtatim ſententia executioni mandatur, nonobſtante appellatione, vt in exemplis allatis in lege vltima huius tituli.

TITVLVS VI.

De Libellis dimiſſoriis, qui Apoſtoli dicuntur.

RECepta appellatione, iudex à quo appellatur, dare ſolet litteras appellanti ad eum qui de appellatione cogniturus eſt, quarum

formula exponitur in *l.* 1. § 1. *hoc tit.* quæ litteræ debebant peti & concedi intra quintum diem, interpoſita cautione de appellatione perſequenda, quæ ſecundò non interponitur, *l. Eos* 6. §. *vlt. Cod. de appellationibus*, de qua Paulus, *lib.* 5. *Sentent. tit.* 33. *&* 34.

TITVLVS VII.

Nihil innouari appellatione interpoſita.

SEnſus huius Rubricæ per ſe planus eſt: aut enim appellatio interpoſita recepta eſt, quo caſu expectandum, donec de appellatione fuerit pronuntiatum, *l.* 1. §. 5. Si vero non ſit recepta, expectandum, donec deliberatum ſit, vtrum recipienda ſit, vel non, *l.* 1. *in fine principij hoc tit.* Idque tam in criminali, quàm in ciuili cauſa.

TITVLVS VIII.

Quæ Sententiæ ſine appellatione reſcinduntur.

NOtantur in hoc titulo ſex caſus in quibus ſententiæ ſine appellatione reſcinduntur.

Primus eſt, ſi pronuntiatum fuerit, iudicatum non eſſe, *l.* 1. *in princ.*

Secundus eſt, ſi error calculi in ſententia eſſe dicatur, *l.* 1. § 1.

Tertius eſt ſi contra ſacras conſtitutiones fuerit iudicatum, quod intelligendum eſt, cùm de iure ipſo conſtitutionis, non autem de iure litigatoris pronuntiatur. Vide *l.* 1. §. 2. & 3. *hoc tit.*

Quartus eſt, cùm iudex de mutuis petitionibus cognoſcens, de vnius tantum cauſa pronuntiat, antequam de alia quoque pronuntiauerit, prior ſententia executioni

mandari non poteſt, *l.* 1. §. *vlt.*

Quintus, ſententia aduerſus eum lata, qui in rebus humanis eſſe deſierat, *l.* 2. *&* *l.* 6.

Denique omne præceptum iudicij impoſſibile, vel cui natura rerum pareri non permittit, ſine vllo appellationis remedio irritum eſt, *l.* 3. *hoc tit.*

TITVLVS IX.

An per alium cauſæ appellationum reddi poſsint.

REgulariter in cauſis, in quibus licet per procuratorem ab initio agere & ſe deffendere, in iiſdem & per alium cauſam appellationis reddi poſſe conſtat. Et ideo quia in omnibus cauſis ciuilibus & pecuniariis, per alium agere licet, licet quoque & cauſam appellationis proponere: ſed in criminalibus in quibus non de pœna pecuniaria,

ſed de grauiori pœna, vſque ad relegationem agitur, non licet per alium cauſam appellationis reddere vel ſe defendere, ſed debent litigantes adeſſe auditorio, & per ſe agere & ſe defendere, *l.* 1. *hoc tit.*

TITVLVS X.

Si Tutor vel Curator Magiſtratus creatus appellauerit.

DIximus ſupra, non tantum à ſententia litium dirimendarum cauſa inter priuatos interuenientium appellari poſſe, ſed etiam à nominationibus ad munera publica, puta ad tutelam, curã, duumuiratum & alia. In quibus notatur in hoc titulo; quòd ſi damnum aliquod ex ceſſatione, minoribus, aut etiam Reipublicæ contigerit, propter moram appellationis, ad periculum nominatorum pertinere, ſi iniuſta appellatio fuerit pronun-

tiata : *l.* 1. *&* 2. *hoc tit.*
Ideo etiam ſi ante cauſam appellationis terminatam mortui fuerint & ita ſatis à muneribus iniunctis per mortem liberatis, ſupereſt tamen litis definitio propter damnum ceſſationis, *l.* 2. *hoc tit.*

TITVLVS XI.

Eum qui appellauerit, in Prouincia defendi.

QVi Reipublicæ cauſa à municipiis delegati, quia moratur, interim non coguntur in Prouincia ſua & patria ſe defendere, at qui ex cauſa appellationis, eius perſequendæ cauſa, Romæ nullo tali Priuilegio gaudent, ſed coguntur ſe defendere in Prouincia. *l.* 1. *&* 2. *hoc tit.*

TITVLVS XII.

Apud eum à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum.

APud veteres dubitatum fuiſſe videtur, an qui ab aliquo iudice ſemel prouocauerat, cogeretur in alia cauſa ſe defendere apud eundem iudicem, quaſi offenſum propter querelam iniquitatis prioris ſententiæ, apud ſuperiorem propoſitam, ſed obtinuit, eoque iure vtimur, vt Vlpianus ait, vt cogatur ſe deffendere ſine metu eiuſmodi offenſionis, quia eodem appellationis remedio ſubuenietur, *l. vnica hoc tit.*

TITVLVS XIII.

Si pendente appellatione mora interuenerit.

LIs omnis vel eſt ciuilis, vel criminalis.

Ciuilis non extinguitur morte litigantium, quia tranſit ad illorum hæredes, vel alios quoſcumque ſucceſſores.

Criminalis autem, quia crimina morte delinquentium extinguuntur, vt plurimum, morte extinguuntur, ſiue hæredem habeat, ſiue non.

Et ſane ſi reus criminis, nullum hæredem habeat, certiſſimum eſt litem omnimodo extinctam, quia nullius intereſt: ſed ſi hæredem habeat, qui poſt ſententiam appellatione interpoſita deceſſit, quia ſunt quædã cauſæ, in quibus etiam ademptio bonorum durat, & ali-

cuius intereſt, ſiue priuati, ſiue fiſci, neceſſe habet hæres cauſam appellationis perſequi, vt probata defuncti innocentia, bonorum ademptionem euitet, *l. vnica, hoc tit.*

TITVLVS XIV.

De Iure fiſci.

CONfiſcationis, ſeu publicationis bonorum toties in ſuperioribus facta mentio, ſpecialem de iure fiſci, ſeu populi, tractatum exigere viſa eſt.

Eſt autem ius fiſci nihil aliud quam ius publicum principis, quod in multis conſiſtit, puta in bonis damnatorum, in tributis & vectigalibus exigendis & pleriſque aliis ſimilibus.

Id omne vno verbo appellatione iuris fiſcalis continetur, quod à populo in principem collatum eſt; quod ius ſeparatum eſt à bonis

priuatis principis, ſeu à proprio patrimonio, itemque & aliquandiu ſeparatum ab ærario publico quod populus ſibi reſeruauerat; ſed tandem ærarium publicum à fiſco non differre, obtinuit.

Si plura de fiſci appellatione eiuſque differentia veteri ab ærario, deſideres, vide, ſi lubet, Cuiacium in præfatione ad titulum *de iure fiſci, & ad l. 2. Cod. de petitionibus bonorum ſublatis.*

In hoc porro titulo enumerantur variæ cauſæ, ex quibus bona ad fiſcum deferuntur; quarum quatuordecim in *l.* 1. comprehenduntur, & cum aliis multis fuſius in ſequentibus legibus explicantur.

Notandum autem eſt, quòd licet ipſo iure ex enumeratis cauſis bona ad fiſcum pertineant, non tamen prius acquiſita fiſco censētur, quam poſt nuntiationem & agnitionem præfectorum ærarij in vrbe & procuratorum Cæſaris in Prouinciis:

vnde & ante huiuſmodi denuntiationem res illæ vſucapi poſſunt, §. *Res fiſci, Inſtit. de Vſucap.*

Ius autem denuntiandi non eſt perpetuum, ſed variis temporibus coarctatum pro varietate cauſarum: nam denuntiatio bonorum vacantium finitur quadriennio, *l. 1. §. diuus, hoc tit.* ex cauſa commiſſi quinquennio, *l. 2. de vectigalibus & commiſsis*: ex cæteris omnibus cauſis, vicennio.

Cæterum hic non tantum tractatur de iure fiſci, ſeu de cauſis, ex quibus bona ad fiſcum pertinent, ſed etiam de priuilegiis fiſci, quorum præcipuum eſt, vt præferatur omnibus creditoribus, non habentibus antiquiorem hypotheſim.

Item vt debitorem ſui debitoris conuenire poſſit: quo iure, ſeu quibus priuilegiis fiſcus non vtitur, cùm in ius priuati ſuccedit, *l. 6. hoc tit.*

TITVLVS XV.

De Captiuis & de poſtliminio & redemptis ab hoſtibus.

A Iure fiſci, in quo publica ratio pecuniaria principis conſiſtit, tranſit ad alia publica principis, ſeu populi & imperij iura, vt ſunt ea quæ ius belli & armatæ militiæ diſciplinam reſpicunt: inter quæ Tractatus de Captiuis, de poſtliminio & de redemptis ab hoſtibus, primum locum occupat.

Quod ad captiuos attinet, certiſſimum eſt belli, hoc eſt, communi omnium gentium iure, eorum eam conditionem fuiſſe, vt in ſeruitutem redacti, dominio victoris capientis ſubiicerentur, §. 2. *Inſtit. de iure naturali, gentium & ciuili.*

Siue igitur hoſtes populi Romani à Romanis, ſiue ciues Romani ab hoſtibus caperentur, par vtrobique

captiuorum erat conditio.

De captiuis hoſtibus apud Romanos exiſtentibus, nihil tractatur hoc titulo, nec etiam alibi in iure quod meminerim; cùm enim à cæterorum ſeruorum ſtatu & conditione nihil differrent, quæ de ſeruis in iure generaliter definita ſunt, de iis quoque dicta eſſe intelliguntur: nec eſt quidquam quod ſeparatam de iis tractationem deſideret. Et quod à Marciano notatur in *l. Dinus* 31. *D. de iure fiſci*, captiuorum bona omnimodo ad fiſcum eſſe cogenda, vel accipiendum de agris, vt gloſſa, vel potius intelligendum de captiuis in præda à quæſtoribus nondum diſtracta, conſtitutis, vel etiam de obſidibus ipſis, de quibus Iuriſconſultus agit in *d. l.* 31. in ſeruitutem redactis, propter non ſeruatam ab hoſtibus fidem.

De captiuis autem ciuibus Romanis, qui in poteſtatem hoſtium deuenerunt, & vt Iuriſconſulti lo-

quuntur, hoſtium potiti ſunt, tractatur in hoc titulo, in eoque iura ciuilia de iis captiuis ſpecialiter introducta explicantur: quæ vt intelligantur, notandum eſt, quòd quamuis Ciues Romani ab hoſtibus capti, reuera ſerui hoſtium eſſent, ius tamen ciuile nunquam eos vt ſeruos, ſed duplici fictione introducta, ſemper vt liberos conſiderari voluit.

Aut enim capti ab hoſtibus in eo ſtatu moriebantur apud hoſtes, quo caſu lex Cornelia fingebat eos mortuos inſtanti captiuitatis, & ita liberos & in ciuitate mortuos: aut reuertebantur in ciuitatem, quo caſu iure poſtliminij fingebantur ſemper in ciuitate fuiſſe, iiſque omnia iura perinde integra conſeruabantur, ac ſi nunquam in poteſtatem hoſtium veniſſent, neque ſerui fuiſſent. Videndus §. *ſi ab hoſtibus, Inſtit. Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.*

Itaque fictio legis Corneliæ locum habet in mortuis apud hoſtes, fictio

poſtliminij, in reuerſis, ſed quandiu capti ab hoſtibus viuebant apud hoſtes, omnia eorum iura erant in pendenti, propter incertum reditus vel mortis, iiſque ſolebat poſtulantibus cognatis curator conſtitui, qui de eorum conſeruatione ſeruo publico caueret, *l. 3. Cod. de Poſtliminio reuerſis.*

De effectu legis Corneliæ, Vide *l. 1. & l. Bona 22. hoc tit.*

Hæ porro fictiones, non tantum ratione dominij rerum, ſed ratione ſtatus perſonarum, effectum ſortiuntur: ita vt ſiue patres familiarũ, ſiue filij familias, ſiue ſerui, ſtatum beneficio fictionis habeant & conſeruent, quem haberent rei veritate inſpecta, hoc eſt, ſi caſus fict⁹ re vera extitiſſet, *d. §. Si ab Hoſtibus, Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur, l. 9. cum ſeq. l. In bello §. 1. & §. In manumittendo & l. vlt. hoc tit.* Maxime in iis quæ ſunt iuris, nam in iis quæ ſunt facti, fictiones

tur, non autem de aliis rebus quæ in vſum belli non ſunt paratæ: *d. l. 2. & 3. D. de Captiuis & poſtliminio reuerſis.*

Quod attinet ad vltimam partem Rubricæ, quæ de Redemptis, notandum eſt Redemptos multum differre à reuerſis Poſtliminio: Redemptio enim facultatem redeundi præbet, non ius poſtliminij mutati, *l. 20. §. vlt. hoc tit.* quamquam enim Redempti in ciuitatem redierint, quamdiu tamen pretium Redemptori non ſoluerint, iure naturalis pignoris à redemptore retineri poſſunt, quaſi ſerui, aut ſaltem in quaſi poſſeſſione ſeruitutis conſtituti, quæ ſeruitus & retentio, ſoluto pretio euaneſcit, & poſtliminij iure ciuitatem pleno iure conſequuntur; de cuius pignoris & retentionis effectu, vide *l. 15. 20. §. vlt. & l. 21. D. hoc tit. & l. 2. 6. 7. 8. 11. & 13. Cod. eodem.*

TIT.

ſunt, quaſi ſerui, aut ſaltem in quaſi poſſeſſione ſeruitutis conſtituti, quæ ſeruitus & retentio, ſoluto pretio euaneſcit, & poſtliminij iure ciuitatem conſequuntur; de cuius pignoris & retentionis effectu, vide *l.* 15. 20. §. *vlt.* & *l.* 21. *D. hoc tit.* & *l.* 2. 6. 7. 8. 11. & 13. *Cod. eodem.*

TITVLVS XVI.

De re Militari.

IN titulo de re militari pleraque ad militarem diſciplinam pertinentia tractantur: quinam in numerum militum, legi debeant, videlicet liberi, tantum, *l.* 11. integri corpore & fama, *l.* 4.

Item in hoc titulo multa tractantur de delictis militum, quæ ſeuerius in iis puniuntur, quam in paganis, ſuntque alia propria, ſeu militaria, ſicut perſequutio & pœna; alia propria, alia communia.

Frequens pœna fuit miſſio igno-

locum habere non poſſunt, *d. l. In bello*, §. *facti d. hoc tit.*

Ex ſuperioribus plana erit definitio poſtliminij à Iuriſconſulto tradita in *l. Poſtliminium* 19. *D. hoc tit.* Poſtliminium eſt ius amiſſæ rei recipiendæ, ab extraneo & in ſtatum priſtinum reſtituendæ inter nos ac liberos populos, regeſque, moribus & legibus conſtitutum.

Afferuntur ab interpretibus aliæ definitiones, veluti, Poſtliminium eſt fictio iuris, qua capti ab hoſtibus reuerſi, finguntur ſemper in ciuitate fuiſſe; & hæc Cuiacij: Priſtini ſtatus, in quo quis fuit ante captiuitatem, recuperatio, ſed definitioni Iuriſconſulti inhærendum, vt plæniori: definitiones enim interpretum videntur tantum admittere Poſtliminium in perſonis captiuis, non autem in rebus quæ in poteſtatem hoſtium deuenerunt, cùm tamen conſtet & in rebus dominio noſtro ſubiectis locum habere. Differen-

tia tamen aliqua adhibenda inter agros, ſiue prædia, ſeu res immobiles, & res mobiles: nam in agris ſeu immobilibus ius poſtliminij perpetuum eſt: agros enim iure poſtliminij recipimus, *l.* 20. §. 1. In rebus autem mobilibus diſtinguunt Iuriſconſulti inter eas quæ in belli vſum comparantur, in quibus poſtliminium eſt, exceptis armis, quæ non ſine flagitio & turpiter amittuntur, ideoque in his poſtliminium ceſſat, *l.* 2. *&* 4. *D. de Captiuis & poſtliminio reuerſis*. In cæteris autem nullum eſt ius poſtliminij, ſed fiunt eorum qui eas redimunt, nec ad priſtinum dominum redeunt, *d. l.* 2. *&* 3.

Nec obſtat lex *Id quod apud Hoſtes*, *D. de leg.* 1. *& l. Item Pater* §. *vlt. cum l. ſeq. D. familiæ Erciſcundæ*: Hæ enim leges debent intelligi de rebus in vſum belli paratis, vt ſunt naues longæ & onerariæ, equi qui frœnis regun-

locum habere non poſſunt, *d. l. In bello*, §. *facti d. hoc tit.*

Ex ſuperioribus plana erit definitio poſtliminij à Iuriſconſulto tradita in *l. Poſtliminium* 19. *D. hoc tit.* Poſtliminium eſt ius amiſſæ rei recipiendæ, ab extraneo & in ſtatum priſtinum reſtituendæ inter nos ac liberos populos, regeſque, moribus & legibus conſtitutum.

Afferuntur ab interpretibus aliæ definitiones, veluti, Poſtliminium eſt fictio iuris, qua capti ab hoſtibus reuerſi, finguntur ſemper in ciuitate fuiſſe; & hæc Cuiacij: Priſtini ſtatus, in quo quis fuit ante captiuitatem, recuperatio, ſed definitioni Iuriſconſulti inhærendum, vt plæniori: definitiones enim interpretum videntur tantum admittere Poſtliminium in perſonis captiuis, non autem in rebus quæ in poteſtatem hoſtium deuenerunt, cùm tamen conſtet & in rebus dominio noſtro ſubiectis locum habere. Differen-

tia tamen aliqua adhibenda inter agros, ſiue prædia, ſeu res immobiles, & res mobiles: nam in agris ſeu immobilibus ius postliminij perpetuum eſt: agros enim iure poſtliminij recipimus, *l.* 20. §. 1. In rebus autem mobilibus diſtinguunt Iuriſconſulti inter eas quæ in belli vſum comparantur, in quibus poſtliminium eſt, exceptis armis, quæ non ſine flagitio & turpiter amittuntur, ideoque in his poſtliminium ceſſat, *l.* 2. *&* 4. *D. de Captiuis & poſtliminio reuerſi.* In cæteris autem nullum eſt ius poſtliminij, ſed fiunt eorum qui eas redimunt, nec ad priſtinum dominum redeunt, *d. l.* 2. *&* 3.

Nec obſtat lex *Id quod apud Hoſtes*, *D. de leg.* 1. *& l. Item Pater* §. *vlt. cum l. ſeq. D. familiæ Erciſcundæ*: Hæ enim leges debent intelligi de rebus in vſum belli paratis, vt ſunt naues longæ & onerariæ, equi qui frœnis regun-

locum habere non poſſunt, *d. l. In bello*, §. *facti d. hoc tit.*

Ex ſuperioribus plana erit definitio poſtliminij à Iuriſconſulto tradita in *l. Poſtliminium* 19. D. *hoc tit.* Poſtliminium eſt ius amiſſæ rei recipiendæ, ab extraneo & in ſtatum priſtinum reſtituendæ inter nos ac liberos populos, regeſque, moribus & legibus conſtitutum.

Afferuntur ab interpretibus aliæ definitiones, veluti, Poſtliminium eſt fictio iuris, qua capti ab hoſtibus reuerſi, finguntur ſemper in ciuitate fuiſſe; & hæc Cuiacij: Priſtini ſtatus, in quo quis fuit ante captiuitatem, recuperatio, ſed definitioni Iuriſconſulti inhærendum, vt plæniori: definitiones enim interpretum videntur tantum admittere Poſtliminium in perſonis captiuis, non autem in rebus quæ in poteſtatem hoſtium deuenerunt, cùm tamen conſtet & in rebus dominio noſtro ſubiectis locum habere. Differen-

tia tamen aliqua adhibenda inter agros, ſiue prædia, ſeu res immobiles, & res mobiles: nam in agris ſeu immobilibus ius poſtliminij perpetuum eſt: agros enim iure poſtliminij recipimus, *l.* 20. §. 1. In rebus autem mobilibus diſtinguunt Iuriſconſulti inter eas quæ in belli vſum comparantur, in quibus poſtliminium eſt, exceptis armis, quæ non ſine flagitio & turpiter amittuntur, ideoque in his poſtliminium ceſſat, *l.* 2. *&* 4. *D. de Captiuis & poſtliminio reuerſis.* In cæteris autem nullum eſt ius poſtliminij, ſed fiunt eorum qui eas redimunt, nec ad priſtinum dominum redeunt, *d. l.* 2. *&* 3.

Nec obſtat lex *Id quod apud Hoſtes, D. de leg.* 1. *& l. Item Pater* §. *vlt. cum l. ſeq. D. familiæ Erciſcundæ*: Hæ enim leges debent intelligi de rebus in vſum belli paratis, vt ſunt naues longæ & onerariæ, equi qui frœnis regun-

locum habere non poſſunt, *d. l. In bello*, §. *facti d. hoc tit.*

Ex ſuperioribus plana erit definitio poſtliminij à Iuriſconſulto tradita in *l. Poſtliminium* 19. *D. hoc tit.* Poſtliminium eſt ius amiſſæ rei recipiendæ, ab extraneo & in ſtatum priſtinum reſtituendæ inter nos ac liberos populos, regeſque, moribus & legibus conſtitutum.

Afferuntur ab interpretibus aliæ definitiones, veluti, Poſtliminium eſt fictio iuris, qua capti ab hoſtibus reuerſi, finguntur ſemper in ciuitate fuiſſe; & hæc Cuiacij: Priſtini ſtatus, in quo quis fuit ante captiuitatem, recuperatio, ſed definitioni Iuriſconſulti inhærendum, vt plæniori: definitiones enim interpretum videntur tantum admittere Poſtliminium in perſonis captiuis, non autem in rebus quæ in poteſtatem hoſtium deuenerunt, cùm tamen conſtet & in rebus dominio noſtro ſubiectis locum habere. Differen-

tia tamen aliqua adhibenda inter agros, ſiue prædia, ſeu res immobiles, & res mobiles: nam in agris ſeu immobilibus ius poſtliminij perpetuum eſt: agros enim iure poſtliminij recipimus, *l.* 20. §. 1. In rebus autem mobilibus diſtinguunt Iuriſconſulti inter eas quæ in belli vſum comparantur, in quibus poſtliminium eſt, exceptis armis, quæ non ſine flagitio & turpiter amittuntur, ideoque in his poſtliminium ceſſat, *l.* 2. *&* 4. *D. de Captiuis & poſtliminio reuerſis.* In cæteris autem nullum eſt ius poſtliminij, ſed fiunt eorum qui eas redimunt, nec ad priſtinum dominum redeunt, *d. l.* 2. *&* 3.

Nec obſtat lex *Id quod apud Hoſtes, D. de leg.* 1. *& l. Item Pater* §. *vlt. cum l. ſeq. D. familiæ Erciſcundæ*: Hæ enim leges debent intelligi de rebus in vſum belli paratis, vt ſunt naues longæ & onerariæ, equi qui frœnis regun-

tur, non autem de aliis rebus quæ in vſum belli non ſunt paratæ: *d. l. 2. & 3. D. de Captiuis & poſtliminio reuerſis.*

Quod attinet ad vltimam partem Rubricæ, quæ de Redemptis, notandum eſt Redemptos multum differre à reuerſis Poſtliminio: Redemptio enim facultatem redeundi præbet, non ius poſtliminij mutati, *l.* 20. §. *vlt. hoc tit.* quamquam enim Redempti in ciuitatem redierint, quamdiu tamen pretium Redemptori non ſoluerint, iure naturalis pignoris à redemptore retineri poſſunt, quaſi ſerui, aut ſaltem in quaſi poſſeſſione ſeruitutis conſtituti, quæ ſeruitus & retentio, ſoluto pretio euaneſcit, & poſtliminij iure ciuitatem pleno iure conſequuntur; de cuius pignoris & retentionis effectu, vide *l.* 15. 20. §. *vlt. & l.* 21. *D. hoc tit. & l.* 2. 6. 7. 8. 11. *&* 13. *Cod. eodem.*

TIT.

ſunt, quaſi ſerui, aut ſaltem in quaſi poſſeſſione ſeruitutis conſtituti, quæ ſeruitus & retentio, ſoluto pretio euaneſcit, & poſtliminij iure ciuitatem conſequuntur; de cuius pignoris & retentionis effectu, vide *l.* 15. 20. §. *vlt.* & *l.* 21. D. *hoc tit.* & *l.* 2. 6. 7. 8. 11. & 13. *Cod. eodem.*

TITVLVS XVI.

De re Militari.

IN titulo de re militari pleraque ad militarem diſciplinam pertinentia tractantur: quinam in numerum militum, legi debeant, videlicet liberi, tantum, *l.* 11. integri corpore & fama, *l.* 4.

Item in hoc titulo multa tractantur de delictis militum, quæ ſeuerius in iis puniuntur, quam in paganis, ſuntque alia propria, ſeu militaria, ſicut perſequutio & pœna; alia propria, alia communia.

Frequens pœna fuit miſſio igno-

minioſa, cùm ſcilicet propter delictum ſacramento ſoluebantur.

Eſt autem alia miſſio honneſta, quæ tempore militiæ impleto datur, alia cauſaria, cum quis vitio animi vel corporis, minus idoneus militiæ renuntiatur, *l. Milites* 13. §. *Miſsionnm hoc tit.*

TITVLVS XVII.

De Caſtrenſi Peculio.

INter priuilegia militum hoc non vltimum fuit, quod quicquid filij familias occaſione militiæ acquiſiuiſſent, ſiue à patre profectum, ſiue aliunde, id pleno iure ſibi proprium haberent, haberenturque pro patribus familias, adeovt teſtamentum de eo condere poſſent, vt ſupra dictum eſt, *Titulo de Teſtamento militis.*

Cæterùm licet pater in caſtrenſi peculio nihil iuris haberet, non ta-

Digitized by Google

men omnino pro extraneo habetur, nam & fundo peculiari ſeruitutem ſtipulari poteſt, quaſi dominus, *l.* 18. *Ex caſtrenſi peculio*, §. *Seruos hoc tit.*

Item inteſtato filio mortuo peculium remanet apud patrem iure communi, id eſt iure peculij, *l. Pater* 17. *hoc tit.*

TITVLVS XVII

De Veteranis.

VEterani ſunt qui poſt impleta legitima ſtipendia, ſeu impleto tempore militiæ legibus definito, honeſta miſſione militia dimiſſi erant, quibus multa priuilegia conceſſa ſunt, ab omnibus enim perſonalibus muneribus, non autem patrimonialibus immunes ſunt, *l.* 2. *&* 4. idemque honor iis exhibetur, qui decurionibus. *l.* 3. *hoc tit.*

LIBER L.

TITVLVS I.

Ad Municipalem & de Incolis.

EXPLICATIONI iuris publici populi Romani, ſeu principis, rectè ſubnectitur explicatio eorum quæ ad ciuitates ſeu municipia pertinent.

De prima autem huius Rubricæ conceptione & ſignificatione, inter omnes non conuenit, nam vulgarem lectionem, quæ ſic ſe habet, AD MVNICIPALEM ſic plerique interpretantur, vt hic proponatur tractatus & explicatio legis Municipalis, quo ſenſu plerique ſunt tituli eodem modo concepti, vt ad l. Rhodiam, ad l. falcidiam &c.

Digitized by Google

Cuiacius autem lib. 9. Obſeruat. cap. 37. in principio, hanc interpretationem reprehendit, hac ratione quod ſcilicet legis Municipalis in hoc titulo nulla fiat mentio, & ita vult concipi hunc titulum, *Ad Municipales & de Incolis*, vt ſit ſenſus idem qui eſſet, ſi eſſet conceptus *de Municipibus & de Incolis.*

Verius fortè eſſet primam partem huius Rubricæ pertinere ad ſequentes 14 Titulos, eàque promitti tractatum generalem, ſeu explicationem ad legem municipalem, cuius frequens extat in his titulis mentio, vt in *l.* 1. *de Albo Scribendo* & in *l.* 3. *&* 6. *de Decretis ab ordine faciendis.* In his enim omnibus titulis tractatur de iure Municipum, quod ſcilicet obſeruatur in Municipiis.

Cæterùm in hoc primo titulo tractatur, non de iure municipũ, quod ſcilicet obſeruatur in municipiis, vt in aliis omnibus titulis, ſed de Municipibus & de Incolis, præſertim

quinam ſint Municipes & quomodo fiant.

Municipes propriè ſunt liberi homines in ciuitate Romana recepti, munerum cum ciuibus participes, ſed abuſiuè dicuntur municipes cuiuſcumque ciuitatis ciues, & hoc ſenſu accipiuntur in his titulis, *l.* 1. §. 1. *hoc tit.*

Municipes autem fiunt aut natiuitate, aut manumiſſione, aut adoptione, *l.* 1. *in princ. l.* 7.

Incolæ ſunt voluntarij ciues, qui ſcilicet domicilium in aliqua ciuitate ſponte elegerunt.

Incolatui renuntiari poteſt, origini non item. Videndus titulus Codicis de Incolis.

TITVLVS II.

De Decurionibus & filiis eorum.

IN vnaquaque ciuitate, ſeu municipio, ex numero Muncipium

quidam conſcribebantur publici conſilij cauſa, qui decuriones vocabantur, vel etiam decuriales; Curia enim in libris iuris nihil aliud eſt, quam ordo Decurionum, ſeu Senatus municipij, vel ciuitatis cuiuſlibet; & Decuriones, veluti Senatores municipales.

His præerant Duumuiri, inſtar Conſulum, qui vulgo in iure ſignificantur Magiſtratuum municipalium appellatione, quorum non magna erat authoritas, quamquam enim juriſdictionem haberent, non habebant tamen ea quæ ſunt magis imperij, quam iuriſdictionis, *l.* 26. *ſupra Ad Municipalem. Videndus Iuſtinianus in Nouella de Decurionibus* 38. Has curias ſuſtulit Leo Philoſophus.

TITVLVS III.

De Albo Scribendo.

NOmina Decurionum omnia in albo erant deſcripta; album autem aliud nihil eſt quam matricula; vſus albi illius hic erat, vt in Sententiis ſerendis idem ordo obſeruaretur qui in albo eſſet.

TITVLVS IV.

De Muneribus & Honoribus.

NOn aliam ob cauſam in titulo primo tam diligenter quæſitum eſt quinam eſſent municipes, & quomodo fierent, quàm vt ſcirent quinam ad honores & munera publica admitterentur, & quinam inuiti poſſent cogi ſuſcipere; ideoque his explicatis tractat de muneribus & honoribus.

Digitized by Google

Honor eſt adminiſtratio Reipublicæ cum dignitate.

Munus, vt hic propriè ſumitur, (eſt enim triplex eius acceptio, *l.* 18. *infr. de Verborum ſignificationibus*,) eſt adminiſtratio Reipublicæ ſine vllo dignitatis gradu, ſeu onus quodlibet publicum.

Porro munerum alia perſonalia, alia patrimonialia, alia mixta; *l.* 1. *&* *l.* 15. *hoc tit.*

Perſonale munus eſt quod conſiſtit in labore corporis cum ſollicitudine ac vigilantia animi, cuius varia exempla proponuntur in *d. l.* 18. §. *Perſonalia cum ſeqq. hoc tit. l.* 1. §. *Illud hoc tit.*

Patrimoniale munus eſt quod in ſumptibus patrimonij, & damnis adminiſtrantiũ conſiſtit, *l.* 1. §. *Illud, hoc tit.* Varia exempla extant in *d. l.* 18. §. *Patrimoniorum cum ſeqq.*

Mixta ſunt quæ tam in labore corporis & ſollicitudine animi, quam in ſumptu conſiſtunt, quorum

Digitized by Google

TITVLVS III.

De Albo Scribendo.

NOmina Decurionum omnia in albo erant deſcripta; album autē aliud nihil eſt quam matricula; vſus albi illius hic erat, vt in Sententiis dicendis idem ordo obſeruaretur qui in albo eſſet.

TITVLVS IV.

De Muneribus & Honoribus.

NOn aliam ob cauſam in titulo primo tam diligenter quæſitum eſt quinam eſſent municipes, & quomodo fierent, quàm vt ſciretur quinam ad honores & munera publica admitterentur, & quinam inuiti poſſent cogi ſuſcipere; ideoque his explicatis tractat de muneribus & honoribus.

Digitized by Google

Honor eſt adminiſtratio Reipublicæ cum dignitate.

Munus, vt hic propriè ſumitur, (eſt enim triplex eius acceptio, *l.* 18. *infr. de Verborum ſignificationibus*,) eſt adminiſtratio Reipublicæ ſine vllo dignitatis gradu, ſeu onus quodlibet publicum.

Porro munerum alia perſonalia, alia patrimonialia, alia mixta; *l.* 1. *& l.* 15. *hoc tit.*

Perſonale munus eſt quod conſiſtit in labore corporis cum ſollicitudine ac vigilantia animi, cuius varia exempla proponuntur in *d. l.* 18. §. *Perſonalia cum ſeqq. hoc tit. l.* 1. §. *Illud hoc tit.*

Patrimoniale munus eſt quod in ſumptibus patrimonij, & damnis adminiſtrantiũ conſiſtit, *l.* 1. §. *Illud, hoc tit.* Varia exempla extant in *d. l.* 18. §. *Patrimoniorum cum ſeqq.*

Mixta ſunt quæ tam in labore corporis & ſollicitudine animi, quam in ſumptu conſiſtunt, quorum

Mm v

TITVLVS III.

De Albo Scribendo.

NOmina Decurionum omnia in albo erant deſcripta; album autẽ aliud nihil eſt quam matricula; vſus albi illius hic erat, vt in Sententiis dicendis idem ordo obſeruaretur qui in albo eſſet.

TITVLVS IV.

De Muneribus & Honoribus.

NOn aliam ob cauſam in titulo primo tam diligenter quæſitum eſt quinam eſſent municipes, & quomodo fierent, quàm vt ſciretur quinam ad honores & munera publica admitterentur, & quinam inuiti poſſent cogi ſuſcipere; ideoque his explicatis tractat de muneribus & honoribus.

Digitized by Google

Honor eſt adminiſtratio Reipublicæ cum dignitate.

Munus, vt hic propriè ſumitur, (eſt enim triplex eius acceptio, *l.* 18. *infr. de Verborum ſignificationibus*,) eſt adminiſtratio Reipublicæ ſine vllo dignitatis gradu, ſeu onus quodlibet publicum.

Porro munerum alia perſonalia, alia patrimonialia, alia mixta; *l.* 1. *& l.* 15. *hoc tit.*

Perſonale munus eſt quod conſiſtit in labore corporis cum ſollicitudine ac vigilantia animi, cuius varia exempla proponuntur in *d. l.* 18. §. *Perſonalia cum ſeqq. hoc tit. l.* 1. §. *Illud hoc tit.*

Patrimoniale munus eſt quod in ſumptibus patrimonij, & damnis adminiſtrantiũ conſiſtit, *l.* 1. §. *Illud, hoc tit.* Varia exempla extant in *d. l.* 18. §. *Patrimoniorum cum ſeqq.*

Mixta ſunt quæ tam in labore corporis & ſollicitudine animi, quam in ſumptu conſiſtunt, quorum

Digitized by Google

TITVLVS III.

De Albo Scribendo.

NOmina Decurionum omnia in albo erant deſcripta; album autē aliud nihil eſt quam matricula; vſus albi illius hic erat, vt in Sententiis dicendis idem ordo obſeruaretur qui in albo eſſet.

TITVLVS IV.

De Muneribus & Honoribus.

NOn aliam ob cauſam in titulo primo tam diligenter quæſitum eſt quinam eſſent municipes, & quomodo fierent, quàm vt ſciretur quinam ad honores & munera publica admitterentur, & quinam inuiti poſſent cogi ſuſcipere; ideoque his explicatis tractat de muneribus & honoribus.

Digitized by Google

Honor eſt adminiſtratio Reipublicæ cum dignitate.

Munus, vt hic propriè ſumitur, (eſt enim triplex eius acceptio, *l.* 18. *infr. de Verborum ſignificationibus*,) eſt adminiſtratio Reipublicæ ſine vllo dignitatis gradu, ſeu onus quodlibet publicum.

Porro munerum alia perſonalia, alia patrimonialia, alia mixta; *l.* 1. *&* *l.* 15. *hoc tit.*

Perſonale munus eſt quod conſiſtit in labore corporis cum ſollicitudine ac vigilantia animi, cuius varia exempla proponuntur in *d. l.* 18. §. *Perſonalia cum ſeqq. hoc tit. l.* 1. §. *Illud hoc tit.*

Patrimoniale munus eſt quod in ſumptibus patrimonij, & damnis adminiſtrantiũ conſiſtit, *l.* 1. §. *Illud, hoc tit.* Varia exempla extant in *d. l.* 18. §. *Patrimoniorum cum ſeqq.*

Mixta ſunt quæ tam in labore corporis & ſollicitudine animi, quam in ſumptu conſiſtunt, quorum

TITVLVS III.

De Albo Scribendo.

NOmina Decurionum omnia in albo erant deſcripta; album autẽ aliud nihil eſt quam matricula; vſus albi illius hic erat, vt in Sententiis dicendis idem ordo obſeruaretur qui in albo eſſet.

TITVLVS IV.

De Muneribus & Honoribus.

NOn aliam ob cauſam in titulo primo tam diligenter quæſitum eſt quinam eſſent municipes, & quomodo fierent, quàm vt ſciretur quinam ad honores & munera publica admitterentur, & quinam inuiti poſſent cogi ſuſcipere; ideoque his explicatis tractat de muneribus & honoribus.

Digitized by Google

Honor eſt adminiſtratio Reipublicæ cum dignitate.

Munus, vt hic propriè ſumitur, (eſt enim triplex eius acceptio, *l.* 18. *infr. de Verborum ſignificationibus*,) eſt adminiſtratio Reipublicæ ſine vllo dignitatis gradu, ſeu onus quodlibet publicum.

Porro munerum alia perſonalia, alia patrimonialia, alia mixta; *l.* 1. *&* *l.* 15. *hoc tit.*

Perſonale munus eſt quod conſiſtit in labore corporis cum ſollicitudine ac vigilantia animi, cuius varia exempla proponuntur in *d. l.* 18. §. *Perſonalia cum ſeqq. hoc tit. l.* 1. §. *Illud hoc tit.*

Patrimoniale munus eſt quod in ſumptibus patrimonij, & damnis adminiſtrantiũ conſiſtit, *l.* 1. §. *Illud, hoc tit.* Varia exempla extant in *d. l.* 18. §. *Patrimoniorum cum ſeqq.*

Mixta ſunt quæ tam in labore corporis & ſollicitudine animi, quam in ſumptu conſiſtunt, quorum

Digitized by Google

exempla extant in *d. l.* 18. §. *Mixta cum ſeqq. hoc tit.*

TITVLVS V.

De Vacatione & excuſatione munerum.

MVnera publica tam perſonalia quam patrimonialia inuitis imponuntur, niſi aliqua iuſta excuſationis cauſa ab iis liberentur, vel vacationem eorum impetrauerint.

Variæ autem enumerantur cauſæ in hoc titulo, propter quas, à muneribus, præſertim perſonalibus plerique excuſantur. Nam ab oneribus patrimonialibus nulla priuilegia excuſant, *l. Ab his*, 10. *hoc tit.*

Cæterum differt vacatio ab excuſatione, quod vacatio ſit tempus quod conceditur liberum ab oneribus, præſertim reuerſis ex abſentia Reipub. cauſa, *l.* 4. Quæ vacatio

ſæpiſſime etiam impetrabatur à Principe.

TITVLVS VI.

De Iure Immunitatis.

IVs immunitatis, cuius variæ cauſæ ſupra explicatæ ſunt, aliquando conceditur rebus, aliquando perſonis.

Si rebus concedatur, ad quoſcumque poſſeſſores tranſit, *l. forma* 4. §. *Si cum, infra de cenſibus.*

Si perſonis, vel nominatim vni, & in vnius tantum fauorem, quo caſu cum perſona extinguitur, *l.* 1. §. 1. *hoc tit. & d.* §. *Si cum, l.* 4. Vel generaliter conceditur toti generi & poſteris & tunc tranſit ad omnes qui ſunt ex eadem familia, hoc eſt, ad natos ex maſculis, ad eos enim qui ex fœminis nati ſunt, non tranſit, *l.* 1. §. *vlt. & l.* 4. *hoc tit.*

TITVLVS VII.

De Legationibus.

FRequens & neceſſarius Municipibus legationis ad principem vſus, ſpecialem titulum de legationis munere exegit, tum etiam quia multa ſingularia ſunt in legationis munere: Eo ſiquidem munere fungi coguntur decuriones ſuo quiſque ordine, hoc eſt, eo ordine, quo in curiam lecti ſunt, *l. 4. §. Ordine, hoc tit.* Et legationem deſerentibus pœna extraordinaria infligitur, *l. 11 hoc tit.* Idque quamuis vrgentibus propriis negotiis, quibus legatione pendente, operam dare non poteſt legatus, niſi permiſſu principis, *l. 15. hoc tit.* Quemadmodum etiam legatus tempore legationis conueniri non poteſt, & etiam habet ius reuocandi domum, *l. 2. §. Exceptis, D. de Iudiciis.*

Digitized by Google

TITVLVS VIII.

De adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium.

NOn ſolum Magiſtratus principales res & pecunias ad ciuitates pertinentes adminiſtrabant, ſed & iis adminiſtrandis ſolebant conſtitui Curatores decreto ordinis, qui omnes tenentur non tantum de dolo & culpa, ſed & diligentiam præſtant, *l. 6. hoc tit.* Nec tantum de eo quod ipſi adminiſtrarunt, ſed & de adminiſtratione collegæ, diſcuſſis tamen prius eis qui male adminiſtrarunt, & eorum fideiuſſoribus & nominatoribus, maximè ſi diuiſa ſit adminiſtratio: Seruatur enim idem ordo hac in re, quem in Tutoribus ſeruari diximus ſupra in titulo *de Tutelæ & Rationib. diſtrahendis.* Vide *l. 3. & 4. hoc tit. & tot. tit. 35. lib. 11. Cod. Quo*

quiſque ordine conueniri debeat; & ſecundum diſtinctionem ibi allatam intelligendum eſt quod vulgo dicitur, periculum adminiſtrationis indiuiduum eſſe.

TITVLVS IX.

De Decretis ab Ordine faciendis.

PRæcipua cura Decurionum, ſeu Ordinis, conſiſtit in decernẽdis iis quæ ad publicam vtilitatem reſpiciunt; non valent autem decreta, niſi duæ ſaltem partes Ordinis adhibitæ ſint, eique ſemper ſtandum eſt quod maiori parti placuerit, dummodo legitimo numero interueniente; alias inutile decretum; *l.* 2. *hoc tit.*

TITVLVS X.

De Operibus publicis.

OPerum publicorũ conſtruendorum & reparandorum cura Curatori operum incumbebat, quamquam & nouum opus priuato etiam ſine authoritate principis facere liceat, dummodo ſumptibus propriis, nam publico ſumptu ſine principis authoritate fieri nihil poteſt, *l. 3. hoc tit.*

Cæterum publicis operibus inſcribi ſolebat nomen principis, & eius, cuius liberalitate factum fuerat, non vllius alterius magiſtratus, *l. 3. §. vlt. l. 4. hoc tit.*

Digitized by Google

TITVLVS XI.

De Nundinis.

NVndinæ ſunt celebriores conuentus mercatorum, quorum habendorum ius impetrari ſolet à ſolo principe: idque non vtendo decennio, amittitur, *l. 1.*

TITVLVS XII.

De Pollicitationibus.

INter iura Municipiorum & ciuitatum, hoc quoque annumerari poteſt, quod ex pollicitatione nuda iis obligatio acquiritur, quæ differt à pacto, quod pactum eſt duorum conſenſus, pollicitatio verò ſolius offerentis promiſſum, *l. Pactum 3. hoc tit.*

Quod autem diximus ex pollicitatione ſola dari actionem, id acci-

Digitized by Google

piendum eſt, ſi ob honorem delatum, vel ob aliam aliquam cauſam facta fuerit: ſi enim ſine cauſa, non aliter obligatur qui promiſit, quam ſi iam opus cœperit facere, *l. 1. §. 2. d. l. 3. hoc tit.*

Notandum eſt eum qui opus promiſit, teneri in ſolidum: Heredes autem eius non tenentur in ſolidum, niſi bona ſufficiant: Remittuntur enim partes operis, tam extraneis, quam ſuis, quia extranei in quintam tantum tenentur, liberi in decimam, *l. 6. & l. 9. Ex Pollicitatione, h. t.*

TITVLVS XIII.

De Extraordinariis cognitionibus, & ſi judex litem ſuam feciſſe dicetur.

IN Superioribus titulis frequens facta mentio ordinariæ & extraordinariæ cognitionis, deſideraſſe videtur titulum de extraordinariis cognitionibus.

Eſt autem extraordinaria cognitio, quam Magiſtratus per ſe ſuſcipere cogitur & definire, amputatis judiciorum ordinariorum moris, quæ per formulam & dato iudice ordinabantur: de quibus videnda quæ diximus ad titulum *de Iuriſdictione, & de Iudiciis ſupra.*

In hoc porro titulo traduntur varia exempla earum cauſarum quas extra ordinem magiſtratus definire debet; vt ſunt omnes cauſæ de Salariis Profeſſorum, artium liberalium, tam à publico conſtitutis, quàm priuata pactione debitis, & omnia quoque ſalaria, cuiuſcumque rei occaſione promiſſa, dummodo certa ſint: de Salario enim non eſt ordinaria actio, *l.* 1. *Cod. Mandati, & l.* 1. *hoc tit.*

TITVLVS XIV.

De Proxeneticis.

EXtra ordinem quoque Proxenetica petuntur, hoc eſt, ea, quæ promiſſa ſunt Proxenetis, hoc eſt interpretibus & mediatoribus parariis cuiuſcumque negotij, qui & conciliatores dicuntur *l. vlt. Cod. de Sponſalibus*, qua modus conſtitutus Proxenetico nuptiarum cauſa vſque ad vigeſimam partem dotis.

TITVLVS XV.

De Cenſibus.

SVpereſt ea pars Iuris publici, quæ eſt de Cenſibus, qui nihil aliud ſunt quam deſcriptiones fundorum & capitum, & æſtimationes patrimonij vniuſcuiuſque, vt eo cognito tributum omnibus pro modo

facultatum imponi poſſit, quæ deſcriptiones fiebant à cenſitoribus, ſeu magiſtris cenſus, adhibitis peræquatoribus & inſpectoribus, qui tributa adæquarent, grauiora minuerent, & leuiora augerent. Videndus *Titulus* 57. *de Cenſibus, lib.* 10. *Cod.*

Dixi deſcriptionem fundorum & capitum, quia Cenſus duplex eſt, ſoli ſcilicet & capitis.

[Illius forma deſcribitur ab Vlpiano, in *l.* 6. *hoc tit.*

Huius autem, hoc eſt Capitationis, quæ fuerit forma, ſatis obſcurum.

Conſtat quidem nomina & ætatem ſingulorum exprimi ſolita, *l.* 3. *hic.* Sed quis fuerit modus capitationis, & an idem in omnibus capitis tributum, an verò diuerſum, pro modo facultatum, an omnes cuiuſcumque conditionis æqualiter onerarentur, non eſt parua dubitatio.

Veriſimile eſt infimam tantum plebem, hoc tributi genere oneratam: nam in *l.* 2. 4. *&* 6. *Codice Theodoſiano tit. de Cenſu, ſine adſcriptione*, in quibus docet virgines, viduas, & pupillos, ab huiuſmodi tributo immunes eſſe. Plebeiam capitationem vocat, quod argumento eſt, non omnibus indiſtinctè, ſed iis tantum qui plebis appellatione continerentur.

Hunc porro capitis cenſum, ſiue capitationem, animalẽ, functionem appellari putat Cuiacius in *l. vlt. Cod.* de Annonis & Tributis, quam ipſe ex Baſilicis reſtituit.

Neſcio an verior ſit Accurſij interpretatio, animalem functionem, pro tributo quod pro animalibus vel mancipiis prædiorum penſitabatur, accipientis, in *l.* 23. §. *vlt. Cod. de Agricolis & cenſitis.* Vide, ſi lubet Cujacium *ad d. l. vlt. Cod. de Annonis & Tributis, lib.* 10. *Cod.*

Cæterum erant pleræque ciuitates

Digitized by Google

& coloniæ, quæ Iuris Italici erant. & ideo Tributorum immunes, quæ enumerantur in *l.* 1. 6. *&* 7. Non eſt tamen idem Ius Italicum & Immunitas, vt docet Cujacius *lib.* 10. *Obſeruat. cap.* 35. quem vide multa de Cenſibus annotantem.

TITVLVS XVI.

De Verborũ ſignificatione. XVII. *De Regulis Iuris.*

HIs ſubiunguntur duo Tituli, de Verborum ſignificatione & Regulis Iuris, generaliter ad omnes præcedentes pertinentes, quorum Titulorum textus Iuris ſtudioſis, non tantum legendi, ſed & memoria tenaciter mandandi.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google